




[illegible]

Titus Maccius

(M. A.) PLAUTI

MENÆCHMEI.

AD FIDEM CODICUM

QUI IN BIBLIOTHECA MUSEI BRITANNICI EXSTANT

ALIORUMQUE NONNULLORUM

RECENSUIT:

NOTISQUE ET GLOSSARIO LOCUPLETE

INSTRUXIT:

JACOBUS HILDYARD, A.M.

COLL. CHRISTI APUD CANTAB. SOCIUS.

[Vol. I.]

EDITIO ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

CANTABRIGIÆ:
TYPIS ACADEMICIS EXCUDIT J. W. PARKER.
VENEUNT APUD J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ
ET J. W. PARKER, LONDINI.

M.DCCC.XL.

PRÆFATIO.

Prodeunt tandem Menæchmei ad id exemplum concinnati quod in Aulularia anno abhinc proximo edenda exhibui. Hoc enim erat in votis ut priorem hujus fabulæ editionem novis additamentis, quæ ex MStorum usu acceperim, ante augerem, quam me ad reliquas Plauti fabulas seriatim edendas accingerem.

Monendus autem imprimis est lector, quæ res impediunt ne sint hæ duæ fabulæ, quod valde optaverim, omni ex parte gemellæ. Respicio nimirum Codicum et numerum et auctoritatem; quoad utrumque quorum manca est hæc fabula, si cum Aulularia diligentius comparetur. Id autem factum est non ex negligentia, nedum ex ignavia nostra; siquidem Codicum omnium Plautinorum, qui sunt in Museo Britannico conservati, non nisi unus, isque haud optimæ notæ*, continet eas Plauti fabulas in quibus hæc nostra numeratur. Alium Codicem ad hanc fabulam ornandam summa cum cura evolvi, nempe Butleri Codicem tertium, quem in Recensu MStorum, Aululariæ nostræ præfixo,

* Vide in calcem hujus Præfationis.

obiter tantum memoravi. Huic Codici titulum B. c, indidi; et pleniorem ejus descriptionem huic Præfationi subjeci. Hi vero Codices, ut neque omnino spernendi sunt, ita tamen haud magnæ auctoritatis æstimandi, si quando textus in discrimen adducatur.

Inde fit ut in hac fabula edenda parcius a Bothii textu, quem ipse olim receperam, discedendum censui; utcunque enim eum non omnino probaverim, haud juris nostri, unius tantum alteriusque Codicis auctoritate fretus, temere immutare judicavi.

Sicut enim in errore constanter perseverare, animi pusilli et arrogantis est indicium, ita proculdubio lectiones, per multa sæcula receptas, nisi ob gravissimam causam eliminare, et versuum ordinem, et verborum collocationem sollicitare, et linguam pene ipsam susque deque turbare, opificis manu indiget, cuncta diligentissime inquirentis, suis viribus est ubi diffidentis, et nihil non auxilii ab aliorum consilio et prudentia expetentis; dotes denique postulat iis alienissimas, quas hodiernorum editorum vel patientia, vel, pace eorum dixerim, modestia, plerumque promittere videtur.

Dabam Coll. Christi Cantab.
vi Id. April. MDCCCXL.

EDITIONIS PRIORIS

PRÆFATIO.

Quem cultissimus Noctium Atticarum auctor* 'hominem linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ principem' nominaverit, quem totius antiquitatis consensus uno ore laudaverit, haud nostro sane indiget præconio quo se facilius lectori benevolo commendet. Igitur de Plauto silebit hæc Præfatio, quippe cui ne ipsa quidem invidia

"Detrahere ausit
Hærentem capiti multa cum laude coronam."

Restat altera, eademque longe durior provincia, ut hos meos labores venditare, vel potius excusare coner.

Id igitur in hac editione curanda consilium habui, ut Plautinæ aliquando fabulæ prodirent ad exemplum illud concinnatæ, quod olim in Æschyli fabulis edendis vir celeberrimus, C. J. Blomfield, summo cum ingenio, summo acumine præbuerit. Hunc ducem auspicemque, pace viri doctissimi, ad operas meas quantulascunque assumpsi; risum nimirum vel invidiam, nec injuria,

* Aul. Gel. Lib. VII. c. 17.

moturus, quasi tanti auctoris nomine hac mente usus viderer, quo facilius nugas meas extruderem. Æquior, credo, lector judicabit, me, in hoc opere suscipiendo, sicut exemplar meum ullo modo consequi posse desperarem, ita, dum hujus vestigiis, quamvis nec æquis passibus, et longissimo intervallo, insistere conatus sim, id mihi promisisse, me quoque aliquantulum juventuti studiosæ auxilii hoc pacto allaturum. Habet enim et Plautus, non illas quidem Æschyleas, sed suas haud perexiguas difficultates; habet et hic nonnihil 'salebrosi, ex linguæ insolentia'* oriundum; habet 'vocabula ex ultima antiquitate repetita, multasque dictiones ac formulas loquendi, quas frustra alibi quæras.' Itaque ad hæc complananda summam adhibui diligentiam: idque in glossario præcipue exarando mihi propositum fuit, ut suum quasi commentariolum Plautus ipse, ubi fieri posset, præberet, exemplis nimirum hinc illinc ex reliquis ejus fabulis ad hanc nostram illustrandam congestis. Ad quod opus efficiendum, Parei Lexicon, et Gronovii Lectiones Plautinas, maxima habui adjumenta. In notis conscribendis Lambinum in primis secutus sum, et huc aliorum quoque observationes, si quid legentibus profuturum duxerim, passim adjeci, quibus meas denique annotationes hic illic intertexui.

* Vide Blomfield. Præfat. ad Æsch. Prom.

De metris breviter quædam singulis paginis subjeci, qua in re si qui plura velint, adeant priorem Bothii editionem, Berolini 1809; qui quidem V.D., et præcipue quod ad metra attinet, optime de Plauto, optime de eruditis omnibus meritus est. Hujus quoque textum magna ex parte exhibui, neque inde sum unquam nisi re multum perpensa evagatus. Sed cum infiniti pene operis fuerit discrepantes tot codicum librorumque lectiones conferre, ita supra hominem esset, si nullo loco aut per temeritatem, aut, quod "fas opere in longo est," per incuriam lapsus esset. Duobus itaque, sed et his, ut in labore multiplici, ignoscendis, erroribus nonnunquam peccasse mihi visus est; nempe quod absque justa satis causa aliquoties ab editionibus vulgatis scriptisque nimis longe recesserit; tum quod non semel, quæ ipse olim melius ediderit, nunc per nimiam inconstantiam temere immutaverit. Ob has causas quem hodie textum protuli, partim ad priorem Bothii editionem supra memoratam, partim ad alteram, Lipsiæ 1821, accommodavi: nonnunquam vero ab utraque discessi, et lectionem vel a vulgatis, vel Mss. vel semel bisve fortasse a conjecturis petivi.

Paucos, spero, post menses prodibit, iisdem curis instructa, alia ex Nostri fabulis; ad quod opus me haud invitus accingam, si interea ex his

primis meis laboribus vel minimum fructus literarum amantes acceperint. In horum benignitatem meque Plautumque commendo, id tamen vehementer deprecans, ne, si quid ego deliraverim, suavissimus omnium poeta ob culpam meam plectatur; sed qualiscunque de me literatorum exstiterit sententia, hunc haud secius benevolentia prosequantur, hunc ament, hunc laudent, hunc foris admirentur, colant domi.

Quod si ad reductum usque adhuc abditumque purissimæ Latinitatis fontem hauriendum juventutem nostram allicere vel pauxillulum valuerim, neque me operam omnem oleumve perdidisse reputabo; neque Preli Academici Syndicos liberalitatis suæ indulgentiæque, qua hujus libelli tutelam in se susceperint, omnino fortasse pœnitebit.

Dabam Coll. Christi Cantab.
Prid. Kalend. Mai. MDCCCXXXVI.

RECENSUS CODICUM,

QUIBUS AD HANC FABULAM EDENDAM USUS SUM.

I.

Codicum duodecim, qui in Bibliotheca Musei Britannici asservantur, unus tantum continet hanc nostram fabulam; is numeratur.

B. 1. Codex Burneianus. Fol. Membranaceus. paginarum 593.
228. Sæc. XV.

Vide Recensum Codicum Aululariæ nostræ præfixum. p. xiii.

II.

Tertius Butleri Codex.

B. c. Plauti Comœdiæ X. Fol. Chartac: Sæc. XV. foliorum 168.

Litteris Italicis luculente exaratus. Videtur olim penes Hispanum quendam dominum fuisse; siquidem in initio scribitur, " Diez Comedias de las 130 de Plauto, de las 20 que existen." et " Titulos de las diez Comedias. Bacchides. Mostellaria. Menæchmi. Miles Gloriosus. Mercator. Pseudolus. Pœnulus. (— Patruus.) [quo nomine hæc fabula in Codice designatur.] Persa. Rudens. (— Vidularia.) Stichus."

Vide Recensum Codicum Aululariæ præfixum. p. xii.

M. A. PLAUTI

MENÆCHMEI.

1

ARGUMENTUM

(UT QUIBUSDAM VIDETUR,)

PRISCIANI.

M ERCATOR Siculus, cui erant gemini filii,
E i, surrepto altero, mors obtigit.
N omen surreptiti indit illi, qui domi est,
A vos paternus, facit Menæchmum Sosiclem;
E t is germanum, postquam adolevit, quæritat
C ircum omnes oras; post Epidamnum devenit;
(H ic fuerat auctus ille surreptitius):
M enæchmum civem credunt omnes advenam,
E umque appellant meretrix, uxor, et socer.
I bi se cognoscunt fratres postremo invicem.

v. 2. *Surrepto.* Ult. syll. non elid.——3. B. 1; B. c; et Edd: Vett: *illi indit.* Transposuit Bo. Confert HARE, Prol. v. 42.——4. *Paternu'.*——7. Ita Vulg. Bo: ex conjectura Acidalii, *Huc fuerat ductus.* B. 1, et B. c, *Hic fuerat auitus.* Pro *auctus*, legit HARE *altus*, collato Rud. III. IV. 36. [646. B.] "Athenis natus *altus*que educatusque Atticis."——8. Transposite leguntur hæc verba in B. 1; B. c.——10. Pro *ibi*, B. 1, B. c, *Hi*, mendose.

ALIUD ARGUMENTUM

CAMERARII.

Hujus argumentum fabulæ venustum est, et varietate quadam delectabile, quæ de similitudine nascitur geminorum fratrum. Nam Syracusanus quidam, cum ex sua uxore geminos suscepisset liberos, inter se simillimos; et unum ex his abductum secum ad mercatum amisisset: alter non desistendum putavit, dum requisitum illum inveniret. Venit tandem *Epidamnum*, quæ Illyriæ urbs *Dyrrachium* a Romanis appellata fuit. Ibi et ab amica, et uxore, et socero fratris appellatur, quasi ille ipse esset. Tandem post multiplices ludificationes, et nonnullas turbas, agnoscitur uterque a servo: et, re palam facta, servus libertate donatur.

DRAMATIS PERSONÆ.

PENICULUS, Parasitus.

MENÆCHMUS, Surreptus.

MENÆCHMUS SOSICLES, Geminus hujus frater.

EROTIUM, Meretrix.

CYLINDRUS, Coquus.

MULIER, Menæchmi surrepti uxor.

MESSENIO, Menæchmi sosiclis servus.

ANCILLA, Erotii servula.

SENEX, Menæchmi surrepti socer.

MEDICUS.

LORARII.

PROLOGUS.

SALUTEM primum jam a principio propitiam
Mihi atque vobis, spectatores, nuntio.
Apporto vobis Plautum lingua, non manu:
Quæso, ut benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite, atque animum advortite:
Quam potero in verba conferam paucissuma.
Atque hoc poetæ faciunt in comœdiis:
Omnes res gestas esse Athenis autumant,
Quo græcum vobis illud videatur magis;
Ego nusquam dicam, nisi, ubi factum dicitur.
Atque adeo hoc argumentum græcissat; tamen

v. 9. B. 1, B. c, *Quo illud vobis græcum videatur magis.*

3. *Apporto.*] Cum verbo usus sit quod proprie est onera gestantium, ne quis aliter quam res erat accipiat, subjicit *lingua,* (h.e. fabulam Plautinam,) *non manu,* (non hominem ipsum) vobis apporto. 'I bring you Plautus on my tongue, not in my hand.' Ludit similiter in Bacch. Prol. 14.

"Aures date otiosas, at *non in manum.*"

6. *Quam potero,* etc.] 'I will be as brief as I can.' Conferam (argumentum) in verba quam potero paucissima.

8. *Omnes res,* etc.] Plerisque Comicis *ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος* fingitur esse Athenis. SCHM.

9. *Græcum illud.*] Scilicet, argumentum. Expectaveris, *Græcæ illæ,* (nempe Comœdiæ.)

10. *Nusquam dicam.*] Repete a seqq. *factum.*

11. *Hoc argumentum græcissat.*] Partes quidem fabulæ agunt Græci, non tamen Athenienses, nec res Athenis gestæ sunt; sed Menæchmi sunt Siculi, Syracusis nati, quæ urbs a Corinthiis erat condita, in

Non Atticissat, verum Sicilicissitat.
Huic argumento antelogium hoc fuit;
Nunc argumentum vobis demensum dabo,
Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo:
Tantum ad narrandum nostra adest benignitas.
  Mercator quidam fuit Syracusis senex;
Ei sunt nati filii gemini duo,
Ita forma simili pueri, ut mater sua
Non internosse posset, quæ mammam dabat;

v. 13. *Argumento* et *antelogium* non eliduntur.——16. *Tantum*, ita B. 1, B. c; sed pro *nostra* habent *argumentum*.——17. *Fuit*, monosyllabice pronuntiand.——18. *Ei*, ita B. 1, B. c, et Edd. Vett. Bo: *Eji*.——19. *Pueri*, non liquescit.

omnique Sicilia lingua Græca usitatior fere erat quam Siculorum vernacula. SCHM. Quantum autem Sicula lingua ab Attica distaret optime discas ex Bentleio Phalar. §. XII. Apuleius (apud Lamb.) *trilingues* Siculos appellat, ut sermone usos ex vernacula, et Græca, et Latina lingua conflato. Vide Cic. citat. in Gloss. Cæterum fuit hic versus argumento cur nonnulli suspicarentur hanc fabulam ex Epicharmo traduxisse Plautum; cum ait Horat. Ep. II. I. 58.

"Plautus ad exemplar SICULI properare EPICHARMI."

14. *Demensum.*] Sumitur metaphora, ridiculi causa, a servorum *demenso frumenti*, quod, secundum Donat. in Ter. [cit. ap. Gloss.] erat quatuor modii in singulos menses; *quinque* autem dicunt, Plin. XVIII. 9. Senec. Ep. 80.

15. *Ipso horreo.*] H. e. Abundantissime vobis admetiar; (translatio sumta a mensuris aridorum;) sic ut ordinarius modus admetiendi, qui est per modios, superetur, et per horrea computetur, quod instar frumenti demensum datur. GRON. *Lectiones Plautinæ*. p. 204. Citat inter Adagia Erasmus, "*Ipso horreo*, quod prolixe et affatim datur, quemadmodum *ipso canistro:* propterea quod ex horreo plenius depromitur, quam e chœnice. Simile illi, *E dolio hauris*."

16. *Tantum* etc.] Hic aliquid videtur excidisse, et forte sic legendum:

"Tanta ad narrandum argumentum est mihi comitas,
Si ad auscultandum vestra adest benignitas."

Vide Mil. II. I. 1. et Merc. I. I. 15. HARE.

Neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat;
Ut quidem ille dixit mihi, qui pueros viderat:
Ego illos non vidi, ne quis vostrum censeat.
Postquam jam pueri septuennes sunt, pater
Oneravit navem magnam multis mercibus:
Imponit geminum alterum in navem pater,
Tarentum avexit secum ad mercatum simul;
Illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti ludi forte erant, quom illuc venit;
Mortales multi, ut ad ludos, convenerant:
Puer inter homines aberravit a patre.
Epidamniensis quidam ibi mercator fuit;
Is puerum tollit avehitque Epidamnium.
Pater ejus autem, postquam puerum perdidit,
Animum despondit; eaque is ægritudine
Paucis diebus post Tarenti est mortuos.
Postquam Syracusas de ea re nuntius
Redit ad avom, puerorum surreptum alterum,
Patremque pueri esse Tarenti mortuom,

vv. 22, 23. *Ille*, et *Illos*, prior syll. corrip. [Infra 41. 46.]——23. Hic versus abest a Codd. B. 1, B. c. omittunt etiam Edd. Vett. Ald. Junt. Parm.——26. *Geminum alterum*, B. 1, B. c. *geminum* non elid.——29. *Ludi forte*, B. 1, B. c. et Edd. Vett. transposuit Bo.——31. *Inter homines aberravit*, ita B. 1, B. c, et Edd. Vett. *Aberravit*, prior syll. ictum patitur, sicut in Aulul. 472. 475. 579; ne igitur cum Bo: transponas.——33. *Avehit*, B. 1, B. c, *advehit*, sed melius alterum quod habent Edd. Pro *Epidamnium*, B. 1, dat *Epidannum;* B. c, *Epidamium*. Acidal: conj: *in Epidamnumque avehit;* sed nihil mutandum; vide in Gloss. Noster Hare suspicatur legendum *Epidamnum eum*.——36. B. 1, B. c, *est mortuus*. Bo: *emortuost*.——39. *Pueri*, non liquescit; ordinem autem verborum leviter transposui, ne versum cum Bo: pro adulterino uncinis includerem.

23. *Ne quis vostrum censeat.*] Illos scilicet me vidisse.

26. *Geminum alterum.*] Menæchmum.

— *Imponit in navem.*] Græce, ἐμβιβάζει εἰς τὴν ναῦν. Lamb.

28. *Alterum.*] Sosiclem; Qui postea Menæchmus Sosicles appellatur, v. 43. infra.

30. *Mortales multi.*] Vide Gloss. et adde, Sall. Cat. cap. 2. "*Multi mortales*, dediti ventri atque somno." i. e. Maxima pars hominum.

Immutat nomen huic avos gemino alteri;
Ita illum dilexit, qui surreptust, alterum:
Illius nomen indit illi, qui domi est,
Menæchmo item, quod alteri nomen fuit,
Et ipsus eodem est vocatus nomine.
Propterea illius nomen memini facilius,
Quia illum clamore vidi flagitarier;
Ne mox erretis, jam nunc prædico prius,
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi,
Ut hanc rem vobis examussim disputem.
Si quis quid vostrum Epidamnum curari sibi
Velit, is audacter imperato et dicito;

v. 41. *Illum*, prior syll. corrip. Supra 22, 23.——43. Pro *item*, quod dedit Bo: habent B. 1, B. c, et Edd. *idem*.——44. Bo: *avos est v.* Abest *avos* a Codd: B. 1, B. c, et Edd. plerisque.——45. B. c, *præterea*, sed alterum melius.——46. *Illum*, prior syll. corrip. Supra 41.

40. *Gemino alteri.*] Sosicli, qui domi apud matrem relictus est, v. 28. supra.

46. *Vidi flagitarier.*] Audivi per præcones inquiri an quispiam puerum amissum viderit, aut indicium aliquod de illo dare poterit: 'I saw him cried:' (Nam *Vidi* ad *rem ipsam* transferendum, loquendi more haud inusitato.) Rursus autem alluditur ad morem istum res amissas per præconem flagitandi, Merc. 656. sqq.

"Certum est præconum jubere jam quantum est conducier,
Qui illam investigent, qui inveniant."

In Pseud. 551; "*Clamore* magno et multum *flagitabere*;" et ibid. 1140; "*Flagitare* sæpe *clamore* in foro;" de re nummaria sermo est: Angl. *To dun.* Vide in Gloss.

47. *Ne mox erretis.*] Sic in Amph. Prol. 142, cautum est ut spectatores verum et falsum Sosiam internosse possent.

49. *Pedibus.*] Ambigue dictum. Vid. in Gloss. et conf. Pœnul. Prol. 79. sqq.

"Revortor rursus denuo Carthaginem.
Si quid mandare voltis aut curarier...."

51. *Epidamnum curari.*] Accusativo *Epidamnum* usus est, (non *Epidamno*,) quia motus *ad* eum locum significatur. Nos dicimus, 'If any of you have any commission *to* Epidamnum.' Vid. Aulul. 160.

Sed ita ut det, unde curari id possit sibi:
Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit;
Qui dederit, mage majores nugas egerit.
Verum illuc redeo unde abii, atque uno adsto in loco.
Epidamniensis illic, quem dudum dixeram,
Geminum illum puerum qui surripuit alterum,
Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat:
Adoptat illum puerum surreptitium
Sibi filium, eique uxorem dotatam dedit,
Eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem:
Nam rus ut ibat forte, ut multum pluverat,
Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule,

v. 57. *Illic*, prior syll. corrip.——62. B. 1, B. c, *quam ipse obiit diem*. Sed in Pœn. Prol. 77, ubi idem versus occurrit, legitur *quum*, vel *cum*.——63. B. 1, B. c, *pluerat*. Hare, "legendum puto, *Nam rus ut ibat, (forte multum pluerat.)*"

53. *Ita ut det unde.*] Sed hac lege atque conditione, ut *nummos* mihi det, quibus id quod vult curari sibi possit.

55. *Mage majores*, etc.] Quia mihi tam stulte pecuniam dederit, nullum negotium ejus curaturo. Lamb.

56. *Illuc redeo unde abii.*] Confert Lambinus, Hor. Sat. I. i. 108. "Illuc, unde abii, redeo." Vide etiam infra 519-20.

59. *Ei.*] Anacoluthon; cum præcesserit *Epidamniensis illic* recto casu. Sic Argument. huj. fab. init.

"*Mercator Siculus*———
———*Ei* mors obtigit."

et infra 64-65.

Hoc melius quam ut nominativum *Epidamniensis* referas ad seqq. *adoptat*, etc. et dativum *ei*, etc. (pro *quia* ei) per parenthesin accipias. Nam recte Lamb. ait, "Plautinum hoc est, et Comicum; hac enim negligentia imitatur sermonem quotidianum, quo maxime comœdia utitur."

60. *Surreptitium.*] Quem ipse surripuerat. [v. 32. supra.] Confer Pœnul. 771. sqq.

"Inde surreptus fere sexennis; postibi
Qui eum surripuit, huc devexit meoque
hero hic eum vendidit;
Is in divitias homo adoptavit, diem quom
obiit suom."

62. *Quom ipse*, etc.] Idem versus habetur Pœn. Prol. v. 77. Hare.

64. *Ingressus*, etc.] De constructione vide supra v. 59.

Rapidus raptori pueri subduxit pedes,
Abstraxitque hominem in maxumam malam crucem:
Illi divitiæ evenerunt maxumæ.
Is illic habitat geminus surreptitius.
Nunc ille geminus, qui Syracusis habet,
Hodie in Epidamnum venit cum servo suo,
Hunc quæritatum geminum germanum suom.
Hæc urbs Epidamnus est, dum hæc agitur fabula:
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum;
Sicut familiæ quoque solent mutarier:
Modo hic adstat leno, modo adulescens, modo senex,
Pauper, mendicus, rex, parasitus, hariolus.

v. 65. B. c, *Rapide.*——67. *Divitiæ,* ult. syll. non eliditur. Bothe ex conject. legit, Illo *illi divitiæ,* etc.——74. Pro *mutarier,* B. 1, B. c, habent *mutari modo,* et iis verbis finitur Prologus; quod fit in plerisque Vett. Edd. At in B. 1, margini adscribitur, "Alibi in alio codice invenitur textus sequens. *Ni caditat leno modo.*" Vide in not. sequ.——75, 76. "Hi duo versus ita videntur corrigendi, "*Modo enim idem puer est, modo adolescens, modo senex, Modo leno, medicus,* etc." Codd. *modo ni cadit at.* Hæc confusa lectio nata videtur ex hac, *modo enim eadem est. Ni* est *enim. cad, eadem. it, 'st. 'st* autem sæpe mutatur, errante calamo, in *stat.* Vide II. II. 69. [258. B.] *eadem* est *eadem familia,* quæ hic pro *famulo* poni putarunt." HARE.

65. *Subduxit pedes.*] 'Took him off his feet.' Ludit in paronomasia *rapidus raptori,* ut infra v. 29. *Domi domitus.*

66. *In maxumam malam crucem.*] 'Carried him off to destruction.' Locutio Comica, pro *in exitium,* vel in infelicem mortem abripuit. Infra 242. Aul. 476.

73. *Aliud fiet oppidum.*] Exempli gratia, in Amph. Prol. v. 97.

"Hæc urbs est Thebæ"....&c.

75. *Leno, senex,...parasitus.*] Hæ sunt præcipuæ in comœdia partes, ob eamque causam simul cum aliis numerat etiam Terentius, Prol. in Heaut. 37.

"Servos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Avarus leno."

ACT. I. SCENA I.

PENICULUS.

JUVENTUS nomen fecit Peniculo mihi
Ideo, quia mensam, quando edo, detergeo.
Homines captivos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitivis servis indunt compedes,
Nimis stulte faciunt mea quidem sententia:
Namque homini misero si ad malum accedit malum,
Major lubido est fugere et facere nequiter:
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo;
Tum compediti anum lima proterunt,

v. 5. *Nimi'*, Infra 18. *Mea* monosyllabice pronuntiand. Infra 117. 119.——7. B. 1, B. c, *libido*.——9. *Compediti*, ult. syll. non elid. Pro *anum*, quod dat Both., habent B. 1, et B. c, *januam;* et pro *proterunt*, *prætereunt*.

1. *Peniculo.*] 'The young fellows nick-named me SPONGE.' Captiv. in init.

"Juventus nomen indidit scorto mihi."

2. *Mensam detergeo.*] Hoc est, detergeo mensam tanquam *peniculus;* singula nimirum quæ apposita sint voraciter comedendo. Perpetuus apud Comicos jocus in edacitatem parasitorum; [Confer Ter. Eun. Prol. 38. Heaut. Prol. 38.] quos propterea *Edaces* nominat Horat. Ep. II. I. 173. Vide infra 140. Citat Lambinus Epid. 303.

——"Metuo, si senex resciverit,
Ne ulmos *parasitos* faciat, quæ usque attondeant."

h. e. ne virgæ ulmeæ tergum meum, tanquam parasiti mensam, attondeant, seu detergeant.

5. *Nimis stulte*, etc.] Confer gemellam sententiam apud Ter. Adelph. I. 1. 40—48.

"Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur." et sqq.

6. *Ad malum accedit malum.*] Intell. Si præter id mali, quod captivus aut servus est, accedit illud etiam, quod catenis aut compedibus vinciatur, haud mirum est si quem conditionis tam iniquæ pœniteat, et magis magisque aufugere studeat.

Aut lapide excutiunt clavom. Nugæ sunt eæ.
Quem tu asservare recte, ne aufugiat, voles,
Esca atque potione vinciri decet.
Apud mensam plenam homini rostrum deliges!
Dum tu illi quod edit et quod potet præbeas
Suo arbitratu affatim cotidie,
Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit;
Facile asservabis, dum eo vinclo vincies:
Ita istæc nimis lenta vincla sunt escaria;
Quam magis extendas, tanto astringunt artius.
Nam ego ad Menæchmum nunc eo, quo jam diu

v. 13. Litera *d* in *Apud* elid. et *plenam* ἀνεκθλίπτως pronuntiand.——14. B. 1, B. c, *edat*, et ita Ald. et Junt.——15. *Arbitratu* non elid. sic enim Codd. et Edd. Vett. Bothe vero, et *adfatim*.——16. *Edepol* med. syll. extrita (*ed' pol*) pronuntiand. et *tametsi* med. syll. correpta.——17. *Dum* non eliditur: quod passim fit apud Nostrum et Lucretium; nonnunquam etiam apud Horatium, Ovidium, aliosque optimi ævi Latinitatis auctores. [Bentl. *De Metris Terent.*] Vide Prolog. v. 13.—B. c, *vincias*.——18. B. c, *Nam isthæc;* sed nihil mutandum, siquidem τοῦ *istæc* prior syll: passim apud Nostrum corripitur.—*Nimi'*, ult. litera elisa, Supra v. 5.——19. B. c, *Quo magis*.——20. Pro *quo*, B. 1, et B. c, *cui*. Ald. Junt. Lamb. etc. *quoi*. Pro *nunc* autem B. c, habet *Menechinum hunc co.*

10. *Nugæ sunt eæ.*] 'This is mere trifling.' Operam nequicquam absumunt dum his modis fugitivum servum retinere conantur.

12. *Esca atque potione vinciri.*] 'He ought to be secured by the ties of meat and drink.' Simile quid dictum apud Nostrates obtinet, qui cum opimum pastum præbendo caverint ne pecudes evagentur, aiunt eas esse ore deligatas; Angl. *tethered by the tooth.*

14. *Quod edit,* etc.] Nam sic haud servitium flocci faciet, immo lucro apponet. Pœnul. 735.

Sync. "Male mihi est. Mil. Esse aliter decet.
Quid id est, quod male sit, quoi domi sit, quod edis, quod ames, affatim?"

16. *Nunquam edepol fugiet.*] Nam plerumque servi ob nimis parcum victum fugiebant; unde jocus ille Cicerri in Sarmentum scurram apud Hor. Sat. I. v. 67.

"Rogabat
Denique, cur unquam fugisset, cui satis una
Farris libra foret, gracili sic tamque pusillo."

18. *Ita istæc nimis lenta,* etc.] Vertas, 'So marvellously elastic are these belly-bands.' Nam in sqq. addit, eam esse horum vinculorum naturam ut quo magis tendantur eo tenacius astringant.

20. *Nam.*] Elliptice, '*For example,* I am now going' . . .

Sum judicatus, ultro eo, ut me vinciat.
Nam illic homo homines non alit, verum educat
Recreatque; nullus melius medicinam facit:
Ita est adulescens ipsus escæ maxumæ:
Cereales cœnas dat: ita mensas exstruit,
Tantas struices concinnat patinarias:
Standum est in lecto, si quid de summo petas.
Sed mi intervallum jam hos dies multos fuit:
(Domi domitus fui usque cum caris meis:

v. 23. *Recreatque,* corrupte legitur in nostris Codd. B. 1, enim habet *Rete atque.* B. c, *Recte. atque.*——25. B. c, *mensam.*——26. *Tantas struices.* Ita B. 1, B. c. et sic Lamb. et Ed. Vet. Mediol. 1500. Bothe vero, quem male secutus est Weise, *et tantas;* Vide in Gloss.——29. Pro *fui,* B. 1, B. c, *sum,* ἀνεκθλίπτως.

21. *Sum judicatus.*] In quam domum jamdiu sum damnatus; scilicet, addictus sum ei quasi per judicis sententiam.

23. *Nullus melius medicinam facit.*] Nullus est medicus, qui præsentiorem medicinam ægris faciat, quam gutturi ventrique meo famelico Menæchmus. Douz.

24. *Escæ maxumæ.*] 'Fond of good living,' vel qui escam large præbet, 'Keeps a good table.'

25. *Cereales cœnas dat.*] i. e. opiparas et multis ferculis refertas. Nam Cerealibus solebant genio indulgere et opipare epulari. Lamb.

26. *Tantas struices.*] Sententia est, cœnas illum lautas dare, mensas cumulando ferculis plurimis, et quasi alte patinas exstruendo: Facc. Eandem imaginem exprimit Noster Massinger,

"The dishes were ranged one upon another,
As woodmongers do billets."
City Madam. Act. II. Sc. 1.

29. *Domi domitus.*] Vertit Int. Britann.

'Homely I've lived at home with my dear friends,
For all I eat or buy is dear to me.'

Et confert Milton, Comus:

"It is for *homely* creatures to keep *home,*
They had their name thence—."

Sensus est; Ego perpetuo domi conclusus, *fractus et mollitus fui* tanquam fera, cum *caris meis.* Hos pro *amicis* intellexeris, ut τὰ φίλτατα pro liberis, parentibus et cæteris cognatis usurpatur: Sed aliud, risus causa, significat; nempe se cum cibis, quos ideo *caros* nuncupat non modo quia sibi *amicissimi* omnium sunt, sed etiam quia *suo* sumptu parantur, domi fuisse domitum: cum enim Parasitorum sit aliena quadra vivere, nimirum, si quid *domi* paraverint, *carissimum* necesse fuerit. In Aul. 330, Senex perparcus *cara* esse omnia queritur, non quod revera sic essent,

Nam neque edo neque emo, nisi quod est carissumum,
Ii quoque jam cari, qui instruontur, deserunt).
Nunc ad eum inviso. Sed aperitur ostium:
Menæchmum eccum ipsum video; progreditur foras.

ACT. I. SCENA II.

MENÆCHMUS. PENICULUS.

ME. Ni mala, ni stulta sies, ni indomita imposque animi:
Quod viro esse videas odio, tute tibi odio habeas.
Præterhac si mihi tale post hunc diem
Faxis; faxo foris vidua visas patrem!
Nam quotiens foras volo ire; me retines, revocas, rogitas,
Quo ego eam, quam rem agam, quid negotii geram,
Quid petam, quid feram, quid foris egerim.
Portitorem domum duxi; ita omnem mihi

v. 31. *Ii quoque,* Ita Edd. mediæ. [*Ii,* monosyll.] Bo: *Et quoque.* Vulg. *Id quoque,* et ita Codd. nostri B. 1, B. c. "*Id quoque—instruuntur deserunt;* Accedo iis, qui legendum censent, *Id—instruantur deserit,* sc. pecunia." HARE.——34. Versus est Choriamb. Tetram. *Sies* autem abest a nostris Codd. B. 1, B. c.——35. Troch. Tetr. Cat.—*Habeas,* dissyll. cæterum B. 1, B. c, *esse odio vides, tute* etc. Itaque Ald. Junt. Parm. Mediol.——36, 37; et 39—42, Cret. Tetram.——37. *Faxi'.*——38. Troch. Tetr. Cat. B. 1, B. c, *ire volo,* omisso *foras.*——39. *Quo,* ictui expositum, non liquescit; Bo.—*negotii,* duæ posteriores vocales in unam syll. coalescunt. Pro *geram,* B. 1, B. c, *geritur.*——40. B. 1, B. c, *Quid detur: quid feram, quid foris legerim.*

sed quod proprio sumptu emenda; vide loc. cit. in Gloss. Citat LAMB. Lucr. V. 1333.

"Si quos ante *domi domitos* satis esse putabant."

31. *Ii quoque jam cari,* etc.] Allegoria a re militari. Cibi cari quoque, qui instruuntur in mensa, tanquam milites in acie, desertores ordinis fiunt, et locum suum relinquere incipiunt: quod Græci λείπειν τάξιν dicunt. LAMB.

34. *Ni mala,* etc.] H. e. *Nisi esses.* 'Were you not a stubborn idiot.'

41. *Portitorem.*] Non uxorem mihi videor duxisse, sed portitorem quendam, ita circumspectatrix ista

Rem necesse est loqui, quicquid egi atque ago.
Nimium ego te habui delicatam. Nunc adeo, ut facturus, dicam.
Quando ego tibi ancillas, penum, lanam, aurum, vestem, purpuram,
Bene præbeo, nec quicquam eges; malo cavebis, si sapis:
Virum observare desines!
Atque adeo, ne me nequicquam serves, ob eam industriam
Hodie ducam scortum, ad cœnamque aliquo condicam foras.

PE. Illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi:
Nam si foris cœnat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur.

v. 42. B. 1, B. c, *loqui est;* unde non male conjecit HARE legendum *eloqui.*——43. Troch. Tetram. *Nimium,* duabus syllabis pronuntiand. Infra 276; [Hermann. De Metris, Lib. II. 19.] vel fortasse legendum *Nimi' ego;* Supra 18. Ald: et Parm: omittunt *ego,* quod vero dant Codd. nostri, et reliquæ Edd.——44, 45. Iamb. Tetr.——46. Iamb. Dim.——47—49. Troch. Tetr. Cat.——47. B. 1, B. c, *scortum ad cœnam: atque aliquo conducam foras.* Et sic Editt. pleræque; correxit Bo.——50. Iamb. Tetr.

cum oculis emissitiis quicquid agam observat. Hom. IL. I. 561.

Δαιμονίη, αἰεὶ μὲν ὀΐεαι, οὐδέ σε λήθω·
πρῆξαι δ' ἔμπης οὔτι δυνήσεαι, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ
μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι· τὸ δέ τοι καὶ ῥίγιον ἔσται.
εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστὶν, ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι.

43. *Nimium ego,* etc.] 'I've spoilt you by too much indulgence.'

44. *Quando ego,* etc.] Vide infra 703-4: Unde apparet *aurum* ad ornamenta muliebria, non (ut aliis visum est,) ad texendum, spectare. Aul. 454.

"Mihi æquom est purpuram atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pedissequos;" sqq.

quæ sunt uxoris dotatæ verba.

47. *Ob eam industriam.*] Vide in Gloss. et confer SHAKSP.

ANT. E. "That chain will I bestow,
Be it for nothing but *to spite my wife,*
Upon mine hostess there."
Com. of Err. Act III. Sc. I.

50. *Me ulciscitur.*] 'He punishes me, not his wife.' Enimvero, si ille foras ad cœnam condicat, mihi erit cibus domi parandus, aut (quod idem valet,) omnino carendus.

Me. Euax, jurgio hercle uxorem tandem abegi ab janua!
Ubi sunt amatores mariti? dona quid cessant mihi
Conferre omnes, congratulantes, quia pugnavi fortiter?
Hanc modo uxori intus pallam surripui; ad scortum fero.
Sic hoc decet! Dari facete verba custodi catæ!
Hoc facinus pulcrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabre!
Meo malo a mala abstuli; hoc ad damnum deferetur.
Avorti prædam ab hostibus, nostrum salute socium!
Pe. Heus, adulescens, ecquæ in istac pars inest præmii mihi?
Me. Perii, in insidias deveni! Pe. Imo in præsidium: ne time!
Me. Quis homo est? Pe. Ego sum. Me. O mea commoditas, o mea opportunitas,

v. 51. Troch. Tetr. Cat.—*Uxorem tandem*, Hare.——52, 53. Iamb. Tetr.——53. *Congratulantes.* " Vel contracte legendum *congrat'lantes*, vel *gratulantes*, quod malim; quia nusquam alias apud Plautum sit *congratulor*." Hare.——54. Troch. Tetr. Cat.——55, 56. Iamb. Tetr.——56. *Hoc lepidum est*, omitt. B. c.——57, 58. Iamb. Tetr. Cat.——58. B. c, *salutem*.——59—100. Troch. Tetr. Cat.——59. B. 1, B. c. *ecqua;* et ita Ald. Junt. etc.—*Præmii*, dissyllabice pronuntiand. Supra 39.

52. *Amatores mariti.*] 'Intriguing husbands.' Qui scilicet aliis amoribus student quam uxorum.

54. *Uxori surripui.*] De constructione vid. infra 548. Confer Asin. 858.

" Egon' ut non domo *uxori meæ*
Surripiam in deliciis pallam quam habet."

55. *Dari verba.*] Sic decet curiosas istas uxores falli. *Custodem* enim, (ut supra *Portitorem*,) ob diligentem observationem nuncupat.

57. *Meo malo.*] 'At my peril.' Meo periculo. Infra 911. Vid. Aulul. 379. Gloss.

58. *Avorti prædam.*] Loquitur quasi de re militari; et hæc erat pulcherrima victoria in qua spolia quis ex hoste reportaverit, sociis suis, seu copiis, salvis.

59. *Ecquæ pars.*] 'Haven't I any share in this prize?'

Salve!
PE. Salve.
ME. Quid agis?
PE. Teneo dextera genium meum.
ME. Non potuisti magis per tempus mi advenire, quam advenis.
PE. Ita ego soleo: commoditatis omnes articulos scio.
ME. Vin' tu facinus luculentum inspicere?
PE. Quis id coxit cocus?
Jam sciam, si quid titubatum est, ubi reliquias videro.
ME. Dic mihi, num qua tu vidisti tabulam pictam in pariete,
Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?

v. 62. *Quid agis?* Gronov: post Mediol: *quid ais?* sed alterum melius: passim in hac formula erratur; Vid. Infra 85. Aul. 491.——63. *Magis,* B. 1, B. c. et Edd. Vett. Bo: *mage,* sed nil opus mutare.——65. *Quis* rapide (*Qui'*) pronuntiand. Infra 195. 553.——67. *Mihi num qua.* "Codd. ambigue *Nunqua* aut *nunquam:* forte *en unquam,* quod Plauto frequens, et sublato *tu.*" HARE. B. 1, *numquid;* B. c, *nunquid.*

62. *Teneo dextera.*] Dextram nimirum, dum salutabat, domini sui Menæchmi prensaverat.

64. *Commoditatis articulos.*] 'I know how to hit exactly the very nick of time.' Singula momenta temporis mihi studiose notantur. Subest autem jocus, nimirum se ad cœnæ seu prandii horam opportune commodeque intervenire solere, nunc autem aliter vult a Patrono suo intelligi.

65. *Facinus luculentum.*] 'A rich treat.' Aliud Menæchmus, aliud Parasitus intelligit. Nam cum Ille *pallam* ab uxore luculenter et fabre surreptam significet; Hic, (ut ventri deditus,) *cibi aliquid* esse lautum et luculentum suspicatur.

66. *Si quid titubatum est.*] Jam sciam si quid in coquendo peccatum fuerit. Nostrates dicunt, 'If there has been *a slip of the pan.*'

67. *Pictam in pariete.*] Confer Merc. 309. sqq.

"Si unquam vidistis pictum amatorem, hem illic est:
Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus senex
Tantidem est, quasi sit signum pictum in pariete."

PE. Sæpe. Sed quid istæ picturæ ad me attinent?
ME. Age, me aspice!
Ecquid assimulo similiter?
PE. Qui istic est ornatus tuos?
ME. Dic hominem lepidissumum esse me!
PE. Ubi esuri sumus?
ME. Dic modo hoc, quod ego te jubeo!
PE. Dico: "Homo lepidissume."
ME. Ecquid audes de tuo istuc addere?
PE. "Atque hilarissume."
ME. Perge.
PE. Non pergo hercule ego, nisi scio, qua gratia.
Litigium est tibi cum uxore: hoc mi abs te caveo cautius.
ME. Te morare, mihi quom obloquere.
PE. Oculum effodito persolum

v. 69. *Attinent,* med. syll. extrita (*Att'nent,*) pronuntiand.——70. *Similiter.* "Forte *simulter,* ut Pseud. I. III. 148. [B. 376. "*Exossabo ego illunc simulter itidem, ut murænam cocus.*"] ut laudatus a Nonio." HARE.—*Istic,* prior syll. corripitur. Supra 18.——71. *Me,* non elid.——72. *Hoc,* omitt. B. c. ——74. *Hercule ego.* B. 1, B. c, *hercle nisi,* omisso *ego.* Conjicit HARE legendum *hercle vero.* Ald. Junt. Parm. etc: *Perge porro. Non pergo hercle nisi.*——76. *Obloquere,* non elidend. Vide in v. 293. ——76, 77. Hos versus in ordinem restituit Bo: cum vulgo post v. 80. inserti fuerint: itaque habent duo nostri Codd. B. 1, B. c.

70. *Assimulo similiter?*] Nonne aliqua ex parte Ganymedem et Adonim specie aut cultu corporis refero? Hoc autem ait idcirco, quod pallam uxoris induerat. Ganymedes enim et Adonis pueri molles et mulierum similes erant. LAMB. Ludit in re eadem Aristoph. Ran. 46. Vide Infra 415. sq.

74. *Pergo.*] Pro *pergam.* 'I *will* not proceed.' Vide Infra 79. 148. Ita *rogo* pro *rogabo,* Infra 1049.

75. *Hoc mi abs te caveo.*] 'On this account I am the more on my guard against you.' Cavendum sibi ab eo esse, ait, quia cum uxore litiget, ut haud facile se ad cœnam domum sit vocaturus. BOTH.

76. *Te morare.*] Tibi moram creas, dum me inter loquendum sermone tuo intempestive interpellas. 'You are only hindering yourself by interrupting me.'

— *Oculum effodito.*] Aul. 14.

Mihi, Menæchme, si ullum verbum faxo, nisi quod jusseris!

ME. Clam uxorem ubi sepulcrum habemus, hunc comburamus diem.

PE. Age sane igitur, quando æquom oras: Quam mox incendo rogum? 79

Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuos.

ME. Concede huc a foribus.

PE. Fiat.

ME. Etiam concede huc.

PE. Licet.

ME. Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.

PE. Heu edepol næ tu, ut ego opinor, esses agitator probus.

v. 78. B. c, *uxore*. Tum B. 1, et B. c, *habemus: atque hunc comb.* In voc. *sepulcrum* pro gloss. in marg. habet B. c, "latibulum."——80. *Dies*, monosyll. Infra 498. "Citat Gell. III. 14. *dimidiatus mortuu'st.*" HARE.

78. *Ubi sepulcrum*, etc.] Sensus est, (quem ex tenebris evocavit BOTHE,) Jubeo prandium apparari clam uxorem, in eo loco ubi sepulcrum habemus. H. e. ubi sepelire epulis et vino solemus dies nostros; nempe apud Erotium meretricem: de die enim sepeliendo, quasi mortuo, loquitur. Vide Infra 394.

79. *Incendo rogum.*] Ex morte diei tempus cœnandi intellexit; proinde quasi cœna sit diei sepulcrum. TURNEB. Vide Gloss. in vers. præced. Et verte, 'How soon *must* I fire the pile?' De constructione, consule Infra 148. Gloss. Eadem est in Pseud. 1164.

"*Quam mox* mi operam *das*?"

80. *Ad umbilicum.*] 'The day is half spent already.' Ad mediam partem: Umbilicus enim quasi media pars animalis est. LAMB. Intell. jam pomeridianum tempus advenisse: est enim *meridies* nihil aliud quam *medidies*, [Cic. Orat. 47.] i. e. *medius*, seu dimidiatus, *dies*. Vid. Gloss.

— *Mortuos.*] Citat TURNEB. Stat. Silv. Lib. IV.

"Jam *moriente die* rapuit me cœna benigni Vindicis."

82. *Leonino cavo.*] 'From this Lion's den.' A spelunca leonina; h. e. domo mea, ubi commoratur uxor, quæ est mihi instar leænæ. LAMB.

ME. Quidum?

PE. Ne te uxor sequatur, respectas identidem.

ME. Sed quid ais?

PE. Egone? id enim, quod tu vis, id aio atque id nego.

ME. Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris, 86
Facere conjecturam?

PE. Captum si siet collegium.

ME. Agedum, odorare hanc, quam ego habeo, pallam:
Quid olet?—Abstines?

PE. Summum olfactare oportet vestimentum muliebre;
Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illucido. 90

ME. Olfacta igitur hinc, Penicule lepide, ut fastidis!

PE. Decet.

ME. Quid igitur? quid olet? Responde.

PE. Furtum, scortum, prandium.

v. 85. *Quid ais?* B. 1, B. c. *quid agis?* Vide Supra 62.—*id aio*, etc. B. 1, B. c, *id dato, atque id nega.*——87. Vulg. et B. 1, B. c, *Captum sit collegium.* "Legendum puto, *Non si captum sit collegium;* deleto *augurum.*" HARE. Equidem Bothii conjecturam haud spernendam judico.——88, 89. Corrupte hi versus in nostris Codd. leguntur: Bothium libentissime sequor.——89. *Summum*, non liquescit; Vide Supra 17; ut nil opus sit *me* inserere, quod aperte ineptum est.——90. *Ex istoc loco.* "*Ex* non habent Codd. forte *Nam istoc e loco.*" HARE. B. c, *Nam ex isthoc loco.*——92. B. 1, *Quid igitur hoc olet.* B. c, *Quin igitur quod oles responde.*

84. *Respectas identidem.*] 'You keep continually looking back, lest your wife be at your heels.' Agitator in ludis Circensibus identidem respicit eos qui pone currunt. Ita Menæchmus respectabat, timens ne ab uxore conspiceretur pallam ejus indutus. LAMB.

85. *Egone? id enim*, etc.] 'What I? why, to be sure,' etc. *Enim* elliptice, sicut Græce γὰρ, positum.

86. *Ecquid*, etc.] Numquid tu possis, si quam rem forte olfeceris, quæ res ea sit, ex odore conjecturam facere? LAMB.

87. *Captum si siet collegium.*] 'Yes, if the opinion of the College (of Augurs) be first taken.' 'If they be consulted.' Primum se responsurum dicit parasitus *cum auguribus;* mox, instante altero, palam pronunciat, quid *sibi* videatur de ista palla. BOTH.

90. *Istoc loco.*] H. e. ex infima parte. Mox, *Hinc*, ex summa parte.

ME. Nunc ad amicam deferetur, hanc meretricem Erotium:
Mihi, tibi, atque illi jubebo jam apparari prandium;
Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.
PE. Expedite fabulatu's: Jam fores ferio?
ME. Feri.
Vel mane etiam.
PE. Mille passuum commoratu's cantharum.
ME. Placide pulta.
PE. Metuis, credo, ne fores Samiæ sient.
ME. Mane, mane, obsecro, hercle: eapse, eccam, exit.
Ah! Solem vides?
Satin' ut occœcatu'st præ hujus corporis candoribus?

v. 99. Prioris *Mane* ult. syll. corrip. Infra 206. 266. Aul. 609.—*Eapse*, Bo: ex conjectura Acidal. B. 1, *ab se ecca exit*. B. c, *a se ecca exit*. Cæterum B. 1, *Oh, solem vides:* quod Peniculo tribuit, et versum sequ. Menæchmo.

95. *Inde usque.*] Ex illo tempore usque ad Luciferi ortum.

96. *Jam fores ferio?*] 'Am I now to knock at the door?' Vid. infra 148. supra 79.

97. *Vel mane etiam.*] 'But hold, stop a little.' Confert HARE, Pseud. 168.

"*Vel opperire:* est quod," etc.

— *Commoratu's.*] 'You have stopped the bottle a mile.' Dum me hoc verbo (*mane*) prohibes ne fores feriam, poculum a labris quasi *mille passuum* spatio amovisti; usque eo enim serius ad mensam accumbemus. Ludit, (ait GRON.) confundendo longitudinem loci et temporis. Ut ille apud Quinct. [Inst. XI. 3. 126.] qui interrogavit de quodam, "Quot millia passuum declamasset?" Confert Bothe, Truc. 305;

"Quid jam revocabas me, improbe nihilique homo?
Quæ passuum tibi mille peperit mora moræ."

98. *Placide pulta.*] Jocus frequentissimus apud Comicos; cujus plurima ex Aristophane exempla facile in mentem cujusvis occurrent. Apud Nostrum, Amph. 870.

"Qui sic frangas fores." Etc.

100. *Satin' ut occœcatu'st?*] Satisne vides, ut Sol obscuratus est, corporis Erotii candoribus comparatis. LAMB. Paullo aliter SHAKSP. *Romeo and Juliet.*

"It is the east, and Juliet is the Sun!—
Arise fair Sun..............
The *brightness of her cheek would shame those stars,*
As daylight doth a lamp."
Act II. Sc. II.

ACT. I. SCENA III.

EROTIUM. PENICULUS. MENÆCHMUS.

ER. Anime mi, Menæchme, salve!
PE. Quid ego?
ER. Extra numerum es mihi.
PE. Item istuc aliis ad legionem fieri adscriptivis solet.
ME. Ego istic mihi hodie apparari jussim apud te—prœlium.
ER. Hodie id fiet.
ME. In eo uterque prœlio—potabimus.
Uter ibi melior bellator erit inventus—cantharo,

v. 101. B. 1, *Anime mei;* et sic Infra 272.——102. Pro *Item,* B. 1, et B. c, *Idem,* ut in Prolog. 43.—*istuc,* prior syll. corripitur, ut et *istic* vers. sequ. Supra 18.——103. B. 1, B. c, *jussi;* et sic Edd. Vett. mutavit Bo: ex conjectura Acidal.——104, 105. Corrupte in nostris Codd. leguntur. B. 1, et B. c, *pro ilio;* Vid. Gloss. in v. 103.——105. B. c, *bellator melior.*

101. *Extra numerum es mihi.*] Extra ordinem es, neque in numero eorum, qui mihi cari sint: nullo numero mihi es. LAMB. H. e. Nullo pretio aut loco. Vid. Gloss.

102. *Adscriptivis*] 'Picked troops, kept as a *corps de reserve.*' Nam observat Gronovius, "*Non contemptiores* fuisse adscriptivos, pessimi enim imperatoris esset pejores milites in supplementum legere: potius meliores legere debebat, qui casu interfectorum non terrerentur. Imo nihilo viliores adscriptivi relatis in numeros: sed credibile est *vel meliores esse,* ut iis parceretur, nisi necessitas cogeret. Et hoc vult Parasitus, qui probrum meretricis in meliorem partem vertit. Cum enim illa dixisset, 'Extra numerum es mihi;' quasi diceret, Te nullo numero habeo; 'Atqui,' inquit ille, '*non ideo sum vilior,* nam et Adscriptivi ad legionem, (non viliores relatis in numeros,) extra numerum sunt.'"

103. *Prœlium.*] Urbane hoc dixit, *prandium* significans, manens in translatione superiori, quæ ducitur a re militari. Confert HARE, Nost. Pers. I. III. 32. [112. B.]

"Sed quid cessamus *prœlium* committere?
Dum mane omnes esse mortales decet."

104. *Uterque potabimus.*] Ego et Peniculus. *Potabimus,* per σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν pro *pugnabimus,* (quod post *prœlium* exspectaveris,) positum.

Tua est legio: adjudicato, cum utro hanc noctem sies.
Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male!
ER. Interim nequis, quin ejus aliquid indutus sies.
Quid hoc est?
ME. Induviæ tuæ, atque uxoris exuviæ, rosa.
ER. Superas facile, ut superior sis mihi quam quisquam, qui impetrant.
PE. Meretrix tantisper blanditur, dum illud, quod rapiat, videt.—
Nam si amabas, jam oportebat nasum abreptum mordicus.
ME. Sustine hoc, Penicule: exuvias facere, quas vovi, volo.

v. 106. B. 1, B. c, *Tu es legio*. Ald: *Tua legio est*. *Tua*, et *utro*, non elidenda.——110. *Impetrant*, "Ita Codd. sed Editt. Vett. *impetrat*." HARE. Nostri quidem Codd. B. 1, B. c, plane *impetrat;* sed alterum exquisitius, Vide in Gloss.——112. *Jam*, non liquescit.

106. *Tua est legio.*] Penes te est tota hæc legio, tu es imperatrix: tuum est partes suas singulis militibus adjudicare.

108. *Interim nequis*, etc.] 'And yet you must be wearing some of her things?' Interim tu, qui dicis te uxorem tuam odisse, tibi temperare non potes quin aliquod ejus vestimentum indutus sis. LAMB.

112. *Nam si amabas.*] Hic versus a parasito clare pronunciatus. Præcedentem sub lingua dixerat. Ut autem dissimularet quod ita submurmuraverat, ex abrupto incipit, quasi continuaret id quod submisse locutus est. SALM.

— *Mordicus.*] Aul. 191. Gloss.

113. *Hoc.*] *Pallium suum*, quod super uxoris pallam indutus erat.

— *Exuvias facere.*] Nempe, se spoliare ut amicam suam vestiat. Ut Supra 109, dixerat, *Induvias* Erotii hanc pallam futuram. Primum igitur vestimentum suum, (quod superimpositum est,) mox uxoris pallam (quæ infra, celandi causa, jacet) exuere pergit. Mos autem saltatorum fuisse videtur superiores vestes exuere, ne lubricos motus corporis impedirent: Unde Socrates apud Plat. Menex. Cap. 5. ait, Εἴ με κελεύοις ἀποδύντα ὀρχήσασθαι. Quo pertinet Peniculi dictum in vers. prox.

PE. Cedo. Sed, obsecro hercle, salta sic cum palla postea.
ME. Ego saltabo? Sanus hercle non es.
PE. Egone, an tu magis?
Si non saltas, exue igitur.
ME. Nimio ego hanc periculo
Surripui hodie. Meo quidem animo ab Hippolyta subcingulum
Hercules haud æque magno unquam abstulit periculo.
Cape tibi hanc; quando una vivis meis morigera moribus.
ER. Hoc animo decet animatos esse amatores probos.
PE. Qui quidem ad mendicitatem properent se detrudere.
ME. Quatuor minis ego emi istanc anno uxori meæ.

vv. 114, 115. Intermutantur personæ his versibus in B. 1, B. c, sicut in Ed. Ald. apparent; Vulgatum sequor ut magis verisimile.——117—119. *Meo, meis,* monosyll. Supra v. 5.——120. Hæc a Bothio bene EROTIO tribuuntur, ut et vv. 127—129, PENICULO.——121. B. 1, *se properent.*

114. *Sic.*] 'As you are.' Nempe pallio exuto, et pallam indutus; nam hic ornatus, ut mollior et effeminatus, saltatorem decebat. Vide Infra 415. sq.

115. *Sanus non es.*] Ad mentem Ciceronis, cujus verba sunt, "Nemo fere saltat sobrius, *nisi forte insanit.*" Pro Muren. c. 6.

— *Tu magis.*] *Insanus;* quippe qui palla tam pretiosa te exuas, ut *ad damnum deferatur.*

117. *Hippolyta.*] Hæc fuit Antiopæ Amazonum reginæ soror, et in bello, quod cum Amazonibus Græci gesserunt, ab Hercule capta: post uxor Theseo facta, et mater Hippolyto. Is erat sextus ex laboribus Herculeis, et in versu illo commemoratur,

"Threiciam *sexto* spoliavit Amazona baltheo."

Unde Noster, Epid. 174.

"Hercules ego fui, dum illa mecum fuit;
Neque *sexta ærumna* acerbior Herculi,
quam mi illa objecta est."

119. *Morigera.*] Confer Ter. Andr. I. v. 59.

"Sive hæc te solum semper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus."

121. *Qui quidem.*] Hæc secum parasitus, sicut et sqq. '*Quatuor minæ,* etc.' BOTH. Vid. Infra 339.

PE. Quatuor minæ perierunt plane, ut ratio redditur.
ME. Scin', quid volo ego te accurare?
ER. Scio. Curabo, quæ voles.
ME. Jube igitur nobis apud te prandium accurarier,
Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier....
PE. Glandionidam suillam, laridum, pernonidem, aut
Sinciput, aut omenta porcina, aut aliquid ad eum modum,
Madida quæ mi apposita in mensam miluinam suggerant.
ME. Atque actutum.
ER. Licet ecastor.
ME. Nos prodimus ad forum.
PE. Jam nos hic erimus: dum coquitur, interim potabimus.
ER. Quando vis, veni: parata res erit.
PE. Propera modo!

v. 125. B. 1, B. c, *nobis tribus*, quod si verum sit, *prandium* esset pro dissyll: habendum, ut Infra 276; sed nil opus mutare.——126. Abest hic versus a B. 1.——127. B. 1, B. c, *Glandionicam sullam l. pernam itidem.*——128. B. 1, B. c, *aut menta*, corrupte.—HARE, "*aut polimenta*, Edd: primæ, recte ut videtur. *Polimenta*, a *politione* inquit Festus, segetum aut vestimentorum, quod similiter atque illa curentur: sed inepte, sunt enim a *polis* seu *polulis*, pilis sc. ex aluta molli tomento fartis, quibus datatim ludebant in foro, unde *polire* est *pila ludere.* Sic Scal. sed Dacerius, *pola* est *polla*, Gr. *πάλλα*, Æol. *πόλλα*, unde *polla*, et *polire*, pila ludere: *polimenta* autem a *pola.*" Hæc ille; equidem vero *omenta*, quod dat Both: unice legendum judico.——129. B. c, *ad mensam.*——131. *Jam nos hic*, et *coquitur*, B. 1, B. c. Both: *dum coquetur.*

123. *Ut ratio redditur.*] 'By your account; as far as I understand *your reckoning.*' Ex rationibus quas reddis. Namque est hoc loco *ratio argentaria*, accepti et expensi. Confer Ter. Ad. IV. VII. 24.

DEM. "Nempe tua arte *viginti minæ*
Pro psaltria *periere.*"

127. *Glandionidam*, etc.] Optime hæc Parasito tribuuntur, ut id genus hominum maxime istiusmodi rerum amans fuerit, quod apparet ex Capt. 774, sqq. et Curc. 327.

"Perna suis, abdomen, sumen, glandium."

quæ sunt reliquiæ parasito, adventitiæ cœnæ loco, appositæ.

129. *Madida*, etc.] 'Which when served up to table cooked, may suggest to me a kite-like appetite.' Proverbium Anglicum est, *As hungry as a glead.* Vide in Gloss.

ME. Sequere tu.
PE. Ego hercle vero te et servabo, et te sequar.
Neque hodie, ut te perdam, meream deorum divitias mihi.
ER. Evocate intus Cylindrum mihi cocum actutum foras!

ACT. I. SCENA IV.

EROTIUM. CYLINDRUS.

ER. Sportulam cape atque argentum. Eccos tres numos habes.
CY. Habeo.
ER. Abi, atque obsonium affer. Tribus vide quod sit satis;
Neque defiat, neque supersit.
CY. Quojusmodi hi homines erunt?
ER. Ego, et Menæchmus, et parasitus ejus.
CY. Jam isti sunt decem:
Nam parasitus octo hominum munus facile fungitur.
ER. Elocuta sum convivas; cæterum cura.
CY. Licet.

v. 133. *Tu,* non elid. Vide Infra 293.—*te et servabo,* B. 1, B. c.——134. *Deorum,* vocales *e* et *o* per crasin coalescunt.——136—142. Troch. Tetr. Cat.——136. *Argentum,* non liquescit. Supra 17.——137. *Tribu'.*——139. *Et,* rapide pronuntiand. ut pro brevi syll. sit.——140. *Octo,* non elid.

134. *Ut te perdam.*] Interpr. Angl. 'I would not lose you, not for the wealth of all the gods.' H. e. Vel Deorum divitias spernerem, si hæc conditio accedat, ut te hodie sejungar.

139. *Jam isti sunt decem.*] Videtur (ait MURETUS,) Plautus Eubulum Comicum imitatus, apud Athenæum: qui ingeniose edacem Philocratem, cum unus esset, bis nominavit, et pro duobus numerari voluit:

"Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο
'Επὶ δεῖπνον ἄμαχοι· Φιλοκράτης, καὶ Φιλοκράτης·
"Ενα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι
Μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς."

Lib. I. §. 4.

Cocta sunt. Jube ire accubitum.
Er. Redi cito.
Cy. Jam ego hic ero.

ACT. II. SCENA I.

MENÆCHMUS SOSICLES. MESSENIO.

Me. S. Nulla est voluptas navitis, Messenio,
Major meo animo, quam quom ex alto procul
Terram conspiciunt.
Mes. Major, non dicam dolo,
Quom adveniens terram videas, quæ fuerit tua.
Sed, quæso, quamobrem nunc Epidamnum venimus?
An, quasi mare, omnes circumimus insulas?
Me. S. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.
Mes. Nam quid modi futurum est illum quærere?
Hic annus sextu'st, postquam ei re operam damus.

v. 142. *Redi,* ult. corrept. quod fit in his imperativis. Vide Supra 99.——144. *Quom,* non elid. Lamb. *quando.* Ald. Junt. Parm. *quom illi.*——151. Pro *ei re,* B. 1, B. c, *rei huic;* et ita Edd. Vett.

142. *Cocta sunt.*] 'Consider the meat already drest.' Intelligit, Haud citius mandasti quam mandata exigam. Simile quid Ter. Andr. I. i. 2. "Adesdum: paucis te volo. So. *Dictum puta.*" Ov. Met. IV. 476.

"*Facta puta,* quæcunque jubes."

Citat Both: Pseud. 890. sqq.

Ball. "Intro huc abi, et cœnam coque propere.
Puer. Quin tu is accubitum? et convivas cedo:
Corrumpitur jam cœna."

148. *Quasi mare.*] Scil. *circumit.* 'Are we to run about all the islands as the sea does?' Vid. in Gloss.

151. *Annus sextu'st,* etc.] Confer Virg. Æn. V. 626. sqq. et Nost. Shaksp.

Æg. "Five summers have I spent in furthest Greece,
Roaming clean through the bounds of Asia,
And, coasting homeward, came to Ephesus;
Hopeless to find, yet loath to leave unsought,
Or that, or any place that harbours men."
Com. of Err. Act I. Sc. i.

Istros, Hispanos, Massilienses, Illurios,
Mare superum omne, Græciamque exoticam,
Orasque Italicas omnes, qua aggreditur mare,
Sumus circumvecti. Si acum, credo, quæreres,
Acum invenisses, si appareret, jam diu.
Hominem inter vivos quæritamus mortuom:
Nam invenissemus jam diu, si viveret.
ME. S. Ergo istuc quæro certum qui faciat mihi;
Qui sese dicat scire, eum esse mortuom.
Operam præterea nunquam sumam quærere;
Verum aliter vivos nunquam desistam exsequi.
Ego illunc scio, quam cordi sit carus meo!
MES. In scirpo nodum quæris. Quin nos hinc domum
Redimus, nisi si historiam scripturi sumus?

v. 155. *Sumu'.—Si*, non liquescit.——156. B. 1, B. c, *tam diu.*——158. B. 1, *Nam invenisses id diu.*——159. Pro *Ergo*, B. c, *Ego.*——160. B. 1, *emortuum.*——162. B. 1, B. c, *inter vivos;* et sic Edd. Vett.——163. *Illunc*, prior syll. corrip. ut in Prol. 41. etc.—Pro *quam cordi*, B. c, *qui cordi*, sed alterum longe elegantius.

159. *Istuc.*] 'I am seeking for one who can assure me of this very fact.' Qui mihi istud fide sua præstet, nempe eum esse revera mortuum.

162. *Aliter.*] H. e. Nisi eum vel vivum inveniam, vel mortuum esse certior sim factus. Perperam cum *exsequi* jungit Pareus.

— *Vivos.*] 'While I live.' *Vivus;* i. e. dum vivo. Vide in Gloss.

163. *Illunc scio, etc.*] Græca constructio, quæ valet idem quod, 'Scio quam carus sit *ille* cordi meo.' Sic Hom. IL. II. 409.

"Ἤιδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν, ὡς ἐπονεῖτο."

164. *In scirpo nodum quæris.*] Proverb. de re impossibili. Ter. Andr. V. IV. 38. Ubi (ut h. l.) significat, Rem, quæ omnino fieri nequit, nimia solicitudine prosequeris. Vide plura in Gloss.

165. *Historiam scripturi.*] Ironia. Intell. Jamdudum peregrinandi finem fecisse debuimus, nisi forte velimus libros geographicos de situ orbis, historiamque de hominum moribus conscribere, et idcirco tot terrarum oras perambulamus, totque maria circumvehimur. EX LAMB. Herodotus to-

Me. S. Dictum facessas doctum, et discaveas malo!
Molestus ne sis! non tuo hoc fiet modo!
Mes. Hem,
Illoc enim verbo esse me servom scio!
Non potuit paucis plura plane proloqui.
Verum tam nequeo contineri, quin loquar.
Audi, Menæchme. Quom inspicio marsupium,
Viaticati hercle admodum æstive sumus.
Næ tu hercle, opinor, nisi domum revorteris,
Ubi nil habebis, geminum dum quæris, gemes.

v. 170. B. 1, B. c, *Verum tamen .... continere.* Equidem *contineri* præferendum censui, ut et Infra 1022, ubi sic legitur in B. 1; conf. Rud. 1074. Edd. nonnullæ *me nequeo continere*, quod metrum pessumdat. Habet quidem Erasm: in Colloqu: *continere*, eodem sensu quo *contineri*, (to contain oneself, to refrain,) sed est sequioris Latinitatis.——171. B. 1, B. c, *Audin;* ut Infra 224.

tum pene orbem terrarum lustravit quo Ἱστορίαν suam accuratius conscriberet.

166. *Dictum facessas doctum.*] 'Come let's have none of your wise saws.' Noli mihi argutari, et sententias funditare. Par.

168. *Illoc enim verbo.*] Respicit mordacia illa verba, *Non tuo hoc fiet modo.* Vide Infra 348.

172. *Viaticati æstive.*] Vide Gloss. Variæ hujus loci interpretationes proferuntur, quarum illam Lambini prætuli. "*Æstive viaticati* sunt, tenuiter et anguste et parce viaticati; sermone translato ab iis qui *vestiti,* ad eos qui *viaticati* sunt. Dicere enim solemus aliquem *æstive vestitum,* qui leviter et expedite vestitus est. Nam æstivo tempore, vestitu leviore et pauciore opus est quam brumali." Huc pertinet Juv. Sat. I. 28.

"Ventilet *æstivum* digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ."

Qui autem malint accipere de *victu* seu *commeatu,* quem minorem *æstivis* castris quam hibernis providere mos erat militibus, consulant Aul. Gell. XVI. 3. "Erasistratus vim quandam famis non tolerabilem, quam Græci βούλιμον appellant, *in diebus frigidissimis multo facilius accidere* ait, quam quum serenum atque placidum est."

174. *Geminum.*] 'Your twin brother.' Ludit in paronomasia τοῦ *gemes;* (ut mox. v. 184. Supra Prol. 65. etc.) Gemes autem, non tam ob fratrem amissum, quam quod nihil jam erit in marsupio, unde victum et necessaria emere possis.

Nam ita istæc hominum natio est Epidamnia:
Voluptarii atque potatores maxumi,
Tum sycophantæ, et palpatores plurimi
In urbe hac habitant; tum meretrices mulieres
Nusquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est,
Quia nemo ferme sine damno huc devortitur.
Me. S. Ego istuc cavebo. Cedodum mi huc marsupium!
Mes. Quid eo vis?
Me. S. Jam abs te metuo de verbis tuis.
Mes. Quid metuis?
Me. S. Ne mihi damnum in Epidamno duis.
Tu magnus amator mulierum es, Messenio;
Ego autem homo iracundus, animi perditi:
Id utrumque, argentum quando habebo, cavero;

v. 181. B. 1, B. c, *huc sine damno divortitur.*——182. *Istuc,* prior syll. corrip. Supra 18.——185. B. 1, B. c, *Tu magnus;* et ita Vett.——186. B. c, omitt. *homo.*——187. B. 1, B. c, *habeo.*

177. *Sycophantæ,* etc.] Gemellum locum citat Interpr. Angl. ex Shaksp.

Ant. S. "They say this town is full of cozenage;
As, nimble jugglers, that deceive the eye;
Dark-working sorcerers, that change the mind;
Soul-killing witches, that deform the body;
Disguised cheaters, prating mountebanks,
And many such like liberties of sin."
Com. of Err. Act I. Sc. ii.

180. *Epidamno.*] De constructione vid. Gloss. in Prol. 42. Citat Lamb: Pompon. Mel. Lib. II. Cap. 111. "Dyrrachium *Epidamnus* ante erat. Romani nomen mutavere quia velut *in damnum* ituris omen id visum est." Et Plin. Nat. Hist. Lib. III. Cap. 23. "*Epidamnum* colonia, propter inauspicatum nomen, a Romanis Dyrrachium appellata."

182. *Marsupium.*] Supra 171.

186. *Ego homo iracundus.*] Petron. Sat. XCIV. "Et ego iracundus sum, et tu libidinosus; vide, quam non conveniat his moribus." Grav.

187. *Id utrumque.*] 'I shall prevent both these ills.' Ne tu mihi damnum facias, neve ego tibi; quod ex versu prox. apparet.

Ne tu delinquas, neve ego irascar tibi.
MES. Cape atque serva; me lubente feceris.

ACT. II. SCENA II.

CYLINDRUS. MENÆCHMUS SOSICLES. MESSENIO.

CY. Bene obsonavi, atque ex mea sententia;
Bonum anteponam prandium pransoribus.
Sed eccum Menæchmum video. Væ tergo meo!
Prius jam convivæ ambulant ante ostium,
Quam ego obsonatu redeo! Adibo atque alloquar.—
Menæchme, salve.
ME. S. Dii te amabunt. Scin', quis sum?
CY. Non hercle vero! Ubi convivæ ceteri?

v. 192. *Sed*, media extrita litera, (*S'd*) pronunt. Infra 465.—Edd. Vett. et Cod. B. 1, *Videon a tergo meo.* B. c, *video a t. m.* et sic Ald. et Junt. Sed melius, credo, Gronov. et Par. quos secutus est Bo: *video. Væ tergo meo!*——195. B. 1, *Scis quis ego sim?* B. c, *scis quis ego siem?* Unde HARE, " Pro *amabunt*, Metrum poscit *ament.*" Infra 217, *quis ego sim;* sed ibi variatur Codicum lectio.—*Qui'*, rapide pronuntiand. Supra 65. Bo: *Quis ego sum?* et vers. prox. *Novi h. v.*——196. *Vero*, non elidend.

192. *Menæchmum.*] Sosiclem; hic enim sunt erroris initia.

193-4. *Prius .... quam*, etc.] 'Before I am returned from catering.'

195. *Dii te amabunt.*] 'God bless you.' 'Thank you.' Est formula salutationis reddendæ, et quidem minus familiarium.

— *Scin', quis sum?*] 'Do you know who I am, Sir?' Est hæc quoque formula interpellantis, simul habens nescio quid admirationis, qua importunum quendam deterrere volumus. Unde ille garrulus, apud Hor. Sat. I. IX. 7, ne sic amoveatur metuens, *occupat prior* dicendo, "Noris nos?" i. e. Velim ut me, qui sim, quam primum noscas.

196. *Non hercle vero!*] 'Not know you!—I should think not indeed!' Εἰρωνικῶς hoc capiendum. PAR.

ME. S. Quos tu convivas quæris?
CY. Parasitum tuom.
ME. S. Meum parasitum? Certe hic insanu'st homo.
MES. Dixin' tibi, esse hic sycophantas plurimos?
ME. S. Quem tu parasitum quæris, adulescens, meum?
CY. Peniculum.
MES. Eccum, in vidulo salvom fero!
CY. Menæchme, numero huc advenis ad prandium;
Nunc obsonatu redeo.
ME. S. Responde mihi,
Adulescens; quibus hic pretiis porci veneunt
Sacres sinceri?
CY. Numo.
ME. S. Numum a me accipe;
Jube te piari de mea pecunia:
Nam equidem insanum esse te certo scio,
Qui mihi molestu's homini ignoto, quisquis es.
CY. Cylindrus ego sum. Nomen non nosti meum?

v. 201. *Peniculum,* non liquescit.——202. Pro *numero,* B. c, *num non.*——203. Corruptissime in nostris Codd. legitur.——205. B. 1, B. c, *Sacris sinceris.—Numo,* abest a B. 1, B. c. tum *Nummum a me accipe.* HARE, "*Eum a,* Leg. *En! a.*" Nostra lectio Bothio debetur.——206. *Jube,* ult. corrip. Supra 99.——207. *Nam equidem,* ita B. 1, B. c. *Nam,* et *insanum,* non liquescunt.——209. B. 1, B. c, *Non nosti nom. meum.*

201. *Eccum, in vidulo.*] Jocus ex ambiguo: nam Messenio intelligit Peniculum, *qui extergentur baxeæ;* Infra 300.

204. *Quibus pretiis,* etc.] Porci sacri et sinceri immolabantur ab iis qui piaculum aliquod admiserint, aut qui insani exstiterint. Significat igitur Menæchmus coquum esse insanum. LAMB. Vide Gloss. et adde Æsch. Eumen. 273.
"Καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις."
"Porculis quippe Orestes expiatus est, tam ab *insania* quam a matricidio." GRAV.

206. *Jube te piari.*] 'Get yourself expiated at my expense.' Jubeas *sacerdotem* ut te expiet. Infra 418. Hinc *piatricem* memorat Noster in Mil. 692.

208. *Molestu's.*] H. e. Molestus *es;* [ut vv. 96. 226. etc.] 'To molest me a stranger to you, whoever you are.'

ME. S. Seu tu Culindrus, seu Coriandrus, perieris!
Ego te non novi, neque novisse adeo volo.
CY. Est tibi Menæchmo nomen tantum, quod sciam.
ME. S. Pro sanó loqueris, quom me appellas nomine.
Sed ubi novisti me?
CY. Ubi ego te noverim,
Qui amicam habeas heram meam, hanc Erotium?
ME. S. Neque hercule habeo, neque te, quis homo sis, scio.
CY. Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissume
Cyathisso apud nos, quando potas?
MES. Hei mihi,
Quom nihil est, qui illi homini diminuam caput!
ME. S. Tun' cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem
Epidamnum nunquam vidi, neque veni?
CY. Negas?
ME. S. Nego hercle vero.
CY. Non tu in illisce ædibus

v. 210. B. 1, *Cylindrus;* B. c, *Cilindrus es.* Tum B. 1, et B. c, *Coriendrus.* Sed vide in Nott.——212. *Tantum, quod sciam,* Bothius MENÆCHMO tribuit. Sed aliter Codd. et Edd. Vett. B. 1, et B. c, *Mencchini nomen.* Pro *tantum,* B. 1, *tamen.*——213. B. 1, B. c, *qui me appellas.*——214. *Me,* non elid. Vide Infra 293.——217. *Sim,* B. 1. *sum,* B. c. Vide Supra 195.——219. *Illi,* non elid.——221. B. c, *veni neque vidi.*

210. *Culindrus — Coriandrus.*] Jocus ex paronomasia; [ut vv. 180. 201. et centies apud Nostrum.] Pro *Coriandrus,* Lamb: *Coliendrus,* ut paullo ad ductum literarum propius; illud enim a *culo,* hoc a *coleo,* derivatum ridiculi causa existimat. Sed haud operæ est diutius in re tali commorari.

211. *Neque novisse adeo volo.*] 'And, what is more, I don't wish to know you.' De particulis *neque adeo,* vide in Prol. 21; Gloss.

212. *Menæchmo.*] De constructione, Supra Prol. 42. Gloss.

219. *Quom nihil est,* etc.] 'That I have nothing to break this fellow's head with!' Stomachose dictum, ut Hor. Sat. II. VII. 116.

"Unde mihi lapidem?...Unde sagittas?"

Habitas?
Me. S. Dii illos, qui illi habitant, homines perduint!
Cy. Insanit hic quidem, qui ipse maledicit sibi.—
Audin', Menæchme?
Me. S. Quid vis?
Cy. Si me consulas;
Numum illum, quem mihi dudum pollicitu's dare,
Jubeas, si sapias, porculum afferri tibi:
Nam tu quidem hercle certo non sanu's satis,
Menæchme, qui nunc ipsus maledicas tibi.
Mes. Heu hercule hominem multum et odiosum mihi!
Cy. Solet jocari sæpe mecum illoc modo:
Quamvis ridiculus est, ubi uxor non adest.
Me. S. Quid ais tu? Quid vis, inquam?
Cy. Satin' hoc, quod vides,
Tribus vobis obsonatum, an obsono amplius;
Tibi, et parasito, et mulieri?
Me. S. Quas mulieres,

v. 223. *Illi*, vide Gloss. Codd. ἀμέτρως *Dii illos homines qui illic habitant perdiunt.*——224. *Quidem*, elisa *i* litera pronuntiand: Bo. Vide supra 69. At nostri Codd: plane *equidem* habent; et sic Edd. aliquot Vett. sed metrum respuit.——228, 229. Hi duo versus absunt a nostris Codd. et v. 230, corrupte legitur, *Tu hercle homo es multum odiosus mihi.*——231. B. 1, B. c. *illo modo.*——232. B. c, *Quivis ridiculus* etc. longe alio sensu, si hæc lectio accipiatur.——234. *Tribu'*, elisa litera *s* pronuntiand.—Tum B. 1, B. c, *obsonatus.* i. e. *obsonatus sum.* Vulg. *obsonatum est,* sed *est* delend. poscente metro.——235. B. 1, B. c, *Quas tu mulieres.*

225. *Si me consulas.*] 'If you'll take my advice.' Si meo utaris consilio.

226. *Numum illum,* etc.] Anacoluthon. Sensus est, Jubeas *ex numo illo,* quem mihi dudum [v. 205.] pollicitus es dare, afferri porculum tibi, ut qui longe insanior sis quam ego. Eadem constructio Infra 950.

230. *Heu hercule.*] Abominantis formula. Infra 633. 772.

231. *Solet jocari.*] Hæc ad Spectatores loquitur. 'It's his way to jest thus with me. He's wondrous jocose when his wife is not by.' *Quamvis* pro *quantumvis;* Vide Gloss. et adde Pseud. 1173. "*Quamvis* pernix hic homo est." (Mighty expeditious.)

Quos tu parasitos loquere?
MES. Quod te urget scelus,
Qui huic sis molestus?
CY. Quid tibi mecum est rei?
Ego te non novi; cum hoc, quem novi, fabulor.
ME. S. Non edepol tu, homo, sanus es, certo scio.
CY. Jam ergo hæc madebunt faxo; nil morabitur:
Proin tute ab ædibus ne quo abeas longius.
Numquid vis?
ME. S. Ut eas maxumam in malam crucem!
CY. Ire hercle meliust te—interim atque accumbere,
Dum ego hæc appono Volcani ad violentiam.
Ibo intro, et dicam te hic adstare Erotio;
Ut te hinc abducat potius, quam hic adstes foris.

v. 239. *Tu*, non liquescit.——240. *Jam ergo.* " Acidal. *Jam ego.*" HARE. Nostri Codd. *ergo;* recte ut opinor.——241. B. 1, B. c, *Proin tu ne quo abeas longius ab ædibus.* " *Longius ab;* Legendum puto *longius hinc ab.*" HARE. Hoc melius quam cum Bothio *abbitas* reponere.——243. B. 1, B. c, *melius.*—Tum B. c, et Edd. aliquot Vett. *intro,* ult. syll. non elisa, sed *interim* præstat.——244. B. 1, B. c, *ad Volc. viol.*

236. *Quod te urget scelus?*] Quod te scelus agitat? Quæ te intemperiæ tenent? LAMB. Est *scelus* inexpiatum aliquod crimen, propter quod Diis inimicus quis est, et ab iis ob id dementatus.

237. *Quid tibi mecum est rei?*] 'What's your business with me?'

242. *Eas in maxumam malam crucem.*] Supra, Prol. 66.

243. *Ire meliust te—*] Placet Dissaldii conjectura, *te* suspense legendum esse, ut sit sensus in ambiguo: nempe, *Melius est te* (quam me) *ire in maxumam malam crucem.* Hæc ut rideant spectatores clare loquitur, sed ne irascatur herus, (quem esse Menæchmum etiamdum suspicatur,) continuo subjicit, *interim atque accumbere,* scilicet *ad mensam.* Frequentissimus hic apud Comicos, et præcipue Nostrum, jocus. Conf. Aul. 413. Epid. 21.

TH. "Dii te perdant!
EP. Te volo—
Percontari."

Adde Bacch. 468—474; quo loco plurima simul exempla hujusmodi occurrunt.

Me. S. Jamne abiit iste? Edepol haud mendacia
Tua verba experior esse.
Mes. Observato modo:
Nam istic meretricem credo habitare mulierem,
Ut quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modo.
Me. S. Sed miror, qui ille noverit nomen meum.
Mes. Minume hercle mirum: morem hunc meretrices habent;
Ad portum mittunt servolos, ancillulas,
Si qua peregrina navis in portum advenit:
Rogitant quoiatis sit, quid ei nomen siet;
Postilla extemplo se applicant, adglutinant;
Si pellexerunt, perditum amittunt domum.
Nunc portu in istoc stat navis prædatoria,
Abs qua cavendum nobis sane censeo.
Me. S. Mones quidem hercle recte.
Mes. Tum demum sciam
Recte monuisse, si tu recte caveris.

v. 247. *Jamne abiit iste? iste,* de meo dedi, ut quod facile potuerit excidisse ob similitudinem proximarum literarum...*it...e...* Edd. Ven. Parm. Ald. etc. *Jamne abiit ille?*—Hare, " *Jamne abiit? Edepol.* Leg. *jamne abiit intus? abiit.*" Bo: ex conjectura Taubmanni, *Jamne abiit?* Abiit. B. 1, B. c, *Jamne abiit ædepol*...etc.——250. *Ille,* prior syll. corrip. Prol. 22. B. 1, B. c, *insanus ille.*——255. " Prisc. 1047. *Rogitant—sit, aut ex quo oppido.*" Hare.—B. 1, *nomen siat.*——256. B. 1, B. c, *Post illæ.* " Codd. *Post illa,* recte. forte *postilla.*" Hare; et sic Bo.——258. *Istoc,* prior syll. corrip. Supra 18. Nam quod ait Bo: " *τὸ navis μονοσυλλάβως* pronuntiandum esse," contra stat v. 347, infra, ubi plane est pro dissyll.—B. 1, B. c, *in istoc portu stat;* unde non male Hare, " Manifesto legendum *portu 'st.*"

255. *Quid ei nomen.*] 'What is his name?' *Ei,* magistro, domino, intellecto ex præced. *quojatis.* Vide Gloss.

257. *Si pellexerunt,* etc.] 'If they succeed in inveigling him, they send him home a lost man.' Nempe in suam ipsius domum dimittunt. Non prius ab se amittunt quam plane perdiderint.

258. *Nunc portu in istoc,* etc.] Allegoria est. Per *navem prædatoriam,* ('A pirate ship,') meretricem Erotium significat; per portum, domum ejus. Lamb. Vid. Infra 347.

ME. S. Tacedum parumper; nam concrepuit ostium.
Videamus, qui hinc egreditur.
MES. Hoc ponam interim.
Asservatote hæc, sultis, navales pedes.

ACT. II. SCENA III.

EROTIUM. CYLINDRUS. MENÆCHMUS SOSICLES. MESSENIO.

ER. Sine fores sic! Abi! nolo operiri. Intus para, cura,
Vide, quod opus est, fiat! Sternite lectos! Incendite odores!
Munditia illecebra animo amantum est.

v. 262. *Tacedum*, H. e. *Tace dum;* ult. syll. *τοῦ Tace* breviter pronuntiand. Ut Supra 99. 206. Infra 266. etc.——263. *Hoc*, ita B. 1, B. c, et Libr. Edd. HARE, "Forte *hæc.*"——265, 266. Troch. Tetr. Cat.—In priore versu *Abi* rapide pronuntiand. ut ult. syll. corripiatur, Supra 142.—*Operiri*, non elid.——266. *Vide*, ult. corrip. Supra 206.——267. Troch. Dim.—B. 1, *animo est amantum.* B. c, *amantium*, omisso *est.*

263. *Hoc.*] Hanc sarcinam deponam; vidulum [v. 201.] nempe, in quem singula ad iter necessaria congerebantur, quæ ut *asservent* ('Have an eye to them,') nautæ, quorum opera in nave vectus est, diligenter monet.

264. *Navales pedes.*] *Nautæ* sic dicti, seu *servi remiges*, qui in nave loco pedum sunt. TURN. Hos alloquitur Messenio, Infra 350.

"Sequimini,............"

265. *Sine fores sic!*] 'Leave the doors as they are: go; I don't chuse to have them shut.' Verba Erotii ad Cylindrum ingredientem; nam subjicit, *Para, cura;* (h. e. coque.) Mox servos et ancillas allocuta, plurali usa est *Sternite*, &c.

266. *Sternite lectos.*] Cum his conferas Hom. Od. XX. 149.

"'Αγρεῖθ', αἱ μὲν δῶμα κορήσατε ποιπνύσασαι,
ῥάσσατέ τ'· ἐν δὲ θρόνοισ' εὐποιήτοισι τάπητας
βάλλετε πορφυρέους."

267. *Munditia*, etc.] Cic. ad Att. IX. 10. "Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienant immundæ, insulsæ, indecoræ." Adde (ex LAMB.) Lucret. IV. 1275, sqq.

"Nam facit ipsa suis interdum femina factis,
Morigerisque modis, et mundo corpori' cultu,
Ut facile insuescat secum vir degere vitam."

Amanti amœnitas malo est, nobis lucro est.
Sed ubi illic est, quem cocus ante ædes esse ait?
Atque eccum video, qui mi est usu et plurimum prodest; item
Huic ultro fit, ut potissumus nostræ, ut meret, domi sit.
Nunc eum adibo, atque alloquar ultro. Animule mi, mihi mira videntur,
Hic te stare foris, fores quoi pateant mage, quam domus tua:
Domus quom hæc tua sit. Omne paratum est, ut jussisti, atque ut voluisti,
Neque tibi mora ulla est intus.—
Prandium, ut jussisti, hic curatum est: ubi lubet, licet ire accubitum.
ME. S. Quicum hæc mulier loquitur?
ER. Equidem tecum.
ME. S. Quid mecum tibi
Fuit unquam aut nunc est negotii?
ER. Quia pol te unum ex omnibus
Venus me voluit magnificare; neque id haud immerito tuo:
Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.

vv. 268, 269. Iamb. Trim.——268. B. 1, B. c, *Amanti amœnitas malo, si nobis lucrost.* Et sic Edit. Mediol. 1500. Argent. 1511. Charpent. 1513. Ald. vero, Parm. etc. *sed nobis l. e.*——270. Iamb. Tetr. B. c, *Atqui.*—B. 1, B. c, *usui.*——271, 272. Troch. Tetr.——271. B. c, *potissimum.*——272. *Atque,* omittunt B. 1, B. c. Tum *mirum videtur,* B. c.——273. Troch. Tetr. Cat. B. 1, B. c, *Te hic stare f.*—*Domus,* hic et in vers. prox. extrita *s* litera, (*domu'*) pronuntiand.——274. Troch. Tetr.—*Domus,* abest a B. c. absunt etiam *omne par.*—usque ad *est intus,* a B. 1, et B. c.——275. Troch. Dim.——276. Troch. Tetr. [Duobus versibus apud Both. legitur.] *Prandium,* dissyll. Supra 43. 125. Nott. Critt.—B. 1, B. c, et Edd. *ire licet.*——278—350. Troch. Tetr. Cat.——280. *Venu'.*—Pro *magnificare* B. 1, *gratificare.*——281. *Tuis,* monosyll. Infra 442.

271. *Potissumus.*] 'Held in highest esteem.' Idem dixerat Supra v. 110. Alii legunt *potissimum,* Vide Nott. Critt.

272. *Animule mi.*] Supra 101. Confert HARE Cas. I. I. 46.

"*Mi animule,* mi Olympio,
Mea vita, mea mellilla, mea festivitas."

ME. S. Certo hæc mulier aut insana aut ebria est, Messenio,
Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.
MES. Dixin' ego, istæc hic solere fieri? Folia nunc cadunt,
Præut si triduom hoc hic erimus; tum arbores in te cadent:
Nam ita sunt hic meretrices omnes elecebræ argentariæ.
Sed sine me dum hanc compellare. Heus, mulier! tibi dico. ER. Quid est?
MES. Ubi tu hunc hominem novisti? ER. Ibidem, ubi hic me jam diu,
In Epidamno. MES. In Epidamno, qui huc in hanc urbem pedem,
Nisi hodie, nunquam intro tetulit? ER. Heia! delicias facis,
Mi Menæchme. Quin, amabo, is intro? hic tibi erit rectius.
ME. S. Hæc quidem edepol recte appellat meo me mulier nomine.

v. 282. B. 1, *haud insana.*——283. *Quæ*, ictui expositum, non liquescit.——284. *Istæc hic solere*, ita B. 1, B. c. et Edd. Vett. τοῦ *istæc* prior syll. corrip.——285. Pro *præut*, Codd. nostri *Nunc.*——286. B. 1, B. c, *illecebræ.*——287. *Dum*, omitt. B. c.——288. *Tu*, non elid.——289. Prius *Epidamno*, non elid. Vide infra 293.——290. B. 1, *intra.*——292. *Meo*, monosyll. Supra 117. B. c, *me meo.*

284. *Folia nunc cadunt.*] Proverbium est, significans, leve et minutum esse quod nunc erga te fit, si comparetur cum iis quæ intra triduum proximum, si tamdiu hic morabimur, evenient. Citat inter Adagia Erasmus, *Post Folia cadunt Arbores,* "Dictum quoties admonebimus leviores injurias si quis ferat, sequi atrociores."

286. *Elecebræ argentariæ.*] Ἴυγγες ἀργυρίου. LAMB.

287. *Heus! tibi dico.*] 'Hark ye! you, I say!' Vide Gloss. et adde Mil. 218. "Vigila! *tibi* ego dico!" (*you*, I say!) et Ibid. 435.

291. *Hic tibi erit rectius.*] *Hic*, domi nostræ, tibi erit melius quam foris. LAMB.

Nimis miror, quid hoc sit negotii.
MES. Oboluit marsupium
Huic istuc, quod habes.
ME. S. Atque edepol tu me monuisti probe,
Accipedum hoc: jam scibo, utrum hæc me mage amet, an marsupium.
ER. Eamus intro, ut prandeamus.
ME. S. Bene vocas; tam gratia est.
ER. Cur igitur tibi me jussisti coquere dudum prandium?
ME. S. Egon' te jussi coquere?
ER. Certo tibi et parasito tuo.
ME. S. Quoi, malum, parasito? Certo hæc mulier non sana est satis.
ER. Peniculo.
ME. S. Qui iste est Peniculus? qui extergentur baxeæ?

v. 293. *Nimi'.* Supra 18. *Quid hoc sit,* ita B. 1. HARE omittit *sit.* in B. c, transposite legitur, *quid hoc negotii sit;* at nil opus, nam *negotii,* dissyllabice pronuntiand. et non elidend. quod præcipue fit ubi sermonem alia persona excipit. Vide Supra 76. 289. etc.——294. *Atque;* B. c, *Atqui,* ut Supra 270. ——296. B. c, *et prandeamus.—Eamus,* dissyll. Infra 337.—B. 1, B. c, *tamen grat. e.* In quibusdam Edd. contracte legitur. Ald. habet *tum.* HARE, "Leg. *tam' gratia est.*" Vide in Nott.——298. *Egon' te,* rapide pronuntiand. Infra 555.—*Tibi,* non elid.——299. B. 1, mendose, *Cui malo parasito.*——300. B. 1, *Quis hic est P.* B. c, *quis iste est P.*—Tum pro *baxeæ,* B. 1, *bexeæ;* B. c, *bexe.*

293. *Oboluit huic marsupium.*] 'She has got scent of that purse there of your's.' Quod scilicet modo in domini manus tradiderat Messenio, Supra v. 189. Eadem constructio Aul. 173. '*Aurum huic olet.*' ('He snuffs my treasure.')

296. *Bene vocas.*] 'I'm much obliged; but had rather be excused.' Elegans recusandi formula. Qualia sunt Græca, Κάλλιστ', 'Επαινῶ, et simill. Exempla vide in Gloss.

— *Tam gratia est.*] 'Nevertheless the favour is all the same, (as if I accepted your invitation).' *Tam* pro *tamen:* [Supra 170.] Stich. 440.

"Vocata est opera nunc quidem; *tam gratia est.*"

Adde Pseud. 714.

300. *Qui extergentur baxeæ?*] 'Do you mean the sponge with which my shoes are cleaned?' Nempe quem in vidulo conditum habeo. Lusus iterum in ambigua voce Peniculo; ut Supra 201.

ER. Scilicet, qui dudum tecum venit, quom pallam mihi
Detulisti, quam uxori tuæ surripuisti.
MF. S. Quid est?
Tibi pallam dedi, quam uxori meæ surripui? sanan' es?
Certo hæc mulier cantherino ritu adstans somniat.
ER. Qui lubet ludibrio habere me, atque ire inficias mihi
Facta quæ sunt?
ME. S. Dic, quid est id, quod negem quod fecerim?
ER. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris.
ME. S. Etiam nunc nego.
Ego quidem neque unquam uxorem habui, neque habeo, neque huc
Unquam, postquam natus sum, intra portam penetravi pedem. 309
Prandi in navi; inde huc sum egressus; te conveni.
ER. Eccere,

vv. 302, 303. Hi duo versus confuse in Codd. nostris leguntur; pro *surripuisti*, B. c, habet *diripuisse aiebas*.——303. *Meæ*, monosyll. Supra 292.——304. *Certo*, B. 1, B. c.—*Ritu*, non liquescit.——307. B. 1, B. c, *Jam nunc nego*.——308. *Uxorem*, non liquescit.——310. *Sum egressus*, Ita Codd. et Libr. Edd.—*Conveni*, non liquescit.—Pro *Eccere*, B. 1, B. c, *ecce rem*, et Menæchmo tribuunt. *Eccere* habent Edd. pleræque Vett.

Similis est jocus in nomine Parasiti, Curcul. 587.

TH. "Ubi nunc Curculionem inveniam?
CA. In tritico facillime,
Vel quingentos *curculiones* pro uno faxo reperies."

304. *Somniat.*] Quia quasi in somnis nugas et deliramenta loquitur. Sic Infra 406. Confer SHAKSP.

ANT. S. "What was I married to her in my *dream*?
Or *sleep I now*, and think I hear all this?"

Et paullo post,

"Am I...*sleeping or waking*? mad or well advis'd?"
Com. of Err. Act. II. Sc. II.

309. *Postquam natus sum.*] 'Since the day I was born.' H. e. Ex quo die. Infra 853. Eleganter SHAKSP.

ANT. S. "In Ephesus I am but two hours old,
As strange unto your town, as to your talk."
Com. of Err. Act. III. Sc. II.

Conf. Nost. Amph. 580. sqq.

"Ibi cœnavi, atque ibi quievi in navi noctem perpetem,
Neque pedem meum huc intuli etiam in ædes."

— *Eccere.*] Vide Gloss. Alii autem pro *ecce* positum accipiunt. FEST. Alii pro *ecce res*; (La there!)

Perii misera! quam tu mihi nunc navem narras?
                                        ME. S. Ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo;
Quasi supellex pellionis, palus palo proxumu'st.
ER. Jam me, amabo, desine ludos facere, atque i hac mecum simul.
ME. S. Nescio quem, mulier, alium hominem, non me, quæritas.
ER. Non ego te novi Menæchmum, Moscho prognatum patre,
Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,
Ubi Rex Agathocles regnator fuit, et iterum Phintia,
Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit,
Nunc Hiero est?
                        ME. S. Haud falsa, mulier, prædicas.
                                        MES. Proh Jupiter,

v. 311. B. c, *navem nunc.*——313. B. 1, *supplex cellionis.* B. c, *suppellex celionis.* HARE, " *Pellio,* mali opinor actoris nomen; Conf. Bacch. II. II. 37. ["Nullam æque invitus specto, si eam agit *Pellio.*" PAR. alii vero *Pollio.*]" Vide Gloss.——314. *Me,* abest a B. 1, B. c.—*Atque i hac,* in dissyll. coalescunt. ——315. B. 1, B. c, *Nam quem* etc.—*Alium,* non liquescit.——318. B. 1, B. c, *Agatocles.. Pinthia.*—— 320. B. 1, B. c, *Nunc heroes.*—Tum B. c, *Haud falso.*

313. *Palus palo proxumu'st.*] 'Peg is close to peg.' In illa nave, (de qua loquor,) *est palus proximus palo,* eodem modo quo in *supellectile pellionis.* Vid. Gloss.

316. *Moscho patre.*] Infra 976.

318-19. *Rex Agathocles*...sqq.] Agathocles memoratur in Mostell. 754. Pseud. 526. Qui autem plura de his regibus desiderant, adeant GRONOV. Equidem ineptum puto historicam diligentiam ex festivissimo Comico postulare, qui sæpe etiam data opera personas suas ἀναχρονίζειν effecerit: cujus exemplum est, Epid. 32. sq. (ubi, procul dubio de industria, servus inducitur *Patrocli* arma accipiens pro iis quæ, post hujus mortem, *Achilli* confecerit Vulcanus.) Quid vetat igitur, quo minus eandem licentiam meretrici mulierculæ, quam servo, concedamus? Apage, qui in scirpo nodum quærant; qui hujusmodi ineptiis oleum et operam insumant, quæ haud tanti sunt ut minutissimi temporis jactura in iis exquirendis fiat.

Num istæc mulier illinc venit, quæ te novit tam cate?

ME. S. Hercle, opinor, pernegari non potest.

MES. Ne feceris.

Periisti, si intrassis intra limen.

ME. S. Quin tu tace modo:

Bene res geritur. Assentabor, quicquid dicet, mulieri,

Si possum hospitium nancisci. Mulier, jamdudum tibi

Non imprudens advorsabar: hunc metuebam, ne meæ

Uxori renuntiaret de palla et de prandio.

Nunc, quando vis, eamus intro.

ER. Etiam parasitum manes?

ME. S. Neque ego illum maneo, neque flocci facio, neque, si venerit,

Eum volo intromitti.

ER. Ecastor haud invita fecero.

v. 323. Codd. *Quin tu tace modo;* ult. in *tace* nimirum correpť. ut Supra vidimus 206, 266, etc.——325. B. 1, B. c, *Jamdud. mulier.*——327. B. 1, B. c, *nuntiaret.* Both: ex conjectura *Uxori* hæc *renuntiaret;* sed sine causa.——328. *Eamus intro,* Codd. ut Infra 337.—*intro,* non elid. Vide in v. 293.——329. B. 1, B. c, *floccifacio.*——330. *Eum,* monosyll. Infra 362.

322. *Pernegari non potest.*] 'She cannot be refused any longer.' Non potest esse ut diutius ejus domum inire pernegem: subjicit enim Messenio, *Ne feceris,* (h. e. Ne ineas,) nam, si id feceris, perditum te amittet domum.

324. *Assentabor.*] Iterum Plautum ante oculos habuit SHAKSP.

ANT. S. "I'll entertain the offer'd fallacy," &c.

Et mox, in eadem scena,

"I'll say as they say;" sqq.

Com. of Err. Act. II. Sc. II.

325. *Hospitium nancisci.*] 'To get entertainment.'

326. *Hunc metuebam.*] Messenionem. Suppressa voce dictum, quasi ut ne ille audiat, quo facilius sibi credat Erotium.

328. *Parasitum.*] Peniculum.

330. *Ecastor haud invita fecero.*] 'With all my heart, egad!' Subaud. *id,* post *fecero.*

Sed scin', quid te amabo ut facias?
Me. S. Impera, quid vis, modo.
Er. Pallam illanc, quam dudum dederas, ad phrygionem ut deferas;
Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur, quæ volo.
Me. S. Hercle quin tu recte dicis: eadem ignorabitur,
Ne uxor cognoscat te habere, si in via conspexerit.
Er. Ergo mox auferto tecum, quando abibis.
Me. S. Maxume.
Er. Eamus intro.
Me. S. Jam sequar te: hunc volo etiam colloqui.
Eho, Messenio, huc accede!
Mes. Quid negotii est?
Me. S. Subsili!

v. 333. *Atque ut,* ita Codd. nostri. Conjicit Hare, *atque una,* ut v. 426; 698.——334. *Eadem,* B. 1, B. c. Hare, "Forte *atque cadem.*" Cæterum *eadem* dissyllabice et ἀνεκθλίπτως pronuntiand. Ut in Lucret. I. 307; duæ priores literæ τοῦ *eædem* in unam syll. contrahuntur. Ibid. 481. etc. Supra 296. Infra 337.——337. *Eamus intro,* Supra 328.—*Eamus* autem dissyll. ut *eadem,* v. 334.—*Te,* non elid.——338. *Eho,* monosyll. Quæ sequuntur a Bothio emendata sunt. In Nostris Codd. corrupte leguntur. B. 1, *accede huc.* Mes. *Quid negocii est subsciri.* B. c, *acc. huc.* Mes. *Quid negotii est susciri.* Vide in Nott.

334. *Hercle quin,* etc.] 'Aye, by Jove, a good thought.'

— *Eadem ignorabitur.*] Eadem *opera,* seu *ratione,* palla reconcinnata, et operibus additis, immutabitur, atque ita ignorabitur ab uxore, neque cognoscetur. Lamb. '*By the same contrivance* it will be so disguised, that my wife will not notice that you have it on.' *Eadem* est ablat: De qua Vide Gloss.

338. *Subsili,* sqq.] Messenionem *subsilire* ac sibi plaudere jubet adolescens, ut qui non solum nihil perdiderit apud meretricem, sed etiam pallam ab ea jam acceperit. Tum Messenio, non tam facile adducendus ut hæc serio agi, neque aliquam subesse fraudem, existimet, ait: Quid eo opus est? 'Quid opus est, ut subsiliam gaudeamque?' Menæchmus autem pro imperio: Opus est, subjicit. Cui rursum servus stomachabundus: Scio (id quidem opus esse) ut mendices. [Supra 121.] Denique Menæchmus repetit, Tanto nequior: qua formula improbat amarius servi dictum, malumque omen,

Mes. Quid eo opu'st?
Me. S. Opu'st.
Mes. Scio: ut mendices.
Me. S. Tanto nequior.
Habeo prædam: tantum incepi operis! I, quantum potest;
Abduc istos in tabernam actutum devorsoriam;
Tum facito ante solem occasum ut venias advorsum mihi.
Mes. Non tu istas meretrices novisti, here?
Me. S. Tace, inquam.
Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stulte fecero.
Mulier hæc stulta atque inscita est, quantum perspexi modo.
Est hic præda nobis.
Mes. Perii, jamne abis?—Periit probe!
Ducit lembulum dierectum navis prædatoria!

v. 339. B. 1, B. c, *Quid ergo opus est.* Mes. *Scio ut me dicas tanto nequiorem.*——340. *Tantum,* non liquescit. B. 1, B. c, *Et quantum potes.*——341. B. 1, B. c, et Edd. pleræque *diversoriam.*——342. Codd. nostri *Tu fac.* et *solis occ.*——343. *Tu,* et *novisti,* et *Tace,* non elidend. nisi mavis *nunc ïam* in fine versus supplere, quod post Cam. fecerunt Hare, Weise, etc.——344. *Ego,* omitt. B. c.——346. *Perii,* ita B. 1, B. c; Hare conj. *periit,* ut mox *periit probe.* Cæterum in Codd. nostris personæ perperam intermutantur.——347. B. 1, *limpum directum.* B. c, *lembum directum.*—*Lembulum* autem, media extrita syll. *lemb'lum,* pronuntiand. (ut *sæclum, vehiclum, anglus, poplus,* etc.) siquidem ex pluribus locis Plautinis apparet vocem *dierectus* priorem syll. producere, vel duas priores vocales in unam cogere.

quod ei inest, abominatur. (Ter. Ad. IV. i. 12. "Nilne in mentem est? Ct. Nusquam quicquam. Sy. *Tanto nequior.*" Ad quem locum Donatus: "Sic hoc dictum est, ut e contrario dicimus, *Tanto melior.*") Both.

340. *Quantum potest.*] Quam celerrime. Vide in Gloss. et Infra 449.

341. *Istos.*] Nempe *Navales pedes,* navitas; Supra v. 264.

347. *Navis prædatoria.*] Supra v. 258.

— *Lembulum.*] Intell. Menæchmum.

— *Dierectum.*] De hac voce Vide Gloss. et quæ fusius disputavit Rostius in Opusc. Plautin. pagg. 120—123.

Sed ego inscitus, qui domino me postulem moderarier:
Dicto me emit audientem, haud imperatorem, sibi.
Sequimini: ut, quod imperatum est, veniam advorsum temperi.

ACT. III. SCENA I.

PENICULUS.

Plus triginta natus annis sum, quom interea loci
Nunquam quicquam facinus feci pejus neque scelestius,
Quam hodie, quom in concionem mediam me immersi miser,
Ubi ego dum hieto, Menæchmus se subterduxit mihi,
Atque abiit ad amicam, credo, neque me voluit ducere.
Qui illum perduint dii omnes, qui commentus primus est
Concionem habere, qui homines occupatos occupat!
Non ad eam rem otiosos homines decuit delegi,

v. 348. B. 1, *qui hero me p.* B. c, *qui hero p.* Conj. Hare, *qui hero meo me, meo* in unam syll. contract.——351—367. Troch. Tetr. Cat.——351. B. c, *annos natus sum.* B. 1, *annis natus sum.*—*quom,* non liquescit.——353. *Quam,* non liquescit.——354. *Dum hieto,* corrupte legitur in Codd.—*dum* non liquescit.——356. B. 1, B. c, *Quem illum dii,* etc.—Tum *dii* non elid. nisi mavis (quod conj. Hare) *commentatus* pro *commentus* legere.——357. B. 1, B. c, *concionare qui,* etc. Vulg. *hac reque.*——358. B. c, *Nam ad eam rem.*—*rem,* non liquescit.

348. *Domino,* etc.] Supra 168. Confer Shaksp.

> Drom. S. "Thither I must, although against my will,
> For servants must their masters' minds fulfil."
>
> *Com. of Err.* Act. IV. Sc. I.

350. *Sequimini.*] Vos, navitæ. De quibus Supra 341.

357. *Homines occupatos occupat.*] Rudens 26.

> "Dii dabunt......tibi magnum malum,
> Qui oratione hic *occupatos occupes.*"

358. *Otiosos homines.*] Oportet homines non aliter occupatos, (quibus nihil aliud sit quod agant,) *ad eam rem,* (nempe ad concionem habendam,) seligi.

Qui nisi adsint, quom citentur, census capiant eloco?
Affatim est hominum, in dies qui singulas escas edunt,
Quibus negotii nihil est, qui esum neque vocantur neque vocant;
Eos oportet concioni dare operam atque comitiis.
Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,
Quoi tam credo deum voluisse, quam me video vivere.

v. 359. B. 1, *census percapiant illico.* B. c, *census accipiant ilico.*——361. Abest hic versus a Cod. B. c.—*Quibus,* elisa litera *s* (*Quibu'*) pronuntiand.——362. *Eos,* monosyll. Supra 330.——363. *Si,* non liquescit.——364. B. 1, B. c, *Cui tam credo datum voluisse.* Vide in Nott. In B. c, vero ambigue scriptum est *uoluisse,* (per literam *u,*) unde orta est lectio *noluisse* in quibusdam libris; quæ si vera sit, vocales *ui* in unam syll. contrahendæ sunt, ut Supra 276, *iu* in voc. *prandium.*

359. *Census capiant.*] Magistratus, *censibus captis,* eos qui vocati ad concionem non venerint, multent. LAMB. Explicat PAREUS, *Pignoribus capiantur.* In quem adnotat GRAV: "Pignoribus coerceri dicebantur, ex quorum domibus pignora capiebantur, propterea quod non comparuerint aut non juraverint, eaque pignora non reddebantur nisi prius soluta pecunia." Amph. Prol. 68.

"Pignus capiantur togæ."

360. *In dies singulas escas edunt.*] H. e. *In* singulos *dies, singulas escas edunt;* 'Eat but one meal a day.' Domi nempe cum semel prandium ceperint, nusquam foras in cœnam vocantur. Quod magnifice loquitur Parasitus; nimirum, Sese aliquem credens quod ipse toties injussus hospes alienæ mensæ accumbere soleret. *Singulas* autem cum *escas* arcte accipiendum: (In Epid. 52; "In dies minasque singulas," Constructio est, *Singulas minas in dies* singulos.)

361. *Negotii nihil.*] Ridicule dictum; magnum scilicet *negotium* fuit ipsius Peniculi, qui totam operam in cute curanda insumebat, et id solum assidue agebat.

363. *Perdidissem prandium.*] Citat Casaub. in Theophr. Charact. VIII. *ad fin.* Παρεδειπνήθησαν.

364. *Quoi tam credo,* etc.] Stomachantis et ægre ferentis oratio. Quoi (mihi, *cui*) tam credo (tam certus sum) Deum voluisse (id, nempe, *ut prandium perderem,*) quam video me vivere. 'To whom as sure as I live the gods (or fate) intended this disaster:' (*I am satisfied fortune meant to play me this trick.*) Ter. Eun. V. II. 36. "Quid si hoc quispiam *voluit deus?*" Equidem Bothii conjec-

Ibo: etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum.
Sed quid ego? video Menæchmum? Cum corona exit foras!
Sublatum est convivium! Edepol venio advorsum temperi!

ACT. III. SCENA II.

MENÆCHMUS SOSICLES. PENICULUS.

ME. S. Potin' ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe
Lepideque concinnatam referam temperi?
Non esse eam dices faxo: ita ignorabitur.
PE. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio,
Vinoque expoto, parasito excluso foras.
Non hercule is sum, qui sum, ni hanc injuriam

v. 365. B. 1, *etiam nam.* B. c, *etiam ne.*——370. B. 1, B. c, *Non faxo eam esse dices,* et ita Edd. Vett. unde HARE, "Legendum puto, *non eam esse dices faxo,* ut II. II. 51. [240.] *Jam ergo hæc madebunt faxo:* vel *non faxo eam dices esse.*"—*Eam,* autem monosyll. Supra 362.—Pro *ita,* B. c, *tam ignorabitur.*

turam, (*deum* pro *datum* reponentis,) hoc uno sensu expediendam censeo. Conf. Aul. 699-700.

"Deos credo voluisse," etc.

366. *Sed quid ego?*] Vide Nott. in Aul. 342; ubi citatur Pseud. 1281.

S. "Sed quid hoc? quomodo? quid tu? video ego...?
P. *Cum corona ebrium* Pseudolum tuom."

— *Cum corona.*] Vide Gloss. et Comment. ad Aristoph. Plut. 1041.

Γ. "Ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν.
Χ. Στεφάνους γέ τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται."

368. *Hanc.*] Pallam, de qua Supra 332. Hæc autem Erotio ait Menæchmus Sosicles, ab ea, confecto prandio, exeuns.

373. *Non is sum qui sum,* etc.] Confert LAMB. Hom. IL. II. 259.

"Μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη,
Μηδ' ἔτι Τηλεμάχοιο πατὴρ κεκλημένος εἴην,
Εἰ μὴ ἐγώ........"

Meque ultus pulcre fuero! Observabo, quæ agat,
Hinc primum hominem; post adibo, atque alloquar.
ME. S. Proh dii immortales, quoi homini unquam uno die
Boni dedistis plus, qui minus speraverit?
Prandi, potavi, scortum accubui, abstuli
Hanc, quojus heres nunquam erit post hunc diem!
PE. Nequeo quæ loquitur exaudire clanculum.
Satin' nunc loquitur de me et de parti mea?
ME. S. Ait hanc dedisse me sibi, atque eam meæ
Uxori surripuisse. Quoniam sentio
Errare; extemplo, quasi res cum ea esset mihi,
Cœpi assentari: mulier quicquid dixerat,
Idem ego dicebam. Multis quid verbis opu'st?
Minore nusquam bene fui dispendio.
PE. Adibo ad hominem; nam turbare gestio.
ME. S. Quis hic est, qui advorsum fit mihi?
PE. Quid ais, homo
Levior quam pluma, pessume, et nequissume,
Flagitium hominis, subdole, ac minumi pretii?
Quid de te merui, qua me causa perderes?

v. 374. B. 1, B. c, *quid agat.* "*Agat* ad vers. sequ. attinet." HARE. Bothium sequor.——375. *Primum*, non liquescit.——376. *Quoi*, litera *i* tantum elid. Infra 525.——377. *Minu'*.——378. *Scortum*, non liquescit.——381. *Satin'*, Ita Bothius ex conjectura, cum libri omnes et Codd. habeant *Satur*, et sic B. 1, B. c.—*Parti*, ita B. 1. Vide Gloss. B. c, *parte.*——384. B. c, *Aberrare.*—*cum* non liquescit.——388. *Adibo ad hominem*, Ita B. 1, B. c, et Edd. omnes. Olim dederam *Adibo hominem*, ut Supra 272. Stich. 217. Ter. Phorm. II. III. 22. et 55. etc. Sed nil opus, contra omnium librorum et Scriptorum fidem, mutare.——389. B. 1, *adversum fit.* B. c, *advorsum fit;* idque optimum judico. Both: *advorsus fit.*——391. *Flagitium*, non liquescit.

374. *Ultus.*] Duplici significatione ad, *hanc injuriam*, (take vengeance for,) *meque*, (avenge,) refertur.

390. *Levior quam pluma.*] Proverbialis locutio. Citat LAMB: Pœnul. 681.

"Si quid bene facias, *levior pluma* est gratia;
Si quid peccatum est, *plumbeas* iras gerunt."

Cic. Att. VIII. 15. "Nec me consules movent, qui ipsi *pluma aut folio facilius* moventur."

Ut surripuisti te mihi dudum de foro!
Fecisti funus me absente prandio.
Cur ausu's facere, quoi ego æque heres eram?
ME. S. Adulescens, quæso, quid tibi mecum est rei,
Qui mihi maledicas homini ignoto insciens?
An tibi malam rem vis pro maledictis dari?
Posce!
PE. Eam quidem edepol te dedisse intellego.

v. 393. B. c, *mihi te.*——394. B. 1, B. c, *funus meo absenti pr.* Haud male HARE, "Lege *meo me absente,* [*meo* monosyll.]"—*Me,* non elid.——395. B. c, *facere cur. ego atqui tertius eram.* HARE, "Leg. *cujus ego æque hæres,* ut v. 379."—B. 1, *cui ego.*—*Quoi,* non elid.——397. "Leg. *mal'dicas.*" HARE. *homini,* (quod non liquescit,) abest a Codd. B. 1, B. c.——399. *Eam,* monosyll. Supra 370.—Pro *Posce,* Edd. Vett. *Postea.* HARE, "Codd. *post,* recte." At nostri Codd. *Postea;* et, pro *quidem, quid est?*

394. *Fecisti funus.*] Pro simplici, *confecisti prandium.* Vide Supra 78.

395. *Æque heres.*] 'As much the heir as yourself.' Bothius laudat Lipsii Antiqq. Lectt. II. 13. "Funeri justa ut fiant, *heredis* curatio est. Huc respiciens parasitus, 'Hem! inquit, vappa hominis, cur ausus tu sepelire hoc prandium, et illi justa facere, cum ego legitimus *heres* nullus adfuerim?' De prandio autem, sive cœna, ut de *hereditate quapiam,* loquitur Plautus, Curcul. Stich. Trinum."

398. *Malam rem.*] Opponitur *maledictis.* Ut in Ter. Andr. II. v. 20.

"Renuntiabo, ut pro hoc *malo* (i. e. malo nuntio) mihi det *malum.*"

Noster Curcul. 124.

PH. "Tace; nolo huic *maledici.*
PA. *Faciam* igitur *male* potius."

Vide Aulul. 437. Gloss.

399. *Posce!*] 'Only ask, (and you shall presently have it!)' Bothii emendatio; cujus verba sunt, "Facete poscere malam rem jubetur Peniculus, quasi eam sibi *dari velit* pro conviciis. Neque inficete parasitus id se facturum negat, cum jam sic data sibi mala res sit a rege suo." Confer Pœnul. 1173.

"Num tibi, adulescens, malæ aut dentes pruriunt,
Qui huic es molestus, an *malam rem quæritas?*"

Et Amph. 880.

"Senecta ætate *a me mendicas malum.*"

Asin. 455.

"*Malum* hercle vobis *quæritis.*"

Similiter Græce; Hec. 1262.

"Οὗτος σὺ, μαίνει, καὶ κακῶν ἐρᾷς τυχεῖν."

Hoc etiam sensu Tac. Agric. c. XI. "In *deposcendis* periculis eadem audacia." (In *provoking* danger.)

ME. S. Responde, adulescens, quæso, quod tibi nomen est.
PE. Etiam derides, quasi non nomen noveris?
ME. S. Non edepol ego te, quod sciam, unquam ante hunc diem
Vidi neque novi; verum certo, quisquis es,
Æquom si facias, mihi odiosus ne sies.
PE. Non me novisti?
ME. S. Non negem, si noverim.
PE. Menæchme, vigila!
ME. S. Vigilo hercle equidem, quod sciam.
PE. Tuom parasitum non novisti?
ME. S. Non tibi
Sanum est, adulescens, sinciput, ut intellego.
PE. Responde: surripuistin' uxori tuæ
Pallam istanc hodie, ac dedisti Erotio?
ME. S. Neque hercle ego uxorem habeo, neque ego Erotio
Dedi, nec pallam surripui.
PE. Satin' sanus es?
Occisa est hæc res! Non ego te indutum foras
Exire vidi pallam?
ME. S. Væ capiti tuo!

v. 403. Pro *certo*, B. 1, *hortor;* B. c, *ortor.*——404. B. 1, B. c, *Si æquum;* et pro *sies*, *sias.*——406. B. 1, B. c, *quidem.*——408. *Ut* omiserunt Codd. nostri; quod facillime fieri potuit ob præced. ὁμοιοτέλευτον. Bothius legit *sinciput; intellego:* posteriore syll. τοῦ *sinciput*, propter interpunctionem, producta.——409. B. 1, B. c, *surripuisti.*——410. *Hodie* non liquescit. Infra 502. Bo: *dedidisti.* Alii, *Atque dedisti;* et sic Codd. nostri. conj: HARE, *Atque eam dedisti.*——411. *hercle*, omittunt Codd.——412. *Surripui;* Ita Codd. Bo: *surpui*, ut Hor. Sat. II. III. 283. etc. *Satin'* rapide pronuntiand.——414. *Pallam;* B. 1, B. c, *palla;* at *pallam* infra v. 416.

406. *Menæchme, vigila!*] 'Awake! you are dreaming.' Supra 304. Lucret. Lib. III. 1061.

"Vigilans stertis, nec somnia cernere cessas."

412. *Satin' sanus es?*] 'What, are you quite in your senses?' Ter. Andr. IV. v. 10.

"*Satin' sanus*, qui me id rogites?"

414. *Væ capiti tuo!*] Supra 192. Infra 741.

Omnes cinædos esse censes, tu quia es?
Tun' me indutum fuisse pallam prædicas?
PE. Ego hercle vero.
ME. S. Non tu abis, quo dignus es,
Aut te jubes piari, homo insanissume?
PE. Nunquam edepol quisquam me exorabit, quin tuæ
Uxori rem omnem jam, uti sit gesta, eloquar!
Omnes in te istæc recident contumeliæ!
Faxo haud inultum prandium comederis!
ME. S. Quid hoc negotii est? satin', ut quemque conspicor,
Ita me ludificant? Sed concrepuit ostium.

v. 422. *Inultum*, GRAV: conj. *Inultus;* sed illud magis Plautinum, et habent Codd.——423. B. 1, B. c, *Quid hoc est negocii?*

415. *Omnes*, etc.] Ita Rud. 1000.

"Scelerum caput,
Ut tute es, item omnes censes esse, perjuri caput?"

416. *Indutum pallam.*] Vide Supra v. 70. et 114. Unde satis apparebit quare pro insigni contumelia accipiat Menæchmus, se ab ignoto isto homine *pallam indutum fuisse* prædicari.

417. *Quo dignus es.*] H. e. *dierectus*, in malam crucem, aut simile quid.

418. *Te jubes piari.*] Supra 206.

420. *Uxori*, etc.] Apud gemellam hujus fabulam, SHAKSP: *Com. of Errors*, hæc pars aliquanto melius meretrici tribuitur, cujus opera uxori de furto et prandio renunciatur.

422. *Haud inultum.*] Quod modo dixerat v. 374.

423. *Satin'.*] Supra 100. Intellige, Satisne *mirum est?* (aut tale aliquid.) 'Isn't it strange, that as sure as I see any body, so surely do they begin to mock me?'

ACT. III. SCENA III.

ANCILLA. MENÆCHMUS SOSICLES.

AN. Menæchme, amare ait te multum Erotium,
Ut hoc nunc una opera ad aurificem deferas,
Atque huic ut addas auri pondo unciam,
Jubeasque spinther novom reconcinnarier.
ME. S. Et istuc et aliud, si quid curari volet,
Me curaturum dicito, quicquid volet.
AN. Scin', quod hoc sit spinther?
ME. S. Nescio, nisi aureum.
AN. Hoc est, quod olim clanculum ex armario
Te surripuisse aiebas uxori tuæ.
ME. S. Nunquam hercle factum est.
AN. Non meministi, obsecro?
Redde igitur spinther, si non meministi.
ME. S. Mane:
Imo equidem memini: nempe hoc est, quod illi dedi.
AN. Istud.
ME. S. Ubi hercle armillæ sunt, quas una dedi?

v. 426. *Nunc* abest a Codd. nostris. Et sic HARE, "Del. *nunc*, quod non agnoscunt Codd. et lege *me ad aurificem.*"——427. *Pondo*, non liquescit.——428. *Nouum reconcinnarier*, B. 1, B. c. et recte. Bothius, *reconcinnari novom*, addito, "*Re* in compositione porrigi solet apud Veteres."——429. *Istuc*, prior syll. corrip. Supra 18.——431. *Quod*, media extrita litera (*Qu'd*) pronunt. Bo. Vide Supra 69. Infra 465.——434. *Non mem.* Ita B. 1, B. c, et Edd. Vett. at haud male HARE post Acidal: "AN. *Non.* Leg. AN. *Annon meministi.*" Et sic Weise. Ut dedimus, *meministi* non elidend.——436. *Illi*, prior syll. corrip. Supra Prol. 46. Bo: *ei.*——437. B. 1, *Istuc.*—Tum *Ubi hercle arm.* B. 1, B. c. Bo: *Ubi illæ arm.* "*Illæ* opinor delendum." HARE.

426. *Hoc.*] Scil. spinther.

431. *Scin', quod hoc sit spinther?*] Ita ait, quia (ut verisimile est,) spinther in manu mirabundus ille versabat, ut quod nunquam ante vidisset, nec quid sit istud miraculi divinare ullo modo potuisset.

AN. Nunquam dedisti.
ME. S. Nam pol hoc una dedi.
AN. Dicam curare?
ME. S. Dicito, curabitur.
Et palla et spinther faxo referantur simul.
AN. Amabo, mi Menæchme, inaures da mihi
Faciundas pondo duom numum, stalagmia:
Ut te lubenter videam, quom ad nos veneris.
ME. S. Fiat. Cedo aurum; ego manupretium dabo.
AN. Da sodes abs te: post ego reddidero tibi.
ME. S. Imo cedo abs te.
AN. Ego post tibi reddam duplex.
ME. S. Non habeo.
AN. At tu, quando habebis, tum dato.
Numquid vis?
ME. S. Hæc me curaturum dicito,—

v. 438. Pro *hoc una*, B. 1, *una die*. B. c, *una dedi die*.——440. B. 1, B. c, *Hæc palla*.——442. *Duom*. monosyll. Supra 281.——443. B. 1, B. c, *libenter*.——447. *Habeo*, non elid. Vide in v. 293.——448. B. 1, B. c, *Numquid me vis?*

438. *Nam pol hoc una dedi.*] H. e. *Nunquam dedi.* 'Surely I gave one as much as the other.' Sic Infra 651.

439. *Curare?*] Te *curaturum* ut hæc fiant; quod ipse ait Infra 448. Sic Asin. 423; *Reddere*, pro *redditurum*. Vide Infra 954.

440. *Simul.*] Nimirum *nunquam*. Vide in v. 438.

443. *Ut te lubenter videam.*] Apposite citat LAMB. Ter. Heaut. II. III. 60.

"Nam disciplina est eisdem, munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam."

Adde Nost. Asin. 167. sqq.

"Volt placere sese amicæ, volt mihi, volt pedissequæ,
Volt famulis, volt etiam ancillis; et quoque catulo meo,
Subblanditur novos amator: se ut quom videat, gaudeat."

Ov. Ars Am. I. 351.

"Sed prius ancillam captandæ nosse puellæ
Cura sit: accessus molliat illa tuos."

444. *Cedo aurum,* etc.] 'Do you furnish the gold: (*the material:*) I will pay for the making.' Vide Gloss.

448. *Numquid vis?*] Vide Gloss. in v. 242.

Ut, quantum possit, quique liceant, veneant.
Jamne abiit intro? Abiit, operuit fores.
Dii me quidem omnes adjuvant, augent, amant.
Sed quid ego cesso, dum datur mi occasio,
Tempusque, abire ab his locis lenoniis?
Propera, Menæchme! fer pedem! confer gradum!
Demam coronam, atque abiciam ad lævam manum, ut,
Si qui sequantur, hac me abiisse censeant.
Ibo et conveniam servom, si potero, meum:
Ut hæc, quæ bona dii mihi danunt, ex me sciat.

v. 449. B. c, *possint.—Quique liceant,* "Leg. *quiqui liceant,* ut V. IX. 97. [1054.] *quiqui licebunt.*" Hare. B. c, mendose, *licet.*—Tum B. 1, et B. c, *veniant.*——450. *Intro,* non elid. ne igitur *abivit* cum quibusdam Editt. pro *abiit* (quod dant Codd.) reponas.—Pro *operuit,* B. 1, B. c, *obtrudit.*——451. Codd. *Dii me equid.* "Leg. *Dii me quidem,* Vid. Epid. II. II. 8. [185.]" Hare.——455. B. 1, B. c, *abiiciam.*——458. B. 1, *dant dii mihi ex,* "Forte *ex me* primo *sciat.*" Hare. Abest omnino hic versus a B. c.

449. *Ut, quantum possit,* etc.] Sensus est, Ut quam primum, quantique liceant, vendantur. 'Tell her that I will see to them—(*Aside*) that they be sold with as little loss of time as may be, and for what they will fetch.' Priora quidem clare, et ut audiat ancilla, loquitur; posteriora, submissa voce, et jam hac discedente, subjicit.

451. *Dii me adjuvant,* etc.] Confer Ter. Andr. V. VI. 9.

"Solus es quem diligunt Dii."

Et Phorm. V. v. 14.

"Sine controversia ab Diis solus diligere."

Addit Hare, Epid. II. II. 8. [185.B.]

"Dii hercle me omnes adjuvant, augent, amant."

— *Augent.*] Scil. bonis et beneficiis, 'Heap favours on me.' Me ditant et locupletant.

455. *Coronam.*] Supra 366. Hinc in proxima scena erroris occasio oritur.

ACT. IV. SCENA I.

MULIER. PENICULUS.

MU. Egone hic me patiar esse in matrimonio,
Ubi vir compilet clanculum quicquid domi
Est, atque ad amicam deferat?
PE. Quin tu taces?
Manufesto faxo jam opprimes; sequere hac modo.
Pallam ad phrygionem cum corona ebrius
Ferebat, hodie tibi quam surripuit domo.
Sed eccam, coronam, quam habuit! Num mentior?
Hem, hac abiit, si vis persequi vestigiis.
Atque edepol, eccum, optume revortitur;
Sed pallam non fert.
MU. Quid ego nunc cum illoc agam?
PE. Idem, quod semper; male habeas.
MU. Sic censeo.
PE. Huc concedamus; ex insidiis aucupa.

v. 459. *Me patiar esse,* Ita Lamb. et Par. et facillime potuit τὸ *esse,* ut contracte in Mss. legitur, e textu excidere. Codd. vero nostri B. 1, B. c, *Egone hic mendiciar in matr.* et sic Edd. Vett. fere omnes; e quibus Ed. Argent. 1511, Scholion habet, "*Mendiciar:* Mendica ero: antique positum pro *mendicer.*" Et sic fere Ed. Mediol. 1500. et Parm. 1510. quibus pene assentio, ult. syll. in *mendiciar* producta: vocem vero inusitatam haud agnoscunt Vett. Grammatt.——463. *Corona,* non elid.——465. *Sed,* rapide (ut in re nec opinata,) pronuntiand. sic *S'd eccam;* Supra 192. 431. et *quam* non elidend.——466. B. 1, personis immutatis, MU. *Hem hanc habuit?* PE. *Si vis prosequi vest.* et sic B. c, *persequi* vero pro *prosequi* exhibito.——467. *Eccum,* non liquescit.

462. *Manufesto faxo,* etc.] 'I'll contrive that you shall catch him *in the very act.*' Ἐπ' αὐτοφώρῳ. Cum his conferas locum simillimum, Asin. 850. sqq.

"Sequere hac me modo: jam faxo ipsum hominem manufesto opprimas."......

466. *Hem, hac abiit.*] 'Ha! he has gone this way.' Lævorsum nempe, qua coronam, (v. 455.) fallendi causa abjecerat Menæchmus Sosicles.

470. *Huc concedamus.*] Supra 81. 'Let us stand aside here, and observe him from ambush.' Asin. 855.

"Aucupemus ex insidiis clanculum, quam rem gerant."

ACT. IV. SCENA II.

MENÆCHMUS. MULIER. PENICULUS.

ME. Ut hoc utimur maxume more moro, molestoque multum!
Atque uti quique sunt optumi maxumi,
Morem habent hunc; clientes sibi omnes volunt
Esse multos; bonine an mali sint, id haud
Quæritant: res magis quæritur, quam fides
Quojusmodi clueat.
Si est pauper atque haud malus: nequam habetur;
Sin dives malu'st: is cliens frugi habetur.
Qui neque leges, neque æquom bonum usquam colunt,
Sollicitos patronos habent.

v. 471. Bacchiacus Senarius.—Pro *utimur*, B. 1, B. c, *utuntur*;—et pro *moro*, mendose *morum*.——472—475. Cret. Tetram. ut Supra 36. sqq.——475. Codd. nostri habent, *quam clientum fides*.——476. Cret. Dim. *Quojusmodi*, duæ priores syllabæ in unam coalescunt. HARE, " *Cuiu'modi clueat.*"—*Clueat*, quasi *cluveat* pronuntiand. omittit B. c.——477, 478. Bacch. Tetr. *Si*, non liquescit. Infra 653.——479. Cret. Tetr.—B. 1, B. c, *neque leges*. Both. *nec leges*.——480. Bacch. Trim. Cat.

471. *Ut hoc utimur*, etc.] 'How we persist in this very absurd, and most vexatious custom!' Sic Stich. 600.

"More hoc fit atque stulte mea sententia."

472. *Optumi maxumi.*] Hi sunt Optimates, Principes in civitate.

475. *Res magis quæritur, quam fides.*] Notum Juv. Sat. III. 143.

"Protinus *ad censum, de moribus ultima fiet Quæstio*. Quot pascit servos?......
Quantum quisque sua nummorum servat in arca,
Tantum habet et fidei."

Et Hor. Sat. I. I. 61.

"At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit; quia *tanti, quantum habeas, sis*."

476. *Fides Quojusmodi clueat.*] 'The question is rather as to his income, than the character he is said to bear.' Cujusmodi sit *fama* alicujus nunquam inquiritur: Una est quæstio, sint *divites*, necne.

479. *Colunt.*] Ex singulari numero in pluralem transiit; quod haud raro in istiusmodi sententiis factum est.

Datum denegant, quod datum est; litum pleni,
Rapaces, viri fraudulenti,
Qui aut fœnore aut perjuriis habent rem partam;
Mens est in querelis.
Juris ubi dicitur dies; simul patronis dicitur:
Quippe qui pro illis loquantur, quæ male fecerint.
Aut ad populum, aut in jure res est, aut ad judicem.
Sicut me hodie nimis sollicitum cliens quidam habuit,
Neque, quod volui, agere quicquam licitum est, ita me attinuit, [ita detinuit.]
Apud Ædiles, prœliis factis plurimisque pessumisque,

v. 481. Bacch. Tetr.—B. 1, B. c, *litium.*——482. Bacch. Trim.——483. Iamb. Trim. Hypercat. Both. [Nisi rectius ad Bacchiacos referendus sit.]—*rem paratam*, B. 1, B. c.——484. Bacch. Dim. "Hæc glossema sapiunt." Hare.——485. Iamb. Tetr.——486. Iamb. Trim. *Quippe*, ult. litera elisa, (*Quipp'*) pronuntiand. Bo. Hare conjicit, *male mali quæ f.* ut sit versus idem cum seqq. Troch. Tetr. Cat.——487, 488. Troch. Tetr. Cat.—*Populum* non liquescit.——488. *Me*, non elid. *Nimi'*, elisa *s* litera pronuntiand. et *quidam* ἀνεκθλίπτως legend.——489. B. 1, B. c, *ita me adtinuit: ita me detinuit.* Edd. pleræque *ita detinuit*, omisso *me*. Sed hæc verba pro gloss. uncinis inclusi, ut sit versus idem cum præcedd. Vide in Nott.—*Volui*, et *me*, non elidend.——490, 491. Troch. Tetr.—*Prœliis*, dissyll. B. 1, B. c, *plurimis*, omisso *que*.

481. *Litum pleni.*] H. e. Litigiosi, litium amantes: φιλόδικοι.

484. *Mens est in querelis.*] 'They are always engaged in some suit.' Nunquam deest iis querendi et litigandi causa.

486. *Pro illis loquantur.*] Græce, Ἀπολογίζεσθαι ὑπέρ. Grav.

— *Quæ male fecerint.*] H. e. *De iis peccatis*, quæ admiserint.

487. *Ad populum*, etc.] Distinguit inter eos, quibus res est *ad populum*, (quod fit in judiciis publicis, et comitiis populi;) et inter eos, quibus res est *ad judicem*, (nempe vel ab alio Prætore ex albo datum, vel a litigantibus captum;) et denique inter illos, quibus res est *in jure*, (nempe apud Prætorem ipsum.) Cicero, De Orat. I. xi. "Nam si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo *in jure*, aut *in judiciis* possit, aut *apud populum*, aut in Senatu copiose loqui".... Gron. *Lect. Plaut.* p. 213.

489. *Attinuit.*] 'Held me close to him.' *Ad* latus suum arctius *tenuit.* (qui cum rarior sit hujus vocis sensus, verisimile est τὸ *detinuit*, glossæ loco, a librariis subjungi. Vide in Nott. Critt.)

490. *Prœliis factis.*] Interpr. Angl. 'When I had battled for

Dixi causam; conditiones tetuli tortas, confragosas;
Aut plus aut minus, quam opus erat, multo controversiam
Duxeram, ut ne sponsio fieret. Quid illic?—Quid? Prædem dedit;
Nec magis manufesto ego hominem unquam ullum teneri vidi:
Omnibus malefactis testes tres aderant acerrumi.
Dii illunc omnes perdant, (ita mi hunc hodie corrupit diem,)
Meque adeo, qui hodie forum unquam oculis inspexi meis!

v. 492, 493. Troch. Tetr. Cat.——492. *Aut plus aut minus,* Ita Codd. nostri; at *dixeram controversiam.* Both: *Duxeram;* Vide in Nott. Vulg. *dixeram controversiam, uti sponsio fieret.* Ald. Junt. etc. *ut sponsio fieret.*——493. *Ut ne,* Ita Bo: pro vulg. *uti.—ne* abest a Codd. nostris.—*Illic,* prior syll. corrip. B. 1, *Quid ille prædam dedit?* B. c, *Quid ille qui prædam dedit.*——494. Troch. Tetr. *hominem,* non liquescit. B. 1, B. c, *manufestum.*——495—498. Troch. Tetr. Cat.——497. *Unquam,* non liquescit.

him before the Ædiles.' Metaphorice dictum, de *verbivelitatione,* seu λογομαχίαις, utrinque advocatorum.

— *Plurimisque pessumisque.*] Græce, Πολλοῖς καὶ κακοῖς. Infra 661.

492. *Aut plus aut minus.*] Pro usitatiori, *Plus minusve.* Quod autem ad sententiam refert, consulas Cic. Att. IV. 3. *post med.* "Metellus *calumnia dicendi tempus exemit,* adjuvante Oppio, etiam hercule familiari tuo." Nimirum (ut explicat Manut.) cum "astutia uteretur, multaque malitiosus injiceret, ut dicendi tempus eximeret, ne senatus-consultum contra Clodium fieri posset." Confert Hare, Capt. V. iii. 18. [921. B.]

"Quom ego plus minusve feci, quam æquom fuit."

— *Controversiam.*] H. e. Litem.

493. *Duxeram.*] Produxeram. 'I had protracted.' *Duxit* controversiam Menæchmus, h. e. ex longa longiorem fecit de industria, ut judex fatigatus rem dubiam arbitraretur, et reum (cui patronus Menæchmus,) *sine sponsione* dimitteret, quo nihil melius honestiusque evenire poterat homini. Sed is imprudens *ipse* prædem dedit. Both.

— *Quid illic?*] Ille; scil. cliens meus. 'What must he go and do?'

497. *Meque adeo.*] Vide Gloss.

Diem corrupit! Optumum jussi apparari prandium;
Amica expectat me scio. 499
Ubi primum licitum est, eloco properavi abire de foro.
Irata est, credo, nunc mihi. Placabit palla, quam dedi,
Quam hodie uxori abstuli, atque huic detuli Erotio.
PE. Quid ais?
MU. Viro me malo male nuptam.
PE. Satin' audis, quæ illic loquitur?
MU. Satis.
ME. Si sapiam, huc intro abeam, ubi mihi bene siet.
MU. Mane: male erit potius!
Næ illanc mecastor fœnerato abstulisti! Sic datur! 506
Clanculum te istæc flagitia facere censebas potesse?
ME. Quid illuc est, uxor, negotii?
MU. Men' rogas?
ME. Vin' hunc rogem?
PE. Aufer hinc palpationes!—Perge tu.
ME. Quid tu mihi

v. 498. *Diem*, monosyll. Supra 80. B. c, *Diem corrupi optumum*. B. 1, *corrupi*. Pro *optumum* conj. HARE *opimum*.——499. Iamb. Dim.——500—502. Iamb. Tetr.——500. B. 1, B. c, *est licitum*, et sic Edd. Vett. Pro *eloco*, B. 1, *illico;* B. c, *ilico*.——501. B. 1, B. c, *placebit*.——502. *Quam*, *uxori*, et *detuli*, non clidend.——503. Bacch. Tetr.——504. Bacch. Tetr. Cat. Sed de hoc versu et præced. minus constat.——505. Troch. Tetr.—Pro *huc*, B. 1, B. c, *hinc;* et pro *siet*, B. c, *sit*.—*Mane*, ult. corrip. Supra 99. ——506. Iamb. Tetr.—*Fœnerato*, non eliditur.—*Sic datur!* HARE censet Parasito tribuendum esse, ut Infra 530.——507. Troch. Tetr. "Leg. *istæc te;* ita Cod. decurt." HARE.——508—576. Troch. Tetr. Cat.——508. *Illuc*, prior syll. corrip. Supra Prol. 22, 23.—B. 1, *uxor, est negocii?*

Et confer Ter. Eun. II. III. 12.

"Ut illum dii deæ omnes senium perdant,
qui hodie me remoratus est;
Meque adeo, qui restiterim!"

506. *Sic datur!*] 'There take it.' Intellige *fœnus*, ex verbo *fœnerato;* nempe, *Malum id* quod petis, hem! tibi, *sic datur!* et sane cum grandi fœnere. De qua castigandi formula vide in Gloss. Cæterum, dum hæc loquitur, haud minus *factis* quam dictis supplicium de misero capite sumit.

508. *Quid illuc est negotii?*] 'What's the matter now?' Supra 423.

509. *Aufer hinc palpationes!*] Anglice, 'Come, hands off! if you please: Don't touch *me*.' Nam

Tristis es?
Mu. Te scire oportet.
Pe. Scit; sed dissimulat malus.
Me. Quid negotii est?
Mu. Pallam....
Me. Pallam?
Mu. Quidam pallam....
Pe. Quid paves?
Me. Nil equidem paveo.
Pe. Nisi unum—palla pallorem incutit.
At tu ne clam me comessis prandium!—Perge in virum!
Me. Non taces?
Pe. Non hercle vero taceo.—Nutat, ne loquar.
Me. Non hercle ego quidem usquam quicquam nuto neque nicto tibi.

v. 511. B. 1, Mu. *Pallam.* Men. *Pallam quid.* Mul. *Pallam quid: paves?* quod haud displicet, modo *negotii* solute legatur. B. c, M. *Quid negotii est?* P. *pallam.* M. *pallam. quid paves?* Bothium sequor; Vide in Nott.——512. *Nisi unum...incutit,* Menæchmo tribuuntur apud Both. Et sic in Codd. nostris, quorum B. 1, habet, *Nihil equidem palleo nisi unum palla,* etc. B. c, *Nihil equidem paveo: nisi unum palla pauorem incutit.*——513. B. 1, B. c, *Aut tu;* et pro *clam,* mendose, *etiam;* et pro *comessis, comesses.*

cum Menæchmus manum, ut mos erat, familiariter Peniculo injecerit, inscius quid, se absente, huic male evenerit, iste indignabundus se subtrahit, neque attingi sinit. Sic Infra 529; Mulier irata ait, "*Aufer manum!*" Vide in Gloss. Alii quidem aliter accipiunt: cum autem ne unum quidem mellitum verbum Menæchmus adhuc ediderit, satius visum est hujus loci sensum ad id quod *factis* exhiberi posset, quam ad dicta, referre.

511. *Quidam.*] 'A certain person.' Supple: Abstulit. Ironice dictum, quasi nesciret Menæchmus se innui. Vide in Gloss. ubi exempla nonnulla hujus vocis hac significatione usurpatæ adducuntur. Aliter autem in Codd. nostris legitur; Vide in Nott. Critt.

513. *At tu ne,* etc.] Hæc ait Peniculus, Menæchmo stomachose irridens, ut Infra 530, "Properato absente me comesse prandium;" mox vero Uxorem instigans, ait, *Perge in virum,* 'Come, at him again!'

MU. Næ ego ecastor mulier misera!
ME. Qui tu misera es, mi expedi!
PE. Nihil hoc confidentius, qui, quæ vides, ea pernegat!
ME. Per Jovem deosque omnes adjuro, uxor, (satin' hoc est tibi?)
Me isti non nutasse.
PE. Credit jam tibi de isto; illuc redi!
ME. Quo redeam ego?
PE. Equidem ad phrygionem censeo, et pallam refer!
ME. Quæ istæc palla est?
MU. Taceo jam; quando hic rem non meminit suam.
ME. Num quis servorum deliquit? num ancillæ aut servi tibi 522
Responsant? Eloquere. Impune non erit.
PE. Nugas agis.

v. 516. B. 1, B. c, *ecastor;* et sic HARE, ut *Næ* non elidatur.——517. B. 1, *quod videt.* B. c, *qui hoc videt ea p.*——518. *Deos,* monosyll. Supra 134. Infra 557; ubi iterum hic versus occurrit. B. c, *est satin hoc tibi?*——519. B. 1, B. c, *de istis;* "Leg. *de isto,* poscente metro." HARE. nisi *illuc* (quod pene suspicor,) et hic et alibi rapide pronuntiand. (*'llue.*)——520. B. 1, B. c, *Quo ego redeam.* Tum *a Phrygione,* pro *ad Phrygionem,* et fortasse recte.——521. B. 1, B. c, *quando nec rem commeminit suam.*——522. B. 1, B. c, *servæ.*——523. B. 1, B. c, *Responsa aut loquere.*

517. *Nihil hoc,* etc.] Infra 533.

519. *De isto.*] Nempe de *nutando,* aut *nictando* mihi: sed *illuc* (h. e. ad illud) *redi;* nempe de palla ex domo surrepta. Sic Cistell. 341.

"Teneo *istuc* satis;
Sed ego *illud* quæso."

Et Ter. Heaut. II. II. 32.

"*Hoc,* quod cœpi, primum enarrem;
Post *istuc* veniam."

Vide Supra Prol. 56.

520. *Ad phrygionem.*] Subaud. *redi;* quod verbum hoc loco *proprio* sensu (non, ut versu priore, *translato,*) usurpatur.

523. *Responsant.*] Obloquuntur, ferociter et irreverenter respondent. GRON. Exempla vide in Gloss.

— *Impune non erit.*] 'They shall not do so with impunity.' Nempe servi seu ancillæ, si quid deliquerint, aut tibi oblocuti fuerint, punientur.

— *Nugas agis.*] Supra Prol. 54.

ME. Tristis admodum es. Non mi istuc satis placet.
PE. Nugas agis.
ME. Certe familiarium aliquoi irata es.
PE. Nugas agis.
ME. Num mihi es irata saltem?
PE. Nunc tu non nugas agis.
ME. Non edepol deliqui quicquam.
PE. Hem, rursum nunc nugas agis.
ME. Dic, mea uxor, quid tibi ægre est?
PE. Bellus blanditur tibi!
ME. Potin', ut mihi molestus ne sis? num te appello?
MU. Aufer manum!
PE. Sic datur! Properato absente me comesse prandium,
Post ante ædes cum corona me derideto ebrius!
ME. Neque edepol ego prandi, neque hodie huc intro tetuli pedem.
PE. Tun' negas?
ME. Nego hercle vero.
PE. Nihil hoc homine audacius.

vv. 524, 525. Absunt hi duo versus a B. c; errore orto a repetito *nugas agis.*——524. B. 1, *Tristis admodum est;* et PENICULO tribuit; *Non mihi* etc., MENÆCHMO.—*Sati'*, elisa *s* litera pronuntiand. Supra 18.——525. *Aliquoi,* litera *i* tantum elid. Supra 376.——527. Hic versus margini ascriptus est in B. 1, omissus omnino in B. c.—*Rursum non nugas agis;* B. 1.——529. B. 1, B. c, *Non te appello.*——530. B. 1, *Sic dat?* mendose, errore orto ex contracta forma τοῦ *datur.*——531. B. 1, *cum corona hercle rid.* B. c, *cum corona hederæ: rideto ebr.* at infra, v. 534, est *cum corona florea,* quem vero versum prorsus omittit B. c.

528. *Quid tibi ægre est?*] 'What is it that offends you?'

529. *Aufer manum.*] Supra 509. Sic in Amph. 751; Amphitruo suppositus uxori in gratiam redire studens, manum injicit benigne, at cum indignatione ab Alcumena rejicitur:

JUP. "Nimis verecunda es.
ALC. Potin' ut abstineas manum?"

530. *Sic datur!*] 'Now you have it, as you deserve!' De hac formula vide Supra 506.

533. *Nihil hoc homine audacius.*] 'Nothing can exceed this man's impudence.' Supra 517.

Non ego te modo hic ante ædes cum corona florea
Vidi adstare, quom negabas, mi esse sanum sinciput?
Et negabas, me novisse; peregrinum aibas esse te?
ME. Quin ut dudum devorti abs te, redeo nunc demum domum.
PE. Novi ego te: non mihi censebas esse, qui te ulciscerer.
Omnia hercle uxori dixi.
ME. Quid dixisti?
PE. Nescio.
Ipsus eam roga.
ME. Quid hoc est, uxor? quidnam hic narravit tibi?
Quid id est?—Quid taces? quin dicis, quid sit?
MU. Quasi tu nescias,
Me rogas!
ME. Pol haud rogem te, si sciam.
PE. O hominem malum!
Ut dissimulat! Non potes celare: rem novit probe: 543
Omnia hercle ego edictavi.
ME. Quid id est?
MU. Quando nil pudet,
Neque vis tua voluntate ipse profiteri; audi atque ades!

v. 534. Vide in vers. 531.——536. Codd. nostri, et Edd. *aiebas;* at Both. *aibas.* Vide in Gloss. et sic HARE.——537. B. 1, B. c, *divorti.*——538. Haud male B. c, *non me censebas;* i. e. *me tàlem esse, qui* etc. *mihi* vero Edd. Vett. nec opus est mutare. Vide in Nott.——540. *Roga,* ult. syll. corrip. Vide in v. 142. Infra 1004.—B. 1, B. c, *Eam ipsus roga.* HARE, " Legendum puto, *eam roga ipsus.*"——541. B. c, *nescis;* mendose. Inter hunc versum et sequ. inseritur in nostris Codd. idem versus qui infra, v. 547, apparet; quique ob id manifesto inducendus, quod recte monuit HARE.——543. B. 1, *Non potest cel.*—tum B. 1, B. c, *rem novi pr.*——545. *Tua,* monosyll. ut Supra 281. Infra 560. etc. Both. *Neque tua voluntate ipse vis prof.*

534. *Corona florea.*] Vide Gloss. in v. 366.

538. *Qui te ulciscerer.*] 'You did not guess that I had the means wherewithal to avenge myself.' *Qui,* pro *quo,* ut Supra 219; et passim: ut nil opus sit cum quibusdam *me* pro *mihi* reponere.

Et quid tristis, et quid hic mihi dixerit, faxo scias. 546
Palla mihi est domo surrepta.
ME. Palla surrepta est mihi?
PE. Viden', uti scelestus captat? Huic surrepta est, non tibi:

v. 547. B. c, *Palla est mihi.*—tum B. 1, B. c, *Palla subrepta est tibi?* Vide in Nott. "Legendum videtur *mihi*, verba scil. mulieris repetit, ut ex vers. sequ. liquet." HARE.——548. B. 1, B. c, *Vide ut scelestus capiat.*—B. c, mendose *subrepta si est.* B. 1, *subrupta.*

546. *Quid tristis.*] Subaud. *sim.* 'Why I am so displeased.' Supra 524.

547. *Palla surrepta est mihi?*] Nota, *mihi* vult accipi Menæchmus pro, *a me*, (a domo mea.) Nam cum viri et uxoris omnia sint communia, quæ *ab hac* surrepta sunt, ad *illum* æque pertinent. Quærit igitur captiosus, num ab se sit palla surrepta, cum interea pulcre calleat se illam ipsam Erotio detulisse. Sed eadem verba, si absque interrogatione legantur, valent, Palla surrepta est *in meos usus;* nempe ut ad Erotium, meos amores, deferretur: et sic (ne mentiatur, aut spectatoribus palam dissimulator appareat,) *tacite* secum ipse intelligit. Hujus constructionis exempla sunt, Pers. Sat. VI. 64. "Minui *mihi.*" (I have spent it *for my own occasions.*) Aul. 589. S. "Nil equidem *tibi abstuli.*" (*from you.*) E. "At illud, *tibi* quod abstuleras, cedo." (*for your own purposes.*) Vide in vers. sq.

548. *Uti scelestus captat?*] 'See how the rogue equivocates!' Quæ Menæchmus dubitanter quidem, sed cum quodam interrogandi vultu, dixerat, ea ad verbum accipit Peniculus, cum ipse, (ut qui conscius fuerit,) dolosas viri captiones odoretur. Similiter ludit Noster, Cist. 236.

A. "Non remissura es mihi illam?
M. Pro me responsa tibi."

H. e. (abjecta interrogationis nota,) *Non remissura sum.* Item Curcul. 41.

PH. "Obloquere? P. Fiat maxume.
PH. Etiam taces?
P. Nempe obloqui me jusseras."

(Non autem jusserat; sed *cum interrogatione vetuit;* 'Will you interrupt me?') Rudens. 255.

T. "Non venit? A. Vera prædicas."

(Nempe, eum *non venisse.*) Cæterum, quod ad sententiam, confer SHAKSP. *Hamlet*, Act. V. Sc. I.

"How absolute the knave is! we must speak by the card, or equivocation will undo us."

Nost. Rud. 995.

"Viden', ut scelestus aucupatur?"

— *Huic.*] Uxori. 'It was stolen from *her*, not from *you.*'

Nam profecto tibi surrepta si esset, salva nunc foret. 549
ME. Nil mihi tecum est. Sed tu quid ais?
MU. Palla, inquam, periit domo.
ME. Quis eam surripuit?
MU. Pol istuc ille scit, qui illam abstulit.
ME. Quis hic homo est?
MU. Menæchmus quidam.
ME. Edepol factum nequiter!
Quis is Menæchmu'st?
MU. Tu istic, inquam.
ME. Egone?
MU. Tu!
ME. Quis arguit?
MU. Egomet.
PE. Et ego. Atque huic amicæ detulisti Erotio.
ME. Egon' dedi?
PE. Tu, tu istic, inquam! Vin' afferri noctuam,
Quæ Tu Tu usque dicat tibi? nam nos jam defessi sumus. 556

v. 549. B. 1, B. c, *salva non foret.* at passim sic erratur, ob similitudinem inter *nunc* et *non*, ubi contracte leguntur.——551. B. c, *eam abst.*——552. *Quidam*, non elid.——553. *Quis is*, rapide pronuntiand. ut in unam syllabam coalescant, (*Qu' is.*) Vide Supra 65.——554. Pro *Et ego*, B. 1, *Ego et.* quod recte fortasse legatur, verbis de industria ita positis ob similitudinem præcedentium.——555. *Egon'*, rapide pronuntiand. Supra 298.——556. *Nam nos jam;* ita Codd. nostri.

549. *Tibi.*] 'From you.' Si a te, Menæchme, surrepta esset, (cum eam scilicet deferres ad Erotium,) et huic, *uxori*, reddita esset, nimirum salva nunc foret. Ex GRONOV: unde etiam præcedd: partim exscripsi.

555. *Noctuam.*] Cuivis in mentem occurret, SHAKSP. I. *Henr.* IV.

"I'll have a starling shall be taught to speak
Nothing but MORTIMER, and give it him
To keep his anger still in motion."

Act. I. Sc. III.

556. *Tu, Tu.*] Alludit ad noctuæ vocem, *Too Too;* [nam sic pronuntiandam esse literam *u* notavit LAMB: ubi *longa* est; secus si *brevis;* tum enim ut ultima syl-

ME. Per Jovem deosque omnes adjuro, uxor, (satin' hoc est tibi?)
Non dedisse.
PE. Imo hercle vero, nos non falsum dicere.
ME. Sed ego illanc non condonavi; sed sic utendam dedi.
MU. Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras, nec pallium,
Quoiquam utendum. Mulierem æquom est vestimentum muliebre
Dare foras, virum virile. Quin refers pallam domum?
ME. Ego faxo referetur.
MU. Ex re tua, ut opinor, feceris:
Nam domum nunquam introibis, nisi feres pallam simul.
PE. Ehodum, quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi?

v. 557. *Deos*, monosyll. Supra 518.——559. B. 1, B. c, *illam.*——560. *Tuam*, monosyll. Supra 545. Infra 625.——562. B. c, *Sed quid refers.*——564. *Nam dom. nunqu. introib.* Ita Codd. nostri. *introibis* solute pronuntiand. HARE, "Forte *tu nunquam.*"—Pro *simul* B. 1, *semul* mendose; Vide Nott. Critt. in Aul. 579, *Simul radebat*, etc. ubi B. 1, iterum *semul.*——565. *Ehodum*, etc. Hæc ex Acidal: conject. Vulg. ME. *Ego domum?* PE. *Quid mihi...* Both. *Eo domum.* et MULIERI tribuit. B. 1, ME. *Ego domum.* PE. *Quid* etc. B. c, *Ego domum.* (at *eo* ab altera manu superscriptum.) P. *Quid* etc.

laba in *maximus* pronuntiatur.] Citant hoc loco Ausonii versum,

"Cecropiis ignota sonis ferale sonans υ
Noctua."

Vide Gloss.

557. *Per Jovem*, etc.] Supra 518.

558. *Non dedisse.*] Scil. Me. Recte hic observat GRUT: cavillari Menæchmum, et dicere, se non tam *dedisse* pallam, quam *commodasse;* ideoque, quando velit, recipere posse. Quo pertinet, (quod Idem citat,) Trinum. 1096.

"Quod *datum utendum*, id repetundi copia est quando velis."

559. *Non condonavi.*] 'I have not given her it *for good.*' Non donavi ut *proprium* et *perpetuum* habeat. Aliter autem accepisse Erotium, apparet ex ejus verbis Infra 591.

— *Sic.*] '*Merely.*' Cum gestu pronuntiatur, δεικτικῶς. BOTH.

565. *Quid mihi*, etc.?] 'What am I to have for doing you this service?'

MU. Opera reddetur, quando quid tibi erit surreptum domo.
PE. Id quidem edepol nunquam erit: nam nihil est, quod perdam, domi.
Cum virum, cum uxorem, dii vos perdant! Properabo ad forum:
Nam ex hac familia me plane excidisse intellego.
ME. Male mihi uxor se fecisse censet, quom excludit foras,
Quasi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.
Si tibi displiceo, patiundum; at placuero huic Erotio,
Quæ me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.
Nunc ibo; orabo, ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi.
Aliam illi redimam meliorem. Heus, ecquis hic est janitor?
Aperite, atque Erotium aliquis evocate ante ostium.

v. 568. Codd. *cum viro, cum uxore.*——569. *Plane,* non elid. B. 1, *sane.*——570. B. 1, B. c, *exclusit.*——573. B. c, *a se.*——576. B. 1, B. c, ut passim, *hostium.*

566. *Opera reddetur.*] 'The favor shall be returned, when you have anything stolen from your house.' Quod joci causa ait, ut Parasiti inopiam, (de qua ipse, Supra v. 29, sqq. questus est,) tacite irrideat.

568. *Cum virum, cum uxorem.*] 'Both husband and wife.' Id est, *et* virum *et* uxorem.

569. *Excidisse intellego.*] Ita Cist. 232. "Hic apud nos jam confregisti tesseram." Hospitium, ait, sibi alibi quærendum est, hic enim jam plane *extra numerum* se esse intelligit.

570. *Foras.*] Minime, cum Lambino, *foris* legas; nam tantum abest verbum *excludit* ut quietem significet, ut præ cæteris ferme *motum* in se contineat. Stabitne tandem *sic,* exclusus? Imo, quantum potest, se alio, si sapit, conferet.

ACT. IV. SCENA III.

EROTIUM. MENÆCHMUS.

Er. Quis hic me quærit?
Me. Sibi inimicus mage quam ætati tuæ.
Er. Mi Menæchme, cur ante ædes adstas? Sequere intro.
Me. Mane.
Scin' quid est, quod ego ad te venio?
Er. Scio: ut tibi ex me sit volup.
Me. Imo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,
Mihi eam redde: uxor rescivit rem omnem, ut factum est, ordine.
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam voles.
Er. Dedi equidem illanc, ad phrygionem ut ferres, tibi paulo prius,
Et illud spinther, ut ad aurificem ferres, ut fieret novom.
Me. Mihi tu ut dederis pallam et spinther? Nunquam factum. Relege, sis.

vv. 577—602. Troch. Tetr. Cat.——577. *Quis*, ult. litera elisa (*Qui'*) pronuntiand. Supra 553.—*Quam*, non liquescit. Bo: legit *quamde*. Pro *tuæ* B. c, *suæ*.——579. *Scio*, monosyll.—Pro *volup*, plene B. 1, B. c, *voluptas*.——583. B. 1, B. c, *Tibi d. e. illam......ut ferres paulo prius*.——584. *Illud*, prior syll. corrip. Supra Prol. 22, 23.——585. B. 1, B. c, *relegeris*. Vulg. *reperies*. Hare, "Codd. *relegeris*, et *releceris*. Legendum puto, *relege res*, i. e. tecum res puta. Et sic Grut." Both: in priore Edit. *relege rem;* nunc *relege res;* at *relege, sis* prætuli, ut ductui literarum propius, (intellecto verbo *rem*,) quanquam mendam aliquam etiamdum subesse suspicer.

582. *Redimam.*] 'I will buy you instead any shawl worth twice as much, which you shall choose.' Vide Gloss. Supra 575.

584. *Ad aurificem*, etc.] 'That you might take it to the jeweller's, to be recast.' Supra 426.

585. *Mihi tu ut dederis?*] Subaud. *aisne?* Emphatice dictum; ut nos, 'What—*you* give me a cloak and clasp!'

— *Relege, sis.*] H. e. *Si vis*. 'Recollect yourself, if you please.' Vide in Nott. Critt.

Nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi, atque abii ad forum,
Nunc redeo, nunc te postilla video.
ER. Video, quam rem agis:
Quæ commisi, ut me defrudes, ad eam rem affectas viam.
ME. Neque edepol te defrudandi causa posco. Quin tibi
Dico, uxorem rescivisse.
ER. Nec te ultro oravi, ut dares:
Tute ultro ad me detulisti. Dedisti eam dono mihi;
Eandem nunc reposcis. Patiar! tibi habe! aufer! utere
Vel tu, vel tua uxor! vel etiam in oculos compingite!
Tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis:
Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui.
Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes!

v. 587. B. 1. *post illac.* B. c, *post illæc,* omisso *te.*——588. B. 1, B. c, *Quia commisi.*——591. *Dedisti,* media syll. corrip. Supra 16.——592. *Eandem,* dissyll. Supra 334.—*Habe,* non elidend.——594. *Frustra sis;* ita B. c. et sic Ald. Junt. Parm. et aliæ pleræque Editt. B. 1, *frustrassis.* Bo: *ne sis frustra.*——595. *Tibi,* omitt. B. c.

587. *Video, quam rem agis.*] 'Oh, I see your drift: you are trying to cheat me of those things I gave in charge to you.' Nempe pallam et spinther, quæ Menæchmo Sosicli commiserat, ut ad phrygionem et aurificem deferret.

593. *In oculos compingite.*] 'Stuff it into your very eyes, if you please.' Hoc est, Diligentissime conservate. Proverbialiter dictum. 'Preserve it most charily.' Oculi enim *in carissimis* unicuique sunt. Supra 76. SHAKSP.

"That handkerchief......Take heed of it,
Make it a darling like your precious eye."
Othello. Act. III. Sc. IV.

Æsch. Sept. Theb. 525.

"Μᾶλλον θεοῦ
Σέβειν πεποιθὼς, ὀμμάτων θ᾽ ὑπέρτερον."

In quem locum citat STANL: Hadrian. Jun. in Adagiis, "Quod quis unice charum habet, id plus oculis suis amare dicitur." Et exemplis ex Catullo, aliisque, confirmat. Vide plura in Gloss.

596. *Frustra.*] H. e. Nulla mercede, gratiis.

Aliam posthac invenito, quam habeas frustratui!
ME. Nimis iracunde hercle tandem!—Heus tu, tibi dico, mane!
Redi!
ER. Etiam adstas? Etiam audes mea revorti gratia?
ME. Abiit intro, occlusit ædes. Nunc ego sum exclusissumus:
Neque domi, neque apud amicam, mihi jam quicquam creditur.
Ibo et consulam hanc rem amicos, quid faciundum censeant.

ACT. IV. SCENA IV.

MENÆCHMUS SOSICLES. MULIER.

ME. S. Nimis stulte dudum feci, quom marsupium
Messenioni cum argento concredidi!
Immersit aliquo sese, credo, in ganeum.

v. 597. B. c, *post hanc.*—*Quam habeas*, ita Codd. nostri. *quam*, non liquescit. Bo: *quam tu hab.*——599. *Redi! Er.* HARE, "Quæ sequuntur Menæchmo videntur tribuenda; tollendum igitur hic ER. et vers. sq. ME."—B. 1, B. c, *Etiamne adstas?*——600. *Occlusit ædes;* corrupte in nostris Codd. legitur.——601. B. c, *ad amicam;* errore forsan orto ex contracta forma τοῦ *apud.*——603—654. Iamb. Trim.——603. *Nimis*, elisa *s* litera, (*Nimi'*,) pronuntiand. Supra v. 5.

597. *Habeas frustratui.*] 'Make a mockery of.' Supra 595. Gloss.

598. *Tibi dico.*] Supra 287.

600. *Exclusissumus.*] 'Now I am indeed shut out.' Ridicule dictum. Nempe qui nec domum, neque ad amicam, admittar. Est autem *exclusissumus* vox Comica, ut in Curcul. 15, *Occlusissumum.* Vide Aulul. 587. Gloss.

602. *Quid faciundum censeant.*] 'I will go and advise with my friends on this matter, what they think I had best do.' Vide Gloss. Sic, Amph. 976.

"Tiresiam advocabo, et consulam
Quid faciundum censeat."

603. *Marsupium.*] Supra 295.

605. *Immersit.*] Significatione translata, ut Supra 353.

Mu. Provisam, quam mox vir meus redeat domum.
Sed eccum video! Salva sum: pallam refert.
Me. S. Demiror, ubi nunc ambulet Messenio.
Mu. Adibo, atque hominem accipiam quibus dictis meret.
Non te pudet prodire in conspectum meum,
Flagitium hominis, cum istoc ornatu?
Me. S. Quid est?
Quæ res agitat te, mulier?
Mu. Etiamne, impudens,
Muttire verbum unum audes, aut mecum loqui?
Me. S. Quid tandem admisi in me, ut loqui non audeam?
Mu. Rogas me? Hominis impudentem audaciam!
Me. S. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem
Graii esse prædicabant?
Mu. Non equidem scio.
Me. S. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis:
Omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat:

v. 609. *Quibus,* pronunt: *quibu'.*——611. *Flagitium,* non liquescit.——612. B. 1, B. c, *te agitat;* quod verisimile est, *te* non eliso.——613. B. 1, B. c, *Mutire unum verbum.*——614. Codd. nostri *in te,* pro *in me,* habent.——615. *Me,* non liquescit.——617. B. 1, B. c, *Græci.*——619. *Omnia,* ita Codd. nostri.—*Quemquem,* Hare, "Legendum forte *quemque,* i. e. *quemcunque,* quod Plauto frequens." B. 1, *queng.* B. c, *quemq.* contracte.

612. *Quæ res agitat te?*] Supra 236.

614. *Quid tandem admisi in me?*] 'What fault, I pray, have I committed, that I should be ashamed to speak?' Vide in Gloss.

615. *Hominis impudentem audaciam!*] 'The impudence of the fellow!' Ὦ τῆς ἀναισχυντίας.

616. *Hecubam.*] Hanc, quia maledicta in universum Græcorum exercitum assidue ingerebat, in canem versam esse tradunt. Juv. Sat. X. 271. "Sed torva *canino Latravit rictu,* quæ post hunc vixerat uxor." Cic. Tusc. Qu. III. "Hecubam autem, propter animi acerbitatem quandam et rabiem, fingi in canem esse conversam." Lamb. Apud Plin. N. H. IV. 11. *Cynossema* (Κυνὸς Σῆμα) appellatur Hecubæ tumulus. Grut.

619. *Omnia mala ingerebat,* etc.] 'Heaped all manner of abuse upon whomsoever she saw.' Constructio

Itaque adeo jure cœpta appellari est Canes.
Mu. Non ego istæc flagitia possum perpeti:
Nam me jam ætatem viduam esse mavelim,
Quam istæc flagitia tua pati, quæ tu facis.
Me. S. Quid id ad me, tun' te nuptam possis perpeti,
An sis abitura a tuo viro? An mos hic ita est,
Peregrino ut advenienti narrent fabulas?
Mu. Quas fabulas? Non, inquam, patiar præterhac,
Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam!
Me. S. Mea quidem hercle causa vidua vivito
Vel usque dum regnum obtinebit Jupiter.
Mu. Hanc mihi negabas dudum surripuisse te;
Nunc eandem ante oculos attines! Non te pudet?
Me. S. Heu hercle, mulier, multum et audax et mala es.

v. 620. *Est,* abest a Codd. nostris.—*Canes,* dedi, Bothii auctoritate fretus. Vide Gloss. at Codd. Nostri plane habent *Canis.*——621. *Ego,* non liquescit. Bo: *Ergo.*——622. *Me jam,* ita nostri Codd. Bo: *Me ætatem, me* non eliso.—*Viduam,* non liquescit: Hare, "Forte *viduam ego esse.*"——624. *Tu te,* B. 1, B. c.——625. *Tuo,* monosyll. Supra 560.—Tum in nostris Codd. legitur, *An non ita est Hæc per. ut. adv. narrat fabulas.*——628. *Tuos,* monosyll. Supra 625.——629. Pro *vivito,* B. 1, B. c, *victita.*——630. Codd. nostri *obtinet,* refragante metro.——631. B. 1, B. c, *At mihi.*——632. *Eandem,* dissyll. Supra 334.

est, Mala ingerebat *in eum,* si quem aspexerit; h. e. *in unumquemque.*

620. *Cœpta appellari Canes.*] Sic in Curc. 599, Planesium, mulier, *Canicula* appellata est, quia cujusdam manum mordicus arripuerat; Et Mil. 679, dotata uxor *oblatratrix* nuncupatur. Notum Cynicos ita nuncupatos esse, ob convicia quæ singulis hominibus, Canum more, ingererent; Vide Lucian. Βίων πρᾶσις. 7–10. Etc.

624. *Tun'.*] Pro *An tu;* 'Whether you can.'

628. *Quam.*] 'Rather than put up with your conduct.' Subaud. *potius.* Sic apud Græcos interdum subintelligitur μᾶλλον. E. g. Hom. Il. I. 117.

"Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι."

Sall. Bell. Cat. VIII. "Fortuna res cunctas ex libidine *quam* ex vero celebrat." (Edit. Havercamp.) Ita Infra 862, subaud. *Tam,* ante voc. *quam.*

629. *Mea quidem causa.*] 'For aught that I care.' Per me quidem licet. Græce 'Εμοῦ ἕνεκα.

Tun' tibi surreptam hanc dicere audes, quam mihi
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem?
MU. Næ istuc mecastor jam patrem arcessam meum,
Atque enarrabo tua flagitia, quæ facis!
I, Decio, quære meum patrem, tecum simul
Ut veniat ad me: ita rem esse dicito.
Jam ego aperiam istæc tua flagitia!
ME. S. Sanan' es?
Quæ mea flagitia?
MU. Quom pallam atque aurum meum
Domo tuæ suppilas uxori, et tuæ
Degeris amicæ! Satin' hæc recte fabulor?
ME. S. Quæso hercle, mulier, si scis, monstra, quod bibam,
Tuam qui possim perpeti petulantiam!
Quem tu hominem me arbitrare, nescio;
Ego te simitu novi cum Parthaone.
MU. Si me derides, at pol illum non potes,

v. 634. Transposite legitur *hanc subreptam,* in nostris Codd. "Forte legendum, *surreptam hanc.*" HARE.——636. *Istuc,* B. c, ut passim *isthuc.*—B. 1, B. c, *accersam;* Vide in Gloss. et consule Aul. 567. Nott. Critt.——638. B. 1, *Hei, decio.* B. c, *heus, decio.*——639. *Me,* et *rem,* non liquescunt.——641. *Quom,* omittunt Codd. nostri. *meum,* quoque abest a B. 1.——642. Transposite leguntur *tuæ suppilas,* in nostris Codd.——646. *Tu,* et *me,* non liquescunt. *me,* abest a B. 1, B. c. HARE, "*Hominem me,* Leg. *me hominem.* [quod rectius forsan.] et forte *esse arbitrare.*"——646, 648. Longe diversa est hujus loci ratio in nostris Codd. siquidem B. 1, habet, MU. *Nescio ego te.* ME. *Scis me.* MU. *Non te novi.* ME. *Cum parthaones me derides ad polillum non potes.* Paulo aliter B. c, *nescio ego te?* MU. *Scis me?* ME. *Novi cum per thaones me derides ad pol ilum nos potes.* Bothium sequor.——648. Vide in Not. præced.

635. *Concinnandam.*] Supra 333.

639. *Rem.*] 'Occasion.' *Res* ita postulat. Intell. Opus esse ut ad me veniat.

644. *Monstra quod bibam.*] 'Tell me of some antidote.' Doce quod *medicamentum* bibam, quo tuam maledicentiam perferre possim. Allegoria a medicis; qui medicamenta dant, quibus quis epotis aut venenum impune sumere potest, aut jam sumtum tolerare. LAMB.

647. *Simitu.*] H. e. Simul novi cum Parthaone; Non magis te novi quam Parthaona, Deianiræ avum. Sic mox 650. Utrumque valet id. quod, Neque *te* neque *istos* omnino novi.

Patrem meum, qui huc advenit! Quin respicis?
Novistin' tu illum?
Me. S. Novi cum Calcha simul:
Eodem die vidi illum, quo te ante hunc diem.
Mu. Negas novisse me? negas patrem meum?
Me. S. Idem hercle dicam, si avom vis adducere.
Mu. Ecastor pariter hoc atque alias res soles.

ACT. IV. SCENA V.

SENEX. MULIER. MENÆCHMUS SOSICLES.

Se. Ut ætas mea est, atque ut hoc usus facto est,

v. 650. B. 1, *cum calcante semul.* B. c, *cum achante simul.* Metrum postulat *Calcha;* Vide in Gloss.——651. *Eodem,* dissyll. Supra 632.—*Vidi illum,* "Codd. *illum vidi,* recte." Hare. at nostri habent *vidi illum,* nec causa est mutandi.——653. *Si,* non liquescit. Supra 477.——655—663. Bacch. Tetr.——655. *Facto est,* ita B. c. *est* autem omitt. B. 1.

649. *Qui huc advenit.*] Nequenquam moveat tam celeriter præsto esse senem tardigradum, cum vix decem abhinc versibus fuerit arcessitus. Nam si spatium antiquæ scenæ respexeris, (quod, præ hodiernis nostris, immane erat;) et huc adjeceris, senem in prospectum usque adhuc tantum venisse, neque ante triginta amplius versus sermonem conferre, (quæ enim interea loci queritur, sunt ex longinquo verba, et, dum formicino gradu in proscenium incedit, dicta,) satis erit moræ permissum ne in ea re offendamus. Vide in Aulul. 768. Nott.

650. *Cum Calcha.*] Id est; Æque te, ac Calchanta, novi. Supra 647. Hic autem erat vates ad bellum Trojanum notissimus.

651. *Eodem die vidi.*] Conf. Supra 438. Intell. Neque illum, neque te, omnino ante hunc diem unquam vidi.

654. *Pariter hoc,* etc.] 'To be sure this is just like your other acts.' Scilicet, Haud mirandum est socerum tuum te novisse negare, qui cætera tam flagitiosa admiseris.

655. *Ut ætas,* etc.] Fallitur Lambinus. Verte, 'As well as my age will allow me, *and as the occasion requires,* I will quicken my step, and hasten forward.' Nempe, Ut poscit occasio me tam celeriter progredi. Vide Gloss.

Gradum proferam, progredi properabo;
Sed id quam facile sit mihi, haud sum falsus:
Nam pernicitas deserit, consitus sum
Senectute, onustum gero corpus, vires
Reliquere. Ut ætas mala est merx mala ergo!
Nam res plurimas pessumas, quom advenit, fert,
Quas si autumem omnes, nimis longus sermo est.
Sed hæc res mihi in pectore et corde curæ est,
Quidnam hoc sit negotii,
Quod filia sic repente expetiit me, ut ad sese irem,
Nec quid sit, mihi certius facit, quid velit, quid me
arcessat.
Verum propemodum jam scio, quid siet re:
Credo cum viro litigium natum esse aliquod.
Ita istæc solent, quæ viros subservire

v. 656. *Progredi,* ita nostri Codd. Bo: *progrediri;* ut *moriri,* Ov. Met. XIV. 62. etc.——657. *Mihi,* ult. syll. non elid. Bo: *mi.*——658. Pro *consitus,* B. 1, mendose *conscitus;* B. c, *confectus,* forsan ex interpretatione; Vide in Gloss.——660. *Reliquere. Ut,* ita Nostri Codd. HARE, "Legendum puto, *Reliquerunt. Ætas* etc."—Pro *ergo,* Vulg. *tergo.* B. 1, *ergost;* B. c, *ergo est.*——661. *Fert,* ita Bo: HARE, aliique. B. 1, *adfert;* B. c, *affert;* ut et Edd. Vett.——662. *Si,* non liquescit.——663. Pro *curæ,* B. 1, B. c, *dura est.* HARE, "*dura est,* V. C. *curæ est.* recte."——664. Bacch. Dim. *negotii,* (ut scribitur in nostris Codd.) trissyllabice pronuntiand.——665—668. Bo: refert ad Asynartetos et Ithyphall. Equidem mallem inter Dochmiacos numerare; [de quibus Hermann. Lib. II. 21.] sed non omnino liquet.——665. B. c, *Ut filia.*—Tum B. 1, B. c, *expetit.*——666. B. 1, B. c, *Nec quid id sit.*—B. c, *faciat.*—B. 1, B. c, *accersit.* Infra 673.——667. *Re,* omitt. B. c. at B. 1, *quid sit rei.*——668. Pro *esse,* B. 1, *est.*——669—676. Bacch. Tetr. [De his Hermann. Lib. II. 23.]

657. *Haud sum falsus.*] Sensus est, Haud me fallit quam *difficile* id mihi sit. 'I am well aware that this is no easy matter for me.'

659. *Onustum gero corpus.*] Confert LAMB. Merc. 664. sqq.

"Quin is ocius?
S. Nequeo mecastor: tantum hoc onerist, quod fero.
D. Quid oneris?
S. Annos octoginta et quatuor."

Et Cic. De Senect. IV. "Senectus plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere."

661. *Plurimas pessumas.*] Supra 490.

667. *Quid siet re.*] H. e. *Quid rei sit.* Vide Gloss. in v. 151. Et verte, 'But I have already a tolerably shrewd guess what is the matter.'

669. *Istæc.*] Istæ dotatæ uxores. 'This is the way with these

Sibi postulant, dote fretæ, feroces.
Et illi quoque haud abstinent sæpe culpa;
Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet;
Nec pol filia unquam patrem arcessit ad se,
Nisi si aut quid commisit, aut jurgii est causa.
Sed id, quicquid est, jam sciam. Atque eccam eampse
Ante ædes, et ejus virum tristem video.
Id est, quod suspicabar.
Appellabo hanc.
MU. Ibo advorsum. Salve multum, mi pater.
SE. Salva sis. Salven' advenio? salven' arcessi jubes?
Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit?

v. 672. *Quoad*, monosyll. B. 1, B. c, *quo id.*——673. B. 1, B. c, *accersit.* Supra 666.——674. Corrupte in nostris Codd. legitur; B. 1, *Nisi aliqui commissi ad jurgium est c.* B. c, *Nisi aliqui comissi ad jurgii e. c.*——675. Codd. *Sed quicquid id est.*—Pro *eampse*, B. 1, *eam ipse*, B. c, *eam ipe;* unde recte nimirum confecerunt Recentt. Edd. *eampse.*——676. Transposite legitur *tristem virum* in nostris Codd.——677. Clausula Iambica.——678—771. Troch. Tetr. Cat.——678. B. c, *Appellabo atque hanc ibo vorsum*, ad SENEM continuata. *Ibo vorsum* etiam B. 1.——679. Mire variatur lectio in nostris Codd. ubi est, *Salva sis sed cur ab tuo servo accersi jubes?*—" *Salven'...salven'.* Gronov. ad Stich. I. I. 20. erudite contendit Donatum falli ad Ter. Eun. V. v. cum dicat *salve* esse adverbium, et legi debere *salvæ;* hic autem loci legi vult, *salvan' advenio; salvan'.*" HARE.——680. *Tu*, omitt. B. 1.

imperious dames, who expect their husbands are to be their slaves.'

670. *Postulant.*] Ἀξιοῦσι. Æquum arbitrantur. LAMB.

— *Dote fretæ.*] 'Presuming on their dower.' Menæchmum *dotatam* uxorem duxisse vidimus in Prolog. v. 61. Quidnam autem turbarum hæ ciere soleant, facile ex pluribus Veterum scriptis colligere possimus. Hor. Od. III. XXIV. 19.

"Nec dotata regit virum Conjux."

Nost. Aulul. 124.

"Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles,
Clamores, imperia........."

Adde Ibid. 452. sqq.

— *Feroces.*] 'Haughty and overbearing.' Quo pertinet illud *animos* in loco ex Aulul: supra citato.

675. *Eccam eampse.*] Ecce eam ipsam. 'Oh! there she is herself.' Supra 99.

679. *Salven' advenio?*] 'Is all well? Do I find all right?' Formula salutandi: de qua Vide Gloss.

680. *Destitit.*] A *desisto;* (ne

Nescio quid vos velitati estis inter vos duo.
Loquere, uter meruistis culpam, paucis; non longos logos.
MU. Nusquam equidem quicquam deliqui; (hoc primum te absolvo, pater;)
Verum vivere hic non possum, neque durare ullo modo:
Proin tu me hinc abducas.
SE. Quid istuc autem est?
MU. Ludibrio, pater,
Habeor.
SE. Unde?
MU. Ab illo, quoi me mandavisti, meo viro.
SE. Ecce autem litigium! Quotiens tandem edixi tibi, 687
Ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia?
MU. Qui istuc, mi pater, cavere possum?
SE. Men' interrogas?
MU. Nisi nevis.
SE. Quotiens monstravi tibi, viro ut morem geras:

v. 681. *Velitati*, non elidend.—*duos*, Codd. nostri. Vide Gloss.——683. *Nusquam*, ita B. c. at B. 1, *Nunquam.*—*Te absolvo*, ita Codd. nostri. "Taub. omittit *te.*" HARE.——685. *Istuc*, prior syll. corripitur. Supra 18.——686. *Quoi*, B. 1, B. c, *cui.*—*Meo*, monosyll.——687. *Quotiens*, ita B. c. B. 1, *quociens.*—*Tandem*, non liquescit.——688. *Neuter*, solute legitur in nostris Codd. *ne uter*, et rectius forsan.——689. B. 1, B. c, *Qui ego ist.* et *me interr.*——690. B. 1, *Nisi non vis.*

cum Lambino *distitit*, a *disto*, legas.) 'Why does he *keep aloof* from you in an angry mood?'

682. *Uter meruistis culpam.*] 'Which of you is to blame.'

— *Non longos logos.*] 'Let's have none of your long stories. No prosing.' Apage longas verborum ambages.

683. *Absolvo te.*] Ea cura te liberabo; faciam ut ne id saltem metuas. 'I will set you at ease on that score.'

685. *Quid istuc autem est?*] 'So so! What's to do now?' De voce *autem* emphatice usurpata, Vide Gloss. Infra 687.

688. *Neuter ad me iretis.*] 'That neither of you should come to me with your complaints.' Id est, (ut observat GRON.) *Ne uter*, ne vel maritus, vel tu, ad me iretis.

Quid ille faciat, ne id observes, quo eat, quid rerum gerat?
Mu. At enim ille hinc amat meretricem ex proxumo....
Se. Sane sapit,
Atque ob istam industriam etiam faxo amabit amplius.
Mu. Atque ibi potat.
Se. Tuan' quidem ille causa potabit minus,
Si illic, sive alibi lubebit? Quæ hæc, malum, impudentia est?
Una opera prohibere, ad cœnam ne promittat, postules,
Neve quemquam accipiat alienum apud te. Serviren' tibi
Postulas viros? Dare una opera pensum postules,
Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere.

v. 691. *Ille*, prior syll. corrip. *Ne*, et *quo*, non liquescunt; Supra 39.——692. B. 1, B. c, *e prox.*——693. B. c, *Atque etiam ob isthanc ind.*——694. *Tuan'*, monosyll. Supra 560. Codd. nostri *tua.*——695. Codd. nostri *Siv' illic*, et recte forsan; (*illic* rapide pronuntiato, *'llic.*) Hare, "*Siv' illic.* Leg. *Seu illic*, [*seu* correpto,] vel *si illic.*"—*lubebit*, B. 1, *licebit;* B. c, *libebit.*——696. B. c, *postulas.*——697. *Apud*, litera *d* elid. Supra 13. B. 1, B. c, *Servirin.*——698. *Una*, non elid.——699. Pro *carere*, B. c, *carpere*, ex interpretatione forsan.

692. *Enim.*] Queribunda voce dictum: ut Supra 168.

693. *Ob istam industriam.*] Quia istam industriam et diligentiam adhibes in observando viro quid rerum gerat. Lamb. Sed vide ne sit id qu. formula usitatissima, *Ob industriam*, 'On purpose; for very spite.' Vide Gloss. in v. 47.

696. *Una opera.*] 'You might as well.' Supra 426.

697. *Serviren' tibi*, etc.] 'What! do you expect *your husbands* are to be your slaves?' *Viros*, De plurali numero sic stomachose usurpato, diximus in v. 235. Gloss. Confer etiam Infra 705-6; *Pallas...arcis...meretrices.*

698. *Pensum dare.*] Vide in Gloss. Hanc autem esse *viliorum* ancillarum operam, colligas ex Nostr. Merc. 390.

"Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ molat,
Lignum cædat, *pensum faciat*, ædes verrat, vapulet."

Et Ibid. v. 408.

"Ea molet, coquet, *conficiet pensum*, pinsetur flagro."

Mu. Non equidem mihi te advocatum, pater, adduxi, sed viro.
Hinc stas; illinc causam dicis.
Se. Si ille quid deliquerit,
Multo tanto illum accusabo, quam te accusavi, amplius.
Quando te auratam et vestitam bene habet, ancillas, penum,
Recte præhibet; melius sanam est, mulier, mentem sumere.
Mu. At ille suppilat mihi aurum et pallas ex arcis domo;
Me despoliat; mea ornamenta clam ad meretrices degerit.
Se. Male facit, si istuc facit; si non facit, tu male facis,
Quæ insontem insimules.
Mu. Quin etiam nunc habet pallam, pater,

v. 700. *Te,* haud male omittunt Codd. nostri.——701. Pro *illinc,* B. c, *illi;* B. 1, *illin,* forte pro *illin'?*——702. B. c, *tantum.*——703. B. 1, B. c, *habeat;* et versu proximo *perhibent* pro *præhibet,* forte librarii errore pro *præhibeat.*——704. Vide in v. præced.——705. *Ille,* prior syll. corrip.—Pro *domo,* Codd. nostri, *modo.*——706. *Mea,* monosyll.—Pro *clam,* Codd. nostri habent *etiam et;* Both: *clam me;* Lamb: *jam;* Ed. Mediol. *etiam ad;* Parm. *ornamenta ad,* cum hiatu.——708. B. 1, *Qui insontem.*

700. *Non mihi advocatum,* etc.] Conferas Ter. Ad. IV. v. 42.

"Ridiculum: advorsusne illum causam dicerem,
Cui veneram advocatus?"

701. *Hinc.*] *A me,* a mea parte, *stas;* i. e. mihi advocatus es; sed *illinc,* ab illo, (viro meo,) *agis;* ejus, non meam, causam suscipis. Notum est, advocatos a latere clientis sui, dum ad judicem agerent, stare solere: Unde illud Juvenalis, Sat. VII. 109.

"Vel si *tetigit latus* acrior illo,
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen."

H. e. Cliens, quem causidicus iste summis viribus defendit. Cas. 458.

"Dum *adsto* advocatus quoidam cognato meo."

702. *Multo tanto amplius.*] Id. qu. Multo amplius. 'Very much more.' Bacch. 275.

"*Multo tanto* carior."

703. *Quando te auratam,* etc.] De his vide Supra v. 44.

704. *Sanam mentem.*] Græce σώφρονα, 'discreet.'

705-6. *Pallas,* etc.] Quid sibi velit iste pluralis numerus, vide in v. 697.

Et, quod ad hanc detulerat, spinther: nunc, quia rescivi, refert.

SE. Jam ego ex hoc, ut factum est, scibo: ibo ad hominem, atque alloquar.

Dic mi istuc, Menæchme, quod vos dissertatis, ut sciam.

Quid tu trux es? quid illanc autem abs te iratam destituis?

ME. S. Quisquis es, quicquid tibi nomen est, senex, summum Jovem

Deosque do testes....

SE. Qua de re, aut quoius re rerum omnium?

ME. S. Me neque isti male fecisse mulieri, quæ me arguit

Hanc domo ab se surripuisse, atque abstulisse dejerat.

Si ego intra ædes hujus unquam, ubi habitat, penetravi pedem,

Omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserrumus!

v. 709. B. 1, B. c, *Spinther quod ad hanc det.* omisso *et.*——710. *Jam,* et *scibo,* non liquescunt.—*ibo,* omitt. B. 1, B. c; quorum B. c, habet *scibo atq. hominem alloquar.*——711. B. 1, B. c, *discertatis.*——712. B. 1, B. c, *tristis es.—Illanc,* prior syll. corrip.—*autem,* non elid.——714. *Deos,* monosyll. Supra 557.—Pro *do testes,* B. 1, *detestor;* B. c, *obtestor.* HARE, " *Detcstor,* Codd. *detestas;* unde optime alii, *do testes.* Pseud. I. v. 99. [507. B.] *Do Jovem testem tibi.*"—B. 1, B. c, *cuius rei.*——716. Pro *dejerat,* Codd. nostri *delirat.*——717. *Si,* non liquescit. Supra 653.—*pedem,* non habent Codd. nostri. " *Penetravi pedem.* Ad complendum versum *pedem* recte addiderunt. Sic II. III. 49. [309.] et Infra 719." HARE.——718. Pro *hominum,* B. c, *homo.*

710. *Scibo.*] Pro *sciam.* Supra 295. Gloss.

711. *Dissertatis.*] 'What is your difference.' Recte observat GRONOV. dictum esse per λιτότητα, sive extenuationem, pro *litigatis;* quod habet Noster in re simili, Rud. 962.

" Quid est, qua de re *litigatis* nunc inter vos?"

Ne legamus igitur cum quibusdam, *disceptatis,* vel *dissentitis.*

712. *Destituis.*] A te amoves. 'Keep her aloof from you.'

714. *Quoius re rerum omnium?*] 'Of what, in the name of wonder?' De *re* pro *rei* posito, vide Gloss. in v. 151.

717. *Penetravi pedem.*] Supra 309.

SE. Sanun' es, qui istuc exoptes, aut neges, te unquam pedem
In eas ædes intulisse, ubi habitas, insanissume?
ME. S. Tun', senex, ais habitare me in illisce ædibus?
SE. Tu negas?
ME. S. Nego hercle vero.
MU. Nimium hoc ludicre negas,
Nisi quo nocte hac emigrasti.
SE. Concede hac, filia.—
Quid tu ais? num hinc emigrasti?
ME. S. Quem in locum, aut quam ob rem, obsecro?

v. 719. B. c, *Sanum est,* mendose.——720. Haud male B. c, *insanorum insanissime.* At illud *ubi habitas,* dant omnes quot habeo Editt.——721. B. c, *Tum.—Me,* non elid.——722. *Nimium* etc. Corrupte hæc in nostris Codd. ut in aliis leguntur; B. 1, *Immo hæc eludere neget.* B. c, fere iisdem verbis, *Imo hec eludere neget.* HARE, "*Nimio hæc impudenter.* Hæc sunt Camerarii, repugnante vero metro. Codd. *immo hæc eludere;* unde Par. *immo hæc ludicre,* non male. Vide v. 726. forte, *manifestam hercle rem negas:* vel, *imo hæc hunc ludens.* Vide Mil. 11. III. 53."——723. *Hac,* omitt. B. 1. at B. c, *ac migrasti. Nocte,* non elid.—"*Concede hac filia.* Forte *hæc sis,* vel *huc mea filia.* Vide v. 733." HARE. Both: ex conjectura legit, *Concedc hac, sis, filia.*——724. B. 1, *Quid tu agis?* et pro *num,* B. 1, et B. c, *non.—Quam,* omittunt Codd. nostri. HARE, "*Aut ob rem;* Legendum videtur, *aut quam ob rem.*"

722. *Ludicre.*] 'Ridiculously.' Ita BOTH: pro vulg. *impudenter,* quod metrum respuit.

723. *Nisi quo nocte hac,* etc.] 'Unless you have changed your residence since yesterday.' Nisi inter hesternum hodiernumque diem in aliam domum emigrasti. Conf. Mostell. 918.

"Nisi hinc hodie emigravit, aut heri, certo scio
Hic habitare."

724. *Num hinc emigrasti?*] Ita recte Lambinus pro *non hinc emigrasti?* quod habent omnes libri vulgati.

— *Quem in locum,* etc.] Vide ne melius hæc Mulieri tribuantur, et illa præcedd: *Nimium hoc...* usque ad, *num hinc emigrasti?* rectius Seni continuentur. Nam cum hic Menæchmum pro insano habeat, verisimilius est *Uxorem* quam virum de hac re eum interrogare: Et rursum illa aptius inquiret, '*Quem in locum, aut quam ob causam?*' ut quæ bene sciat se non domo migrasse. Menæchmum contra, (qui neque Senem, neque Mulierem, neque de domo quicquam cognoverit,) haud est credibile tam clementer responsurum, sed negaturum potius se domum ullam habere, unde emigrare omnino posset.

SE. Non edepol scio.
MU. Ludit te hic profecto.
SE. Non tu te tenes?—
Jam vero, Menæchme, satis jocatus es: nunc hanc rem age.
ME. S. Quæso, quid mihi tecum est? unde aut quis homo tu es? quid nocui
Tibi, aut adeo isti, quæ mihi molesta est, quoquo modo?
MU. Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur colos
Ex temporibus, atque fronte! ut oculi scintillant, vide!

v. 725. Codd. *Profecto ludit te hic,* unde HARE, "*Tu te tenes,* Leg. *tu tenes,* poscente metro."——726. Both. *o Menæchme; o* Codd. nostri omittunt, et *jocatus* absque verbo *es* exhibent.—Ad finem versus pro *hanc rem age,* dant, *ad rem age redi.*——727. *Tu,* non elid.—Quæ sequuntur partim ad Vulgat. lectionem, partim ad V.V. D.D. conjecturas exhibui. Bothius per aposiopesin sensum explicat, cui vero nequeo consentire.—Verba *Quid nocui,* absunt a Codd. nostris.——728. *Tibi,* et *molesta,* non elid. "*Tibi aut adeo.* Forte *tibi senex aut—molesta* aut *quo modo?*" HARE.——729. *Viden',* rapide pronuntiand. Supra 298. 412.—*Tu,* non liquescit.—Pro *virere,* Codd. nostri *urere.*—*Viridis,* ita B. 1, B. c; Both: *luridus;* Vide in Nott.—*Colos,* dedi post Both. at Codd. nostri plane *color.* Vide Gloss.——730. "*Atque fronte;* Lege *atque e fronte.*" HARE; at nil opus, quod video.

725. *Non tu te tenes?*] 'Can't you hold your tongue?'

726. *Jam vero satis jocatus es.*] Confer SHAKSP.

"Fie! now you run this humour out of breath."—*Com. of Err.* Act. IV. Sc. I.

— *Hanc rem age.*] 'Be serious.' Id. qu. Hoc age. Vide Gloss.

729. *Viridis.*] Non opus est cur *luridus* a Bothio reponatur, collato Captiv. 522.

"Viden' tu illi maculari corpus totum maculis *luridis?*"

recte enim, credo, refertur *viridis color,* tum in oculis, cum in temporibus ac fronte, ad tinctum eum *subluteum,* (aut quod SALMAS: *olivastrum* designavit,) quem ii potissimum exhibere soleant qui atra bili laborent. Hinc Pers. Sat. III. 44.

"Sæpe oculos memini *tingebam* parvus *olivo;*" Etc.

730. *Scintillant.*] 'How his eyes flash!' Quod iratorum et insanientium est indicium. Conf. Pers. Sat. III. 116.

"Ira
Scintillant oculi; dicisque, facisque, quod ipse
Non sani esse hominis non sanus juret Orestes."

Addas quæ contulit Interpr. Angl. BEN JONSON:

"Lord, how idly he talks, and how his eyes sparkle! He looks green about the

Me. S. Hei mihi, insanire me aiunt, ultro quom ipsi insaniunt!
Mu. Ut pandiculans oscitatur! Quid nunc faciam, mi pater?
Se. Concede huc, mea nata, ab istoc quam potest longissume!
Me. S. Quid mihi melius, quam, quando illi me insanire prædicant,
Ego me assimulem insanire; ut illos a me absterream?
Evie, atque, heu! Bromie, quo me in silvam venatum vocas?
Audio; sed non abire possum ab his regionibus:
Ita illæc me ab læva rabiosa femina adservat canis;
Post autem illic hircus alius, qui sæpe ætate in sua
Perdidit civem innocentem falso testimonio.
Se. Væ capiti tuo!
Me. S. Ecce, Apollo mi ex oraculo imperat,
Ut ego illice oculos exuram lampadibus ardentibus!
Mu. Perii, mi pater, minatur mihi oculos exurere!

v. 731. Versus hic post 743 collocatur in Codd. nostris; sed melius credo locum hic habet.—B. 1, *cum ultro.*——732-3, Transponuntur hi versus cum 734-5 in nostris Codd.——733. Pro *quam,* B. c, *quantum.* et pro *potest,* B. 1, *potes:* Vide infra 750.——734. B. 1, B. c, *melius est,* omisso *quam.*——735. *Assimulem,* non elid.——736. B. 1, *Heu boœ;* B. c, *Euhoe.* Hare, "*Evoe, Evie.* Forte *Evoe, Evoe.*" Bothium sequor.——738. Pro *illæc,* B. 1, B. c, *illa.*—τοῦ *illæc* autem prior syll. corrip.——739. "*Post autem illic hircus alius.* Codd. *post te autem illi Circo salas.* unde Palmer. *hircus salius.* forte, *postea autem illic hirco salus,* ut Bacc. II. iii. 128. *Facietque extemplo crucisalum me ex Chrysalo.*" Hare. B. 1, *Postete autem illi chircosalus qui;* B. c, *Post te autem illi circo salus qui.*—Pro *alius* dat Both. *salius.*——742. *Illice,* Codd. nostri *illi.*——743. Abest hic versus a B. c.—Pro *exurere,* B. 1, mendose *exuere.*

temples! do you see what blue spots he has!"

The Silent Woman. Act. IV. Sc. iv.

Et Shaksp.

L. "Alas! how fiery and sharp he looks!
C. Mark how he trembles in his ecstasy!"

Com. of Err. Act. IV. Sc. ix.

736. *Evie, atque Bromie.*] Hæc sunt Bacchi cognomina, (Ovid. Met. Lib. IV. *init.*) quæ Menæchmus effundit bacchantium more, de industria simulans quasi revera insaniat.

738. *Femina adservat canis.*] Ita Ennius,

"Lupus femina conspicit." Grav.

739. *Hircus.*] De sene dictum, ut Merc. 566. "Senex hircosus."

Se. Filia, heus!
Mu. Quid est? quid agimus?
Se. Quid, si ego huc servos cito?
Ibo: adducam, qui hunc hinc tollant, et domi devinciant,
Priusquam turbarum quid faciat amplius.
Me. S. Enimvero, nisi
Occupo aliquod mihi consilium, hi me domum ad sese auferent.—
Pugnis me vetastin' hujus ori quicquam parcere?
Ni jam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem, 749
Faciam, quod jubes, Apollo!
Se. Fuge domum quantum potest:
Ne hic te obtundat!
Mu. Fugio. Amabo, adserva istunc, mi pater,
Ne quo hinc abeat! Sumne ego mulier misera, quæ illæc audio?
Me. S. Haud male illanc a me amovi; nunc hunc impurissumum,

v. 745. B. 1, *abducam*. B. c, *adducant*.——746. *Priusquam*, vocales *iu* in unam syllabam coalescunt. Supra 43. 276. Infra 819.—*Enimvero*, rapide pronuntiand. Infra 760. Codd. mendose *enim hæreo*.——747. B. 1, B. c, *domum me ad se auf*.——748. Pro *vetastin'*, Codd. nostri *notas in hujus ore*.——749. Pro *Ni*, B. 1, B. c, *Ne*.—*Meis*, monosyll. Sed Codd. *his*.—B. c, *magnam malam*.——750. B. 1, B. c, *quantum potes;* sed passim in hac voce variatur lectio: Vide in v. 733.——751. *Amabo*, non liquescit.—B. 1, *observa*. B. c, *abserva*, mendose; sed ex *observa*, ut videtur, oriundum.——753. "*Illanc—nunc hunc imp*. Leg. *illam;* et forte *hercle haud*." Hare. In Codd. corrupte legitur.

744. *Quid agimus?*] 'What must we do?' De hac locutione vide Gloss. Supra 148.

746. *Enimvero*, etc.] Hæc seorsum dicta, sed ut audiant spectatores. Mox, v. 748, palam iterum, et insanum adhuc referens, vociferatur, Apollinem instigatorem, (Orestis exemplo,) appellans.

749. *In malam crucem*.] Prolog. 66. Infra 814.

751. *Amabo*.] Supra 291. Gloss.

Tremulum, barbatum Tithonum, Cygno qui cluet patre,
Ita mihi imperas, ut ego hujus membra atque ossa atque artua
Comminuam illo scipione, quem ipse habet?
SE. Dabitur malum,
Me quidem si attigeris, aut si propius ad me accesseris!
ME. S. Faciam, quod jubes: securim capiam ancipitem, atque hunc senem
Ossum fini dedolabo assulatim viscera!
SE. Enimvero illud præcavendum est, atque accurandum mihi:
Sane ego illunc metuo, ut minatur, ne quid malefaxit mihi.

v. 754. Codd. nostri, *Barbatum tremulum Titanum Mosco prognatum patre;* nisi quod B. c, omittit *Titanum*. Vide Nott.—HARE citat ex Prisc. 688, *qui lucet cygno patre.*——755. B. c, *artus*, contra metrum.——757. B. c, mendose, *proprius accesseris*, omisso *ad me.*——759. B. 1, *osse fini decollabo.* B. c, *osse sini decollabo;* (sed ambigue scriptum *sini.*) HARE, "*Exossabo.* Codd. *osse fini.* unde Gron. *ossum fini;* i. e. "usque ad ossa." "*—dedolabo* autem non elid.——760. *Enimvero*, rapide pronuntiand. Supra 746.——761. *Illunc*, prior syll. corrip. Supra Prol. 46. Codd. *illum*.

754. *Tithonum.*] Sic pro *Titanum* reposuit MEURSIUS, quomodo Aristoph. dixit;

"Ἄνδρα Τιθωνὸν σπαράττων, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν."

"Et notum," inquit, "proverbium, Τιθωνοῦ γῆρας, et Satira Varronis, Tithonus περὶ γήρως." Cygno autem patre natum, per ridiculum dicit propterea, quia *cano capite* erat senex, quomodo candidi sunt cygni vel cani, ut recte Lambinus monet. BOTH.

— *Cluet.*] 'Is called the son of Cygnus.' De voce *cluet* Vide Gloss. in v. 476. Ita Græce καλεῖται usurpatur. E. g. Hom. IL. I. 293. "Οὐτιδανὸς καλεοίμην." Etc.

758. *Faciam quod jubes.*] Supplendus *Apollo*, quem in v. 750, quasi horum jussorum auctorem imperatoremque, nominaverat.

759. *Ossum fini dedolabo.*] 'I will chop to the very bone.' Usque ad ossa decidam et amputabo securi: (quemadmodum dolabra est instrumentum, quo cædimus, non quo lævigamus, ut ascia.) Truncabo circum hunc senem, *quod ad* viscera, assulatim et minutatim desecta fini ossium, ut nil nisi sceletus supersit. GRON.

ME. S. Multa mihi imperas, Apollo! Nunc equos junctos jubes
Capere me indomitos, feroces, atque in currum inscendere;
Ut ego hunc proteram leonem vetulum, olentem, edentulum?
Jam adstiti in currum; jam lora teneo; jam stimulum in manum est!
Agite, equi! facitote sonitus ungularum appareant
Cursu celeri! facite inflexa sit pedum pernicitas!
SE. Mihin' equis junctis minare?
ME. S. Ecce Apollo denuo!
Me jubes facere impetum in eum, qui adstat, atque occidere?—
Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?
Imperium tuom demutat atque dictum Apollinis!

v. 763. B. c, mendose, *Carpere.*—*In* omittunt Codd. nostri, et recte credo.——764. *Vetulum,* Ita Guil. Quæst. in Men. c. 3. pro vulg. *Gætulum.* Both.—Codd. nostri, *Getulum.* HARE, "*Gætulum;* Codd. *Etulum.* unde Guil. *Vetulum,* quæ proculdubio vera est lectio, ut Most. I. III. 118. *Vetulæ edentulæ.*"——765. B. c, *ascendo in cur.* B. 1, *ascendo cur.*—Tum B. c, *manu est;* B. 1, *manust.* At Bothius ait Meursii codicem habere *manum,* quod prætuli, Vide in Gloss.——767. B. 1, B. c, *facitote.* "*Inflexa,* Codd. *inflexu.*" HARE. B. 1, *inflexu;* B. c, *influxu.* Vulg. *in flexu.* Vide Nott.——768. *Minare,* non liquescit. De hoc hiatu, Vide in v. 293. Codd. *manere,* mendose.——769. Codd. nostri, facili errore, *impetum meum.*—*hic,* (quod non habent nostri Codd. nec Editt. Vett.) addidit Both. ex conjectura. HARE legit *qui astat.*——770. *Capillo,* non liquescit.——771. Codd. nostri *atque edictum;* et sic HARE, collatis vv. 730, 741.

765. *In manum.*] 'Now I have got the whip *into* my hand.' Vide Gloss. At Codd. nostri *manu.*

767. *Inflexa.*] Sensus est, Facite ut pedes vestri sint *celeres,* rapida nimirum ungularum flexione. Quo sensu dicitur καμψίπους Ἐρίννυς apud Æsch. Sept. contr. Th. 788. (ubi Blomfieldi Gloss. Καμψίπους, *pernix.*)

770. *Capillo,* etc.] Allusum, ait GRONOV. ad Palladem Homericam, quæ Achillem capillis ne in Agamemnona irrueret revocavit; IL. I. 197.

"Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα."

771. *Tuom dictum Apollinis.*] Hujus constructionis exempla in Gloss. contuli.

Se. Heu morbum hercle acrem ac durum! Dii, vostram fidem,
Vel hic, qui insanit, quam valuit paulo prius!
Ei derepente tantus morbus incidit!
Ibo, atque arcessam medicum jam quantum potest.
Me. S. Jamne isti abierunt, quæso, ex conspectu meo,
Qui me vi cogunt, ut validus insaniam?
Quid cesso abire ad navim, dum salvo licet?
Vosque omnes quæso, si senex revenerit,
Ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim.

ACT. V. SCENA I.

SENEX.

Lumbi sedendo, oculi exspectando dolent,

v. 772—780. Iamb. Trim.——772. Codd. *Heu hercle m.* ad quod Hare, "Leg. poscente metro, *heu morbum hercle acrem;* et pro *durum* forte *dirum.*"——774. *Ei,* monosyll. Infra 791.—At Codd. nostri *Et.*——775. B. 1, B. c, *accersam.*——776. Hic novæ Scenæ initium fit in B. c.—Pro *abierunt,* B. 1, B. c, *abiere.*——777. *Ut validus insaniam.* Ita Codd. nostri et Editt. Vett. Bothius de suo dedit, *validus ut vesaniam:* sed contra Mstorum fidem non satis opus esse ista mutatione videtur.——778. B. 1, B. c, *navem.*——780. *Hinc* omittunt Codd. *platea* non eliso.——781—787. Iamb. Trim. *Sedendo,* non elid.—B. 1, *spectando.* B. c, *expect.*

773. *Vel hic,* etc.] Valet hic locus ad excitandam misericordiam mirum quantum: nihil enim est tam miserabile quam ex beato miser. Græci hoc solent dicere, Ἐξ οἵων εἰς οἷα. Casaub. *Comment. in Theophr.* Notandum autem metrum jam in Iambicum Senarium esse delapsum, ut qui ad istiusmodi sententias exprimendas aptior sit, quam Trochaici versus, quibus ante in motoria ista scena optime usus est. Vide plura de hac re, Infra 913.

779. *Vos omnes.*] Spectatores; quos sic nonnunquam e scena appellare mos fuit. Confer notabile exemplum in Cistell. 403. sqq.

"Mi homines, mi spectatores, facite indicium, si quis vidit,
Quis eam abstulerit, quis sustulerit, et utrum hac an illac iter institerit."

Adde Aul. 670. sqq. Passim huic joco indulget Aristophanes, immo ex cuneis respondentes aliquando, ridiculi causa, facit; e. g. Vesp. 74. sqq.

781. *Lumbi sedendo,* etc.] Hic

Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.
Odiosus tandem vix ab ægrotis venit;
Ait se obligasse crus fractum Æsculapio,
Apollini autem brachium. Nunc cogito,
Utrum me dicam medicum ducere, an fabrum.
Atque eccum incedit. Move formicinum gradum!

ACT. V. SCENA II.

MEDICUS. SENEX.

MED. Quid illi esse morbi dixeras? Narra, senex.
Num larüatus, aut cerritus? Fac sciam.

v. 784. *Ait*, monosyll.——786. *Medicum ducere*, transponuntur hæc verba in nostris Codd.——787. *Move*, ult. syll. corrip. Supra 99. 206.——788—797. Iamb. Trim.—788. *Illi*, prior syll. corrip. Infra 796.—B. c, *Quid esset illi*. B. 1, *Quid esse illi*. Both: *esset*. HARE, "Manifesto legend. *esse.*" recte judico.

incipiendus Actus quintus, cujus hæc vulgo male numeratur scena tertia. BOTH. (quod jamdiu vidit Interpres Britannicus.) Cæterum confer Arist. Thesm. 846.

"'Ιλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν, ὁ δ' οὐδέπω."

Et Nost. Epid. 313.

"Exspectando exedor miser atque exenteror."

783. *Odiosus*, etc.] 'The tiresome fellow has hardly yet at last returned from visiting his patients.' De voce *Odiosus*, Vide Gloss. Supra 230.

784. *Crus fractum Æsculapio.*] 'A fractured thigh of the god Æsculapius.' Deridiculi gratia gloriosum introducit medicum, qui se jactat obligasse crus fractum Æsculapio, brachium Apollini, quasi ipsi medicinæ auctores Dii ipsius cura opus habuerint. SALMAS.

786. *Fabrum.*] Qui se fracta membra, tanquam ædificia, [seu potius arma, instrumenta,] sarcire, ac restituere glorietur. LAMB.

787. *Eccum incedit.*] 'See now how *leisurely* he comes along.' De hac frequentissima verbi hujus significatione, Vide in Gloss.

— *Formicinum gradum.*] 'Emmet's pace.' Id est tardum: multum quidem movent formicæ sed parum promovent. Pariter dixit Catull. Carm. 39. Incedere *myrmice*. MURET. Noster Aulul. 10.

"Testudineum istum ego grandibo gradum."

Num eum veternus aut aqua intercus tenet?
SE. Quin ea te causa duco, ut id dicas mihi,
Atque illum ut sanum facias.
MED. Perfacile id quidem est.
Sanum futurum, mea ego id promitto fide.
SE. Magna cum cura ego illum curari volo.
MED. Quin suspirabo plus sexcenties in die:
Ita illunc cum cura ego magna curabo tibi.
Atque eccum ipsum hominem! Observemus, quam rem agat.

ACT. V. SCENA III.

MENÆCHMUS. SENEX. MEDICUS.

ME. Edepol næ hic dies pervorsus atque advorsus mi obtigit:

v. 791. *Ea*, monosyll. Supra 774.——795. Ita Libri; vocales *ie* in *sexcenties* in unam syll. coalesc. Both: autem ex conjectura Camerarii, *Quin suspirabit plus sexcentos in dies:* "*Suspirabit*, h. e. ægrotabit." Nostri Codd. habent, *Quin suspirabo plus sexcentum dies.*——796. B. 1, B. c, *Ita ego illum.* In quod HARE, "Del. *ego*, quod metrum respuit." *Illunc*, prior syll. corrip. Supra 788.——797. *Hominem*, non liquescit.——798—859. Troch. Tetr. Cat.

793. *Mea id promitto fide.*] 'I stake my credit on it.'

795. *Suspirabo*, etc.] Si sana est hæc lectio, bene sensum sic explicavit BOXHORN: "Qui sæpius et celerius ultro citroque commeant et discursant, rei alicujus curandæ causa, suspirant, suspiria alte petunt. Dicit igitur hic medicus, se magna cum cura insanum curaturum, quin ad eum invisurum, eaque de causa suspiraturum plus sexcenties in die."

798. *Dies pervorsus.*] Citavit Erasmus in Adagiis, Nost. Amph. (Sc. III. 4. *ex Suppos.*)

"Nihil est, ut dici solet, quod hodie succedat mihi."

Allusum ad vulgi superstitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auspicati, quidam infelices.

Quæ me clam ratus sum facere, omnia ea fecit palam
Parasitus, qui me complevit flagitii et formidinis,
Meus Ulixes, suo qui regi tantum concivit mali.
Quem ego hominem, si quidem vivo, vita evolvam sua!
Sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quæ mea est:
Meo cibo et sumptu educatu'st. Anima privabo virum!
Condigne autem hæc meretrix fecit, ut mos est meretricius:
Quia rogo pallam, ut referatur rursum ad uxorem meam,

v. 799. *Facere*, non liquescit.—*Omnia ea*, transposite leguntur in nostris Codd.——801. *Suo*, monosyll.——802. *Quem*, et *ego*, et *vita*, non elid. At HARE, "Leg. *Quem quidem ego hominem, si vivo.*"—Pro *evolvam*, Codd. nostri, *soluam*, h. e. *solvam*.——803. B. 1, B. c, *quæ mea sit;* HARE, "Leg. *mea est.*" et sic Both. aliique.——804. *Meo*, monosyll.—B. 1, B. c, *sumptu;* et *educatus est.*

801. *Ulixes.*] 'That wiseacre of mine.' Ita Pseud. 1058.

"Viso quid rerum *meus Ulixes* egerit."

Et v. 1237.

"Superavit dolum Trojanum atque *Ulixem* Pseudolus."

Nihil igitur aliud quam Sapiens, seu Πολύμητις intelligitur; et hoc loco ironice de Peniculo dictum, quia tam stulte hæc palam fecerit. Nam quæ de Ulysse, Agamemnonis consiliario, narrant Interpp. locum hic non habent; in nulla enim re fuit Peniculus suasor aut minister regi suo; immo suas potius res agebat, et imprimis metuebat litigium inter virum et uxorem, ne ipse cœna excideret. (Vide vv. 50. 75.)

— *Suo regi.*] Sic appellatur Menæchmus, noto vocabulo patronis, a suis cuique parasitis, indito. Ter. Phorm. II. II. 24.

"Nemo satis pro merito gratiam *regi* refert."

Plura exempla vide in Gloss.

803. *Illius.*] *Vita sua* dixerat, sed corrigit se iste Patronus, nec Peniculi eam amplius esse, sed *suam ipsius* judicat; quia scilicet, cum aliena vivere quadra animum semel induxerit parasitus, ipso facto de sui jure concedit: Imputant enim ista Reges, et quamvis parva tamen imputant.

804. *Meo cibo et sumptu.*] Confer Ter. Phorm. II. II. 25—31.

"Ten' asymbolum venire, quum ille sumptu absumitur." sqq.

ubi lepidissime parasitorum vita describitur.

— *Anima.*] 'His breath.' Quam solam permittit ut *propriam* habeat iste homo omnium miserrimus; et sese jam *hac* quoque eum privaturum interminatur.

Mihi se ait dedisse. Heu, edepol næ ego homo vivo miser!
SE. Audin', quæ loquitur?
MED. Se miserum prædicat.
SE. Adeas velim.
MED. Salvos sis Menæchme. Quæso, cur apertas brachium?
Non tu scis, quantum isti morbo nunc tuo facias mali?
ME. Quin tu te suspendis?
SE. Ecquid sentis?
MED. Quidni sentiam?

v. 807. *Næ*, non liquescit.——809, 810. Hi duo versus absunt a B. c.——810. Pro *tuo*, B. 1, *tute;* quod haud improbandum, vel ob eadem verba a Menæchmo repetita in prox. versu.

809. *Cur apertas brachium?*] 'Why do you expose your arm?' H. e. Denudas, ἐξωμίζεις. Ut Mil. 1170. "Expapillato brachio." GRAV.

811. *Ecquid sentis?*] Cum præ aliis irritabile et suspiciosum genus sit mentis morbo laborantium, verisimile est, hoc caventem Medicum, (cum in v. 809, '*Cur apertas brachium?*' dixisset,) sub specie vestis componendæ, carpum hominis furtim tractavisse, si forte percipere posset recte necne venæ salirent: Illum autem Menæchmus ab se, et satis stomachose, repellit: Senex contra, (quem haud latuit ars Medici,) interrogat, '*Ecquid sentis?* 'Do you perceive anything?' ecquid de pulsu venarum colligis, quo morbum possis deprendere? Cui Medicus, '*Quidni sentiam?*' etc. 'Do I *not* perceive anything?' Palam, et sine ulla fraude adhibita, idem facit Medicus apud SHAKSP.

"Give me your hand, and let me feel your pulse."
Com. of Err. Act. IV. Sc. IV.

Sed subtilius Nostri hoc loco ingenium, si modo verborum sensum acu tetigi. Habe si vis Taciti locum consimilem, Annal. VI. 50. "Eum (Tiberium) adpropinquare supremis, tali modo compertum. Erat medicus, arte insignis, nomine Charicles;.... Is, velut propria ad negotia digrediens, *et per speciem officii, manum complexus,* pulsum venarum adtigit: neque fefellit. Nam Tiberius, incertum an offensus,...... Charicles autem, labi spiritum, nec ultra biduum duraturum, firmavit."

Non potest hæc res ellebori jugere obtinerier. 812
Sed quid ais, Menæchme?
Me. Quid vis?
Med. Dic mihi hoc, quod te rogo:
Album an atrum vinum potas?
Me. Quin tu is in malam crucem?
Se. Jam hercle occeptat insanire primulum.
Me. Quin me interrogas,
Purpureum panem, an puniceum soleam ego esse, an luteum? 816
Soleamne esse aves squamosas, pisces pennatos?
Se. Papæ,
Audin' tu, ut deliramenta loquitur? Quid cessas dare
Potionis aliquid, priusquam percipit insania? 819

v. 815. *Primulum,* media extrita syllaba, (*prim'lum,*) pronuntiand.—Tum B. 1, B. c, *Quin tu me int.* Et sic Both. At Hare, "Leg. *Quin me rogas?*" Ab aliis Libris *me,* ab aliis *tu* abest; hos ob metrum secutus sum.——819. *Priusquam,* dissyll. Supra 746.—*Percipit,* ult. syll. ob ictum producitur. omittit B. c; at B. 1, *precipit;* (forte *precipitat.*) Hare, "Forte, *percipit eum insania.* Vide Stich. II. ii. 17."

812. *Ellebori jugere,* etc.] H. e. Tanta copia ellebori, quanta in jugere obseri potest. Gron. *Lect. Plaut.* 'This complaint cannot be got under by a whole acre of hellebore.' Infra 844. Elleborus atram bilem purgat, ex qua plerumque insania nascitur. Lamb. qui citat Hor. Sat. II. iii. 82.

"Danda est ellebori multo pars maxima avaris;
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem."

Nimirum ut qui maxime insaniant. Adde Hor. Ep. II. ii. 136.

"Cognatorum opibus curisque refectus,
Expulit elleboro morbum bilemque meraco,
Et redit ad sese."

Alia exempla in Gloss. contuli.

815. *Occeptat insanire primulum.*] 'He now begins to shew the first symptoms of raving.' Vox diminutiva *primulum* ad *insanire* refertur, et intelligendum de levioribus illis morbi indiciis, quæ solent morbo violentiori præcurrere.

817. *Aves squamosas, pisces pennatos.*] Dictum pro quavis re absurda et præpostera.

MED. Mane modo: etiam percontabor alia.
SE. Occidis fabula.
MED. Dic mihi hoc: solent tibi unquam oculi duri fieri?
ME. Quid? tu me locustam censes esse, homo ignavissume?
MED. Dic mihi, en unquam intestina tibi crepant, quod sentias.
ME. Ubi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant.
MED. Hoc quidem edepol haud pro insano verbum respondit mihi.
Perdormiscin' usque ad lucem? facilen' tu dormis cubans?
ME. Perdormisco si resolvi argentum quoi debeo.
Qui te Jupiter diique omnes, percontator, perduint!

v. 820. *Mane*, ult. corrip. Supra 99. Cæterum ante hanc vocem inserunt nostri Codd: *Faciam;* et pro *modo* legunt *vero.*—Pro *alia*, B. c, *alias.*—*fabula*, omittunt Codd. nostri, unde verisimile est ortum illud *Faciam* in initio versus.——821. *Unquam*, non liquescit.——822. *Ignavissume*, Ita recte Codd. nostri; ut falsi sint qui *ignarissume* reponant; Vide in Gloss.——823. B. 1, B. c, *Dic mi hoc nunqu.*—Vulgo legitur *Tibi intest.* at Codd. nostri *intest. tibi;* quod recte legendum monuit HARE.——824. Pro *tum*, Codd. nostri *tunc.*——825. B. c, *Hoc equidem.*——826. B. 1, *Perdormistin'.*—B. 1, et B. c, *facilin';* et pro *cubans*, mendose *curans.*——827. *Resolvi*, non elid. Both: legit *quoi ego debeo.* HARE, "Forte *argentum illi* [qu? *illis*] *quibus.*"——828. Pro *Qui*, B. 1, B. c, *Quin.*—B. c, *perdiunt*, solito errore.

820. *Occidis fabula.*] 'You'll be the death of him with all this talking.' Quin dicta facessis docta, et jam tandem homini potione aliqua medicari pergis? Alii legunt *fabulans.* Vide Gloss.

821. *Oculi duri.*] Eorum, quos atra bilis vexat, corpora constat fieri extrinsecus duriora, tum oculi maxime, quia omnium corporis partium infirmissimæ sunt. LAMB.

822. *Locustam.*] Hæ palpebris carere perhibentur, idcircoque oculis durissimis esse. Vide Gloss.

827. *Si resolvi*, etc.] Contra in Aristoph. Nubb. *init:* Strepsiades ille, magno ære alieno obstrictus, queritur;

"Ἀλλ' οὐ δύναμαι δείλαιος εὕδειν, δακνόμενος
Ὑπὸ τῆς δαπάνης, καὶ τῆς φάτνης, καὶ τῶν χρεῶν."

Huc pertinet jocus ille Augusti, qui sibi jussit emi equitis cujusdam Rom. mortui culcitam, qui vivus H. S. ducenties debuerat, et nihilominus hilariter et læte vixerat, secureque dormierat. LAMB.

MED. Nunc homo insanire occeptat. De illis verbis cave tibi!
SE. Imo modestior nunc quidem est de verbis, præut dudum fuit.
Nam dudum uxorem suam esse aiebat rabiosam canem.
ME. Quid ego dixi?
SE. Insanis, inquam.
ME. Egone?
SE. Tu istic, qui mihi
Etiam me junctis quadrigis minitatu's prosternere.
Egomet hæc te vidi facere: egomet hæc te arguo.
ME. At ego te sacram coronam surripuisse scio Jovis;
Et ob eam rem in carcerem te esse compactum scio;
Et postquam es emissus, cæsum virgis sub furca scio;
Tum patrem occidisse, et matrem vendidisse etiam scio.
Satin' hæc pro sano maledicta maledictis respondeo?
SE. Obsecro hercle, medice, propere, quicquid facturu's face!
Non vides hominem insanire?
MED. Scin', quid facias optumum?

v. 829. *Cave*, ult. syll. corrip. Supra 99. Infra 892.——830. *Imo mod.* Ita Vulg. sed *imo* non habent Codd. nostri. Both: *I! modestior;* (*I*, refellentis, ut *Abi*, etc.) Cæterum notandum duas posteriores vocales τοῦ *modestior* in unam syllabam coalescere; et *præut* monosyllabice esse pronuntiand.—HARE, "*Nunc quidem; Quidem* hinc tollendum, et versui seq. post *dudum* inserendum."—Pro *præut*, B. 1, *prout.*——833. B. 1, *Etiam ne;* et *minitatus est.*——834. Pro *hæc te*, B. 1, B. c, utroque loco *ecce.* Cæterum *facere*, et posterius *te*, non elidend.——835. *Scio* omittunt Codd. nostri.—"*Jovis.* Legendum puto *Jovi;* ut Trinum. I. II. 46. [cit. in Nott.]" HARE.——836. *Te*, non liquescit.——837. Hic versus omittitur in B. c; ut et vers. prox. in B. 1, ubi vero ad imum paginæ inseritur.——840. B. 1, B. c, *sis facturus*, contra metrum, nisi legas *facturu'*, elisa litera *s*. Sic vero Ald. aliique.

830. *Imo modestior*, etc.] 'Nay, as for that, he is far more sober now in his expressions, than he was a little while ago.'

835. *Sacram coronam Jovis.*] Confer Trinum. 62. sqq.

"Si te surripuisse suspicer
Jovi coronam de capite in Capitolio."

Idem crimen post cuidam Petillio, (cui nomen inde *Capitolino* inditum est,) apud Hor. Sat. I. IV. 94, injectum est: ubi videsis Schol. Cæterum observandum hoc loco, Plautum res vere Romanas alienis personis, (quod alibi quoque fecit,) et quidem barbaris, transtulisse.

Ad me face uti deferatur.
Se. Itane censes?
Med. Quippini?
Ibi meo arbitratu potero curare hominem.
Se. Age, ut lubet.
Med. Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies.
Me. At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.
Med. I, arcesse homines, qui illunc ad me deferant!
Se. Quot sunt satis?
Med. Proinde ut insanire video, quatuor; nihilo minus.
Se. Jam hic erunt. Adserva tu istunc, medice.
Med. Imo ibo domum:
Ut parentur, quibus paratis opus est. Tu servos jube,
Hunc ad me ferant.
Se. Jam ego illic faxo erit.
Med. Abeo.
Se. Vale.
Me. Abiit socerus, abiit medicus: nunc solus. Proh Jupiter,
Quid illuc est, quod me hice homines insanire prædicant?
Nam equidem, postquam natus sum, nunquam ægrotavi unum diem;

v. 842. B. 1, *ut efferatur;* (at Infra 846, *deferant.*) B. c, *ut eferatur;* et forsan, joci causa, sic scripserit Plautus.—B. c, *Itan' censes?* at recte Hare aliique *itane* reposuerunt.—Pro *Quippini,* contra metrum Codd. nostri *Quid ni?*——844. B. 1, *Helleb.* B. c, *eleb.*—*Faxo,* non elid. Cæterum hic versus et sequ. transposite leguntur in nostris Codd.——846. *I,* (quod vero non habent nostri Codd.) cum sequente vocali coalesc.—B. c, *accerse.*—B. 1, B. c, *illum.*——847. Legit Hare *quattuor.*——848. B. c, *isthunc.*—*Medice,* non liquescit, ob sententiam abruptam.—B. 1, *Immo.* B. c, *Imo.*—Edd. vett. *Imo ego ibo domum,* et citat Hare Mil. II. ii. 104; "Et quidem ego ibo domum." at Codd. nostri omittunt *ego.*——849. *Quibu'* pronuntiand. B. 1, *opust.*——850. Pro *ferant,* B. c, *deferant,* metro repugnante.——851. B. 1, *socrus.*—Codd. nostri *nunc solus sum,* et sic Vulg. et Both. at, cum metro repugnet, credo *sum* omittendum esse, quod fecimus Supra v. 43, in *Facturus sim,* et v. 840, in *Facturus sis.* Hare, "*Nunc solus sum.* Dele *nunc,* poscente metro, et versui seq. insere post *quod.*"——852. *Illuc,* prior syll. corrip. Infra 856. B. 1, B. c, *hi homines.* Hare "Leg. *hic'.*"—*Me,* non elid.——853. Hunc versum omiserunt Codd. nostri.

844. *Elleborum.*] Supra 812.

847. *Nihilo minus.*] Quatuor satis sunt, nihilo minus; i. e. nihilo pauciores arcessi oportet. Lamb.

Neque ego insanio, neque pugnas neque ego lites cœpio:
Salvus salvos alios video; novi homines, alloquor,
An illi perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?
Quid ego nunc faciam? Domum ire cupio: at uxor non sinit;
Huc autem nemo intromittit. Nimis proventum est nequiter.
Hic ero usque. Ad noctem saltem, credo, intromittar domum.

ACT. V. SCENA IV.

MESSENIO.

Spectamen bono servo id est, qui rem herilem

v. 854. Pro *cœpio*, B. 1, *cepio;* B. c, *cupio.*——855. B. 1, *Sacros salvos.* B. c, *Sanos salvos.*—*Novi*, non elid.——856. *Illi*, prior syll. corrip. Supra 852. Vulg. *qui* legitur; at *illi*, habent Codd.—Pro *aiunt*, B. 1, B. c, *volunt*——857. *At*, omittunt Codd. nostri.——858. *Nimi'* pronuntiand. Supra 18.——859. In B. 1, sic legitur, *Hic ego usque ad noctem* etc. In B. c, *Hic ergo usque ad* etc.—" *Saltem;* Forte hic *saltem* erratum." Hare.——860—862. Bacch. Tetr. (Videsis de tota hac scena, Hermann: De Metris Lib. II. 23.)

855. *Novi homines,* etc.] Confer locum similem apud Nostr. Amph. 295.

"Novi herum, novi ædes nostras: sane sapio et sentio."

858. *Huc.*] Nempe ad Erotium, cujus domum *ex proxumo* esse jam vidimus in v. 692.

— *Nimis proventum est nequiter.*] 'I have fared villanously ill to day.' Nimis mihi infeliciter res processit. Citat Lamb: Rud. 740.

"Edepol proveni nequiter multis modis."

Contra, "Bene provenisti," Truc. 356. Vide Supra 798.

860. *Spectamen.*] Spectamen *boni servi* hoc est; seu bonus servus ab hac re probatur. Aul. 542.

"Hoc est servi facinus frugi facere, quod ego persequor;
Nec moræ molestiæque imperium herile habeat sibi." Et sqq.

Stich. 38.

"Qui manet ut moneatur semper servos homo officium suom,
Nec voluntate id facere meminit, servos is habitu haud probust."

Ter. Ad. V. iv. 5.

"Is mihi profecto est servos spectatus satis,
Cui dominus curæ est."......Etc.

Procurat, videt, collocat, cogitatque,
Ut absente hero diligenter tutetur,
Quam si ipse adsit, aut rectius.
Tergum quam gulam, quam ventrem crura oportet
Potiora esse, quoi cor modestum est. 865
Recordetur id, qui nihili sunt, quid iis pretii
Detur ab suis heris, ignavis, improbis viris:
Verbera, compedes, molæ, magna lassitudo,
Fames, frigus durum. 869
Hæc pretia sunt ignaviæ. Id ego male malum metuo.
Propterea bonum esse certum est, potius quam malum:

v. 862. Post *hero* in nostris Codd: inseruntur verba *rem heri.*——863. Cretic. Trim. *Si,* non elid.——864. Bacch. Tetr.—In B. 1, B. c, legitur, *crura quam ventrem op.*——865. Bacch. Trim. In Codd: autem, et plerisque Libris Editis, legitur, *cui cor modeste situm est.*——866—883. De his versibus incertissima sunt omnia; nec multum promovent qui verba huc illuc transponunt, quo metra facilius ad sua nescio quæ systemata quadrare possint. Equidem versus ad Bothii editionem, et hic et plerumque alias, exhibui, cum interea neque ejus, neque Hermanni, aliorumve distributionem omnino probem: neque tamen ipse habeam quæ, ut rectiora, ausim proponere. Adeo acutius quisquam his locis impeditis in quo offendatur, quam quod sanum sit, repererit. Adde quod, fateor, haud mihi tanti esse videtur multum in his nugis immorari, ubi tot et illa quidem graviora studia oleum et operam omnem nostram requirunt.——867—882. Hare, "Hi versus ita distinguendi; *Detur—improbis viris.* | *Verbera—frigus durum.* | *Hæc pretia—metuo.* | *Propterea—certum est.* | *Potius quam—multo.* | *Patior facilius—ego odi.* | *Nimioque—præhibeo.* | *Propterea—servio.* | *Atque id mihi prodest.* | *Alii—oportet.* | *Metum ut—sim præsto.* | *Servi qui—utibiles.* | *Nam illi—metuunt.* | *Metuam haud—exsolvet.* | "——870. Pro *id ego,* B. 1, *ideo ego.*

861. *Collocat, cogitatque.*] 'Manages, and has at heart.'

862. *Diligenter.*] Subaud. *tam.* Vide Supra 628.

864. *Tergum,* etc.] Ne *tergum* virgis cædatur, *crura* compedibus vinciantur. Lamb.

866. *Qui nihili sunt.*] In animo habeat quid pretii, seu mercedis, a suis heris persolvatur iis servis, *qui nihili sunt;* h. e. servis nequam, ignavis, improbis. Lamb.

868. *Verbera compedes,* etc.] Conf. Ter. Phorm. II. iii. 18.

"Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit.
Molendum est in pistrino: vapulandum: habendum compedes:
Opus ruri faciundum."

— *Molæ.*] Pistrina, in quæ compingebantur servi nequam. Quod genus supplicii in hodierna etiam ergastula devenit: Anglice, *The Treadmill.*

871. *Bonum esse.*] 'Wherefore I have made up my mind to behave well rather than ill.' De hac phrasi vide in Gloss.

Nam mage multo patior facilius verba; verbera ego odi,
Nimioque edo lubentius molitum, quam molitum præhibeo.
Propterea heri imperium exsequor bene, et sedate servio.
Atque id mihi prodest.
Alii ita, ut in rem esse ducunt, sint; ego ita ero, ut me esse oportet:
Metum ut mi adhibeam, culpam abstineam, hero ut omnibus in locis sim præsto.
Servi, qui culpa carent, et metuont,
Hi solent heris esse utibiles. Nam illi, 879

v. 872. Pro *mage* Codd. nostri *magis*, h. e. *magi'*, quod eodem recidit.——873. B. 1, B. c, *libentius.*—Pro *molitum* secundo loco dant nostri Codd. *mollitum*, quod potest esse ridiculi gratia dictum.—Pro *præhibeo*, (quod dat plane B. c,) habet B. 1, *perhibeo*, ortum ex contracta vocis scriptura.——874. Iamb. Tetr. (quod et 884, et 885.) B. 1, B. c, *exequor;* et, pro *servio*, *servo id atque* etc.——876. Codd. nostri corrupte, *Aliis esse ita......sin ego ero.*—Pro *ducunt*, B. 1, *dicunt.*——877. B. 1, B. c, *Mecum id mihi adhib.* et *culpa* pro *culpam.*——879, 880. Absunt hi duo versus a Cod. B. c.——879. *Hi*, omitt. B. 1, et *esse heris*, ordine verborum transposito, legit.

872. *Mage facilius.*] Pleonasm. Supra Prolog. 55.

— *Verba; verbera.*] Ludit in paronomasia. Ita Ter. Heaut. II. III. 114.

"Tibi erunt parata verba; huic homini verbera."

Ovid. Heroid. X. 38.

"Verbera cum verbis mixta fuere meis."

Noster Trucul. 94.

"Me illis quidem verbis verberat."

873. *Molitum*, etc.] 'And I much more willingly eat flour ground at the mill, than assist at the grinding.' Allusum ad molæ supplicium, de quo Supra 868. Vide in Nott. Critt.

875. *Atque id mihi prodest.*] 'And I find my account in it."

876. *Ut in rem esse ducunt.*] 'As they think best for their interest.' Soph. Antig. 71.

"'Αλλ' ἴσθ' ὁποία σοι δοκεῖ."

— *Ut me esse oportet.*] 'I will behave as I consider it my duty.'

877. *Metum ut mi adhibeam.*] 'Keep fear before my eyes.'

878. *Qui culpa*, etc.] Eandem sententiam repetit, Mostell. 864.

"Servi, qui, quom culpa caruit, tamen malum metuont, hi
Esse heris solent utibiles: nam illi, nihil qui metuont,
Postquam sunt malum meriti, stulta sibi expetunt consilia."

Qui nil metuont, postquam est malum promeritum,
Metuont. Metuam haud multum. Prope est, quando herus ob
Facta pretium exsolvet.
Eo exemplo servio, tergi ut in rem esse arbitror.
Postquam in tabernam vasa et servos collocavi, ut jusserat:
Ita venio advorsum. Nunc fores pultabo: adesse ut me sciat,
Atque virum ex hoc saltu damni salvom ut educam foras.
Sed metuo, ne sero veniam depugnato prœlio.

v. 881. Corrupte legitur in nostris Codd.——883. B. 1, B. c, *Ego exempl.* mendose.—Hare, "Par. *tergo;* Taub. *tergi.*" B. c, *tergi.* B. 1, *terge,* corrupte.——886. Corruptissime legitur in Codd. Pro *Atque virum,* B. 1, *Neque meum;* B. c. *Atque meum.* Tum *saltem damno* uterque codex pro *saltu damni;* et pro *salvom* etc: *alium eluo amphora.* Hare, "*Neque utrum—scio eliciam.* Codd. *ut edico an' fora;* unde optime Par. *ut educam foras.* Pro *neque utrum* vero legendum opinor, *atque eum* vel *herum.*" Hic autem versus et sequ. sunt Troch. Tetr. Cat.

881. *Prope est,* etc.] Subaud. *tempus.* 'The time is at hand when my master will pay me off for my services.' Nempe libertate donando, aut tal. al. Vide in Gloss.

884. *In tabernam collocavi.*] Supra 341. 'Having *gone and* placed them in the tavern.' Sic sensus reddendus; nam τὸ *tabernam* accusativus est, quia *motus* in eum locum, ut aiunt, intelligitur.

886. *Saltu damni.*] 'Thicket of ruin.' Id est, Ex loco periculoso. Saltus, silvæque, loca sunt impedita, et fere insidiis apta. Propterea hic Noster, lupanar significans esse locum insidiosum, *Saltum damni* vocat. Gron. *Lect. Plaut.* p. 218.

887. *Depugnato prœlio.*] 'The day after the fight.' Proverbialis dictio, in eum qui sero suppetias venit. Græci dicunt, Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Lamb.

ACT. V. SCENA V.

SENEX. MENÆCHMUS. LORARII. MESSENIO.

SE. Per ego vobis deos atque homines dico, ut imperium meum
Sapienter habeatis curæ, quæ imperavi atque impero:
Facite illic homo jam in medicinam ablatus sublimis siet,
Nisi quidem vos vostra crura aut latera nihili penditis!
Cave quisquam, quod illic minitetur, vostrum flocci fecerit!
Quid statis? quid dubitatis? Jam sublimem raptum oportuit!
Ego ibo ad medicum: præsto ero illi, quom venietis.
ME. Occidi!
Quid hoc est negotii? quid illice homines ad me currunt, obsecro?
Quid voltis vos? quid quæritatis? quid me circumsistitis?

vv. 888—892. Troch. Tetr. Cat.—*Deos*, monosyll.——889. *Curæ*, omitt. Codd. nostri.——892. B. 1, B. c, contra metrum, *Cavete*. τοῦ *Cave* autem ult. syll. corrip. Supra 829. *Illic*, prior syll. corrip. Infra 895.——893—900. Iamb. Tetr.——894. *Illi*, Codd. nostri plane *illic;* et pro *quom* dant *ut*.——895. Codd. nostri *illic;* unde HARE, "Leg. *illic'*." τοῦ *illice* autem prior syll. corrip. Supra 892.

888. *Per ego vobis.*] Notissima adjurationis formula, ubi præpositio uno alterove verbo a casu suo sejungitur. Ter. Andr. V. I. 15. "*Per* ego te *deos* oro." Et passim.

890. *In medicinam.*] 'To the doctor's.' In medici domum, seu tabernam. Sic Aristoph. 448. Ἐν ταῖς μυῤῥίναις. Et Ibid. 910. Ἐκ τῶν ἰφύων. Etc. Vide Gloss.

893. *Sublimem raptum oportuit.*] 'You should have had him upon your shoulders long ago. Utitur tempore præterito quo summam celeritatem exprimat: Sic Aristoph. Pax. 1041. "Ἀλλ' ἥκειν ἐχρῆν. ('You should have been *there and back again* by now.') Nost. Bacch. 723. "Jam bis bibisse oportuit."

Quo rapitis me? quo fertis me? Perii! Obsecro vostram fidem.
Epidamnienses, subvenite, cives! Quin me mittitis?
MES. Proh dii immortales, obsecro, quid ego oculis aspicio meis?
Herum meum indignissume nescio qui sublimem ferunt!
ME. Ecquis suppetias mihi audet ferre?
MES. Ego, here, audacissume.
O facinus indignum et malum, Epidamnii cives, herum
Meum hic in pacato oppido luci deripier in via,
Qui liber ad vos venerit!
Mittite istunc!
ME. Obsecro te, quisquis, operam ut des mihi,
Neu sinas in me insignite fieri tantam injuriam!
MES. Imo et operam dabo, et defendam, et subvenibo sedulo!
Nunquam te patiar perire! me perire est æquius.
Eripe oculum isti, ab humero qui tenet te, here, te obsecro!

v. 898. B. 1, *Epidannenscs.* B. c, *Epidamienses.*——900. Codd. nostri *nescio quid;* et sic Both: post Ald. et plerasque Vett. Editt. at Gron. *nescio qui,* quod mihi magis arridet.——901—903. Troch. Tetr. Cat.——902. B. 1, *Epidannii;* B. c, *Epidanni.*—HARE, "Versus sic ordinandi; *O facinus—malum.* | *Epidamnii cives—oppido.* | [*Epidamnii,* Par: recte.] *Luci—venerit.* | ——903. *Meum,* monosyll. Infra 917.—B. c, *diripier.*——904. Iamb. Dim.——905—947. Troch. Tetr. Cat.——905. B. 1, B. c, *Mittitis. Nunc obsecro.*—HARE, "*Quisquis cs,* etc. Pro *quisquis* legendum *quiqui.* Vide Infra 919." Codd. nostri *quisquis es, operam mihi ut des.*——907. *Operam,* media extrita syll. (*Op'ram,*) pronuntiand. Supra 815. Nisi mavis priorem vocalem τοῦ *Imo* in versu præced. absorberi.——908. *Me perire* etc. omnino corrupte in nostris Codd: legitur.——909. Vel *oculum,* vel *isti,* non elid. Cæterum prius *te* non habent Codd. nostri.

903. *Pacato oppido,* etc.] Recte observat Lambinus singula hic vim quandam emphaticam habere: nam si in oppido *hostili,* aut *noctu,* aut *clam,* non in vicis publicis, aut *servus,* (non, ut hic, liber,) deriperetur, minus mirum, minusque indignum esset.

Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque obseram.
Maxumo malo hercle hodie vostro istunc fertis! Mittite!
ME. Teneo ego huic oculum.
MES. Face ut oculi locus in capite appareat!
Vos scelesti, vos rapaces, vos prædones!
LO. Periimus!
Obsecro, hercle!
MES. Mittite ergo!
ME. Quid me vobis tactio est?
Pecte pugnis!
MES. Agite, abite, fugite hinc in malam crucem!
Hem tibi etiam, quia postremus cedis, hoc præmii feres!

v. 911. B. 1, B. c, *Maximo hodie malo hercle*, et sic Editt. Vett. HARE legendum jubet, "*Maximo hercle hodie malo.*"——914. Codd. nostri mendose, B. c, *Quid me vobis tactiosi.* B. 1, *Quid me voltis tactiosi.*——915. B. 1, B. c, *Plecte pugnis.*——916. *Hem.* Codd: *En*, minus recte." HARE. At nostri Codd: dant *Hem.*

910. *Sementem faciam.*] 'I will presently sow a crop in these fellows' faces.' Metaphora sumta ab agris serendis. Contra in Aul. 6, *Stimulorum seges* dicitur, cujus de tergo quasi messis sumitur. Conf. Rud. 668.

"Jam tibi messis hercle in ore fiet mergis pugneis."

912. *Oculi locus.*] 'The socket.' Oculo nimirum effosso. Citat GRAV: Ov. Met. VIII. 805.

"Ventris erat pro ventre *locus.*"

913. *Vos scelesti, vos rapaces!*] 'You villains, you ruffians, you thieves.' De Trochaico metro in hujusmodi scenis usurpato, Vide Supra 773. Insigne exemplum est, Aristoph. Eqq. 247. sqq.

"Παῖε, παῖε τὸν πανοῦργον, καὶ ταραξιππόστρατον,
Καὶ πανοῦργον, καὶ πανοῦργον· πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ."

Adde Ib. Avv. 365.

"Ἕλκε, τίλλε, παῖε, δαῖρε, κόπτε,"...sqq.

Consule quæ super hanc rem dixit Bentleius, in Σχεδιασμ: Metr. Terent. *sub. init.* (De Varietate Metrorum.) Vide Aul. 360.

916. *Hem tibi etiam,* etc.] 'Here take you that too! you've got that favour for your pains, by moving off the hindmost.' Allusum ad notissimum, vel apud nos, proverbium; cui simile est illud, Horat. Ars. Poet. 417.

"Occupet extremum"......

Nimis autem bene commentavi ora, atque ex mea sententia.
Edepol, here, næ tibi suppetias tempore adveni modo.
ME. At tibi dii semper, adulescens, quisquis es, faciant bene:
Nam absque te esset, hodie nunquam ad solem occasum viverem.
MES. Ergo edepol, si recte facias, o here, me emittas manu.
ME. Liberem ego te?
MES. Verum: quandoquidem, here, te servavi.
ME. Quid est,
Adulescens? Erras.
MES. Quid, erro?
ME. Per Jovem adjuro patrem,
Me herum tuom non esse.
BRIX. Pyladæ Brixiani lucubrationes in Ed. Parm. 1510.

C. C. BALBACH. Observationes ejus Criticæ in Locos quosdam Plautinos. Erlangæ. 1822.

CAMER. Camerarii Notæ in Plautum.

COM. MS. Vide in Recensum Codicum.

DAC. in FEST. Andreæ Dacerii in Festum lucubrationes. Londini. 1826.

DONAT. Donati Commentt. e Variorum Notis, vel ex Edit. Terent. Zeunii. 1820.

DOUZ. Douzæ Commentt. in Plaut. e Variorum Notis.

ED. PRINC. Editio Princeps. Venetiis, 1472. a me Berolini, in Bibliotheca Regia, collata.

FACC. Facciolati et Forcellini, Totius Latinitatis Lexicon; Edidit Jacobus Bailey. Londini. 1828.

FEST. Sext. Pomp. Festus, de verborum significatione. 1602.

GRON. Frederici Gronovii Ed. Lugd. Bat. 1669.

GRON. Lect. Plaut. Joh. Fred. Gronovii Lectiones Plautinæ, Nunc demum editæ e Ms. Amstelædami. 1740.

GRUT. Gruteri Commentt. in Plaut. e Variorum Notis.

GULIEL. Jani Gulielmi Plautinarum Quæstionum Commentarius. Lutetiæ. 1583.

HARE. Francisci Hare, Notæ Criticæ in Plaut. Vide Recensum Codicum.

INTERPR. BRITANN. Fabulæ Plautinæ versibus Anglicis redditæ, a Bonnello Thornton, et Ricardo Warner; Londini. 1767.

LAMB. Lambini Editio. Genevæ. 1622.

NON. Nonius Marcellus, De Proprietate Sermonum. 1602.

PAR. Parei Editio. Francofurti. 1641.

PAR. LEX. Plaut. Parei Lexicon Plautinum. Francofurti. 1614. Hic liber meus fuit olim penes Johannem Fredericum Gronovium. In fine scriptum est, "Hunc librum dono accepi a Patre, Jacobus Gronovius 25° die Mart. 1750."

PARM. Editio Parmensis. 1510. Olim e libris Bibliothecæ Heberianæ.

PAUL. in FEST. Pauli Diaconi epitome Festi. 1602.

RICHT. Tres fabulæ Plautinæ, Amph. Asin. Aulul. ab Ernesto Julio Richter editæ. Norimbergæ. 1833.

ROST. Fred. Guil. Ehrenf. Rostii, opuscula Plautina. Lips. 1836.

SCAL. Scaliger, e Variorum Notis.

TAUBM. Frederici Taubmani Editio. Vittebergæ. 1605.

VARR. M. Terentius Varro, de lingua Latina. 1602.

WEISE. Caroli Herm. Weise, Editio nova Plautina. Quedlinburgi et Lipsiæ. 1837—1838.

ERRATA.

P. 9. v. 25. In Nott. *pro* Infra 331, *lege* Infra 339.
— 15. v. 65. *pro* ambobis *lege* ambobus.
— 19. v. 113. *dele* (,) *post* foras.
— 46. v. 339. In Nott. Critt. ad imum, pro *Nune* lege *Nunc*.
— 48. v. 353. In Nott. Critt. pro *ac sient* lege *fac sient.*
— 80. v. 578. *dele* (,) *post* temere.
— 86. v. 613. *pro* Ibo hinc, etc. *lege* Ibo [hinc] etc. et Vide in Gloss.
— 118. v. 38. *pro* Miserum *lege* Miseram.

M. A. PLAUTI

AULULARIA.

ARGUMENTUM.

Senex avarus, vix sibi credens, Euclio
Domi suæ defossam multis cum opibus
Aulam invenit, rursumque penitus conditam
Exanguis, amens servat. Ejus filiam
Lyconides vitiarat. Interea senex
Megadorus, a sorore suasus ducere
Uxorem, avari gnatam deposcit sibi.
Durus senex vix promittit, atque, aulæ timens,
Domo sublatam variis abstrudit locis.
Insidias servos facit hujus Lyconidis,
Qui virginem vitiarat; atque ipse obsecrat
Avonculum Megadorum sibimet cedere
Uxorem amanti. Per dolum mox Euclio
Quom perdidisset aulam insperato invenit,
Lætusque natam collocat Lyconidi.

v. 1. Ita Codd. Bothe, *sibi vix.*——2. *Cum*, non elid. Hæc verba contra fidem Codicum transposuit Bo.——8. Ita Codd. *S'nex*, monosyllabice pronuntiandum.——11. *ipse* abest ab omnibus Codd. præter unum H. 3.——12. *credere*, B. 1. H. 1. 5. reliqui omnes *cedere.*——15. *natam*, ita Codd. sed in v. 7, *gnatam*.

ARGUMENTUM ALIUD

(UT QUIBUSDAM VIDETUR,)

PRISCIANI.

A ULAM repertam auri plenam Euclio
V i summa servat, miseris affectus modis.
L yconides istius vitiat filiam.
V olt hanc Megadorus indotatam ducere,
L ubensque ut faciat, dat coquos cum obsonio.
A uro formidat Euclio: abstrudit foras;
R e omni inspecta compressoris servolus
I d surripit. Illic Euclioni rem refert:
A b eo donatur auro, uxore et filio.

v. 1. Ita omnes Codd. Bothe, *avarus plenam auri.*——2. *aflictus*, H. 5.——6. *foras*, Bo. *fores*, omnes Codd.——7. *Re omni*, Codd. *re*, non elid. *reque*, Bo.——8. *Surpit*, Bo.

ARGUMENTUM

CAMERARII.

NOMEN Fabulæ inditum a re, quæ negotium et variat, et reddit copiosiorem expositionem. Ea est olla plena auri, reperta ab Euclione in domo paterna. Hujus senis avarissimi et parcissimi filiam, vi noctu adolescens Lyconides compresserat. Itaque instante partu, cum puellam amaret, et avunculo desponsam esse cognovisset, rem omnem matri indicat, et per hanc impetrat, illa sibi ut nubat. Interea senex de auri custodia delitias facere, et illud tamen amittere. Hinc illæ turbæ querelarum, et error confessionis, factæ injuriæ. Tandem adolescens de servo suo cognoscit, quid de olla sit factum. Atque hactenus Plautina ad nos pervenerunt. Ex proposito autem argumento intelligi potest, tum et aurum redditum seni, et illum animo mutatum fuisse, et dotatam filiam tradidisse Lyconidi. *Fabricius* quidem indicavit quædam Romæ reperta, quibus supplerentur hæc deficientia: sed ne illa quidem satis Plautina, neque causa, cur adjici vellemus, visa fuit. PROPONITUR imago sordidæ parsimoniæ et morositatis in Euclione. Nam et hoc vitium senile est. Quo ipso quoque indicatur, una cum ætate intelligentiam animi minui. Perverse enim certe fit, ut tum maxime studeatur rei, cum minime ad usum longi temporis spes relinquitur.

DRAMATIS PERSONÆ.

LAR, Prologus.

EUCLIO, Senex avarus.

STAPHYLA, Anus.

EUNOMIA, Soror Megadori.

MEGADORUS, Senex dives.

STROBILUS, Servus Euclionis.

STROBILUS ALTER, Servus Lyconidis.

ANTHRAX, } Coqui.
CONGRIO, }

PYTHODICUS, Servus Megadori.

LYCONIDES, Nepos Megadori.

PHÆDRA. Filia Euclionis.

PROLOGUS.

LAR FAMILIARIS.

Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar.
Ego Lar sum familiaris ex hac familia,
Unde exeuntem me aspexistis. Hanc domum
Jam multos annos est quom possideo, et colo,
Patri avoque jam hujus, qui nunc hic habet.
Sed mi avos hujus obsecrans concredidit
Auri thesaurum clam omnes; in medio foco
Defodit, venerans me, ut id servarem sibi.

v. 1. *Qui sum,* H. 4. 5. R. 2.——3. *exeuntem,* ita tres Codd. inter quos vetustissimus R. 1. reliqui octo, *et euntem.*——5. *Patri,* ita Mss. ultima litera non elid. Bo: *Patrique.*——6. *mi avos,* ita Mss. *mi,* non elid.——8. *me,* non elid.

2. *Lar familiaris.*] Deus adhibetur, quia quæ hic a Lare dicuntur, non nisi a Deo sciri poterant. Quod cum accidit, auctore Aristotele, licet Deum, maxime in tragœdia, adhibere, sed interdum etiam in Comœdia. Hor. Ars Poet. 191.

> "Nec Deus intersit nisi dignus vindice nodus
> Inciderit." Lamb.

Sic in Cistell. v. 149, Auxilium, h. e. Deus, inducitur, qui fabulæ laboranti succurrat.

4. *Multos annos est quom,* etc.] 'It is many years since I have been occupying.' Recte notat Lamb: mixtam esse constructionem ex *Multi anni sunt quom*... et, *Multos annos possideo.* Similem constructionem citat Guliel: ex Nost. Pers. 137.

> "Sicut istic leno *sex* huc *menses* Megaribus
> Nondum *est quom* conmigravit."

5. *Patri avoque.*] I. e. Hanc domum colo *pro* patre et avo hujus, nempe in horum usum. Lamb.

Is quando moritur, ita avido ingenio fuit,
Nunquam indicare id filio voluit suo,
Inopemque optavit potius eum relinquere,
Quam eum thesaurum commonstraret filio.
Agri reliquit eii non magnum modum,
Quo cum labore magno et misere viveret.
Ubi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit:
Cœpi observare, ecquid majorem filius
Mi honorem haberet, quam ejus habuisset pater.
Atque ille vero minus minusque impendio
Curare, minusque me impartire honoribus.
Item a me contra factum est: nam item obiit diem.
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium
Pariter moratum, ut pater avosque hujus fuit.
Huic filia una est; ea mihi cotidie

v. 9. Ita tres Vindobb. et octo Codd. Britannici; reliqui *cum* vel *quom.* Bo: ex Donat. ad Terent. *quoniam.*——13. *eii* Bo. ob metr. Scripti *ei.*——14. *Quo* omnes quos vidi Codd. Bo: ex Mss. Langg. *qui.*——15. *mihi id,* Mss. Bo: *id mihi.*——16. Ita septem Codd. duo tantum, B. 2. H. 6. *ecqui* quod dedit Bo. *ecquid* etiam tres Vind.——21. Ita Codd. *is ex,* rapide pronunt; sed vid. Infr. v. 8.——23. *Cotidie,* unice H. 5. Reliqui *quotidie* aut *quottidie.*

9. *Is quando moritur,* etc.] 'He, on his death.' Tam avaro ingenio fuit, ut ne moriens quidem animum inducere potuerit thesaurum illum suo ipsius filio indicare.

— *Ita avido ingenio fuit.*] 'Such was his innate avariciousness.' Hæc sunt legenda per interpositionem. Lamb.

11. *Optavit potius.*] 'Chose; preferred.' Maluit, προείλετο. Lamb.

14. *Cum labore magno et misere.*] Id est, Laboriose et ærumnose: ταλαιπωρῶν καὶ κακοπαθῶν. Lamb.

19. *Impartire me honoribus.*] Subaud. *solebat:* Sensus est, Me honorum participem facere noluit.

22. *Pariter moratum.*] 'Of like disposition.' Eosdem mores referentem.

24. *Aut ture aut vino,* etc.] Quibus rebus mos erat Laribus sacrificare. Conf. Juv. Sat. IX. 137. sqq.

Aut ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat;
Dat mihi coronas. Ejus honoris gratia
Feci, thesaurum ut hic reperiret Euclio,
Quo illam facilius nuptum, si vellet, daret:
Nam compressit eam de summo adulescens loco;
Is scit adulescens, quæ sit, quam compresserit;
Illa illum nescit, neque compressam autem pater.
Eam ego hodie faciam ut hic senex de proxumo
Sibi uxorem poscat: id ea faciam gratia,
Quo ille eam facilius ducat, qui compresserat:
Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,
Is adulescentis illius est avonculus,
Qui illanc stupravit noctu, Cereris vigiliis.

v. 24. Ita Bo. Mss., vel *aliquo*, vel *aliquid*. A duobus H. 3. et A, abest *aut*, et legitur per se *aliquid*, pendens a verbo *supplicat*, cui gloss. præbet A, *supplicat, sacrificat*, in margine additum.——25. *Cujus*, H. 6.——27. *illam*, prior syll. more Plautino, corripitur. *Nuptum*, omnes Codd. Bo: male, *nuptam;* quod miror novissimum Plauti Editorem, C. H. Weise, tacite suscepisse.——28. Bo: contra fidem Codd. *eam conpressit*.——28, 29. *adulescens*, cum neque inter se, neque sibi ipsis, consentiant Mss. de hujus verbi orthographia, dedi passim *adulescens* non *adolescens;* prius enim videtur esse magis Plautinum, neque caret optimorum Codd: auctoritate.——34 Ita omnes scripti, nisi unus H. 5. qui habet *et is*. Bo: ex conject. *etenim*.

"O parvi nostrique Lares, quos *thure minuto*
Aut farre et tenui soleo exorare *corona*."

Ubi citant Interpp. Hor. Od. III. XXIII. 3.

"Si *thure* placaris et horna
Fruge Lares."

Vide Infra 339.

25. *Dat mihi coronas.*] Has quoque Penatibus in capite imponere solebant antiqui. [Infra 331.] Juv. *supra cit.* et Sat. XII. 87. sqq.

"Inde domum repetam, graciles ubi parva *coronas*
Accipiunt fragili simulacra nitentia cera.
———— Laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores."

Hor. Od. *supra cit.* v. 15, 16.

"Parvos *coronantem* marino
Rore deos fragilique myrto."

34. *Senex.*] Megadorus.

36. *Cereris vigiliis.*] Τοῖς Θεσμοφορίοις. Sacra hæc a mulieribus jejunantibus nocturna celebrabantur, quod Ceres filiam suam nocte quæsierit, in Ætna oberrans. Et deæ appellabantur Θεσμοφόρω, [i. e. *Legiferæ;* Virg. Æn. IV. 57.] Ceres et Proserpina. CAMER.

Sed hic senex jam clamat intus, ut solet;
Anum foras extrudit, ne sit conscia.
Credo, aurum inspicere volt, ne surreptum siet.

ACT. I. SCENA I.

EUCLIO. STAPHYLA.

Eu. Exi, inquam! age, exi! exeundum hercle tibi hinc est foras,
Circumspectatrix cum oculis emissitiis!
St. Nam cur me miseram verberas?
Eu. Ut misera sis,
Atque ut te dignam, mala, malam ætatem exigas!
St. Nam qua me nunc causa extrusisti ex ædibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges!

v. 1. Ita scripti. A duobus H. 3. et A, abest *est*, forte per incuriam, nisi sit *tibi* sine elisione legendum.——5. Ita plane Ms. Cant. reliqui contra metrum habent vel *ex his æd.* vel *his ex æd.* Tres *his ædibus* omisso *ex*.

1. *Exeundum hercle,* etc.] 'Come, you must budge out, Madam Pry-about, with those inquisitive eyes of your's.'

6. *Tibi ego rationem reddam!*] 'What, am I to give *you* a reason?' Emphatice dictum.

— *Stimulorum seges.*] De cujus corpore quasi segetem verberum demetam. Contra Men. 910; "Hisce *sementem* in ore *faciam*." Sic Amph. 877.

"Verbero, etiam, quis ego sim, me rogitas, *ulmorum acheruns.*"

i. e. Qui tot flagra (*ulmeas* nempe *virgas*) in tergo acceperis, quot umbras mortuorum Acheron. Simile est Cas. 338. "Stimulorum loculi!" i. e. ut explicat Par. "Ita stimulis fodi solitus ut totum corpus ejus stimulorum loculi esse videantur."

Illuc regredere ab ostio! illuc, sis, vide,
Ut incedit! At scin' quomodo tibi res se habet?
Si hodie hercle fustem cepero aut stimulum in manum:
Testudineum istum tibi ego grandibo gradum!
St. Utinam me divi adaxint ad suspendium
Potius quidem, quam hoc pacto apud te serviam!
Eu. At ut scelesta sola secum murmurat!
Oculos hercle ego istos, improba, effodiam tibi:
Ne me observare possis, quid rerum geram.
Abscede!—etiam nunc!—etiam nunc!—etiam!—ohe,
Istic adesto! si hercle tu ex istoc loco
Digitum transvorsum aut unguem latum excesseris,
Aut si respexeris, donicum ego te jussero:
Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.
Scelestiorem me hac anu certe scio
Vidisse nunquam, nimisque ego hanc metuo male,

v. 8. *Ut incedit,* ita plane omnes quos contuli Codd. Bo: ex mera conjectura *Ut cedit.* Quod ad metrum attinet, *Ut* cum precedenti versu arcte cohæret; sic Prol. v. 21; *Is* cum præced. *diem* cohæret.——9. *hercle,* abest ab H. 5. *Manu,* H. 1. 3. quæ lectio orta est ex forma *manu* (linea superscripta) qu. valet *manum;* et hoc unice probandum.——10. Ita optimi Codd. apud reliquos corrupte legitur, *testudinem,* aut *testudine.*——14. *ego istos,* ita scripti omnes, prior syll. vocis *istos,* more Plautino, corripitur.——16. Ita Codd. nisi quod postremum *etiam* omittat, H. 4; et alterum *etiam nunc,* per incuriam absit ab A.——17. *Istic,* omnes Codd. male Bo: *istuc.* pejus V. *adstato,* (quod est plane gloss.) pro exquisitiori, *adesto,* omnium Codd. lectione.——19. Ita Codd. pronuntiand. *respex'ris.* Bo. *respexis.* pro *donicum,* habent *donec,* H. 3. A. Vind. 1. et Cant.

8. *At scin' quomodo,* etc.?] 'But do you know how matters stand with you?' or 'in what a predicament you stand?' Vide Gloss.

13. *At ut scelesta,* etc.] 'Hark now how the old hag is grumbling to herself.'

15. *Quid rerum geram.*] 'What I am about.' Men. 39. Infra 78.

18. *Digitum transvorsum.*] Id est, Per latitudinem digiti transversi. Comment. Ms.

20. *Ego te dedam discipulam cruci.*] Vertit Interpr. Angl. 'I'll send you for a schooling to the gallows.' Faciam ut, discipula cruci addicta, perversos istos mores exuas, et meliores tibi ex ea disciplina induas.

Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit,
Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum,
Quæ in occipitio quoque habet oculos pessuma.
Nunc ibo ut visam, estne ita aurum, ut condidi,
Quod me sollicitat plurimis miserum modis.
St. Nec nunc mecastor, quid hero ego dicam meo
Malæ rei evenisse, quamve insaniam,
Queo comminisci: ita me miseram ad hunc modum
Decies die uno sæpe extrudit ædibus.
Nescio pol, quæ illunc hominem intemperiæ tenent:
Pervigilat noctes totas; tum autem interdius
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.
Neque jam, quo pacto celem herilis filiæ
Probrum, propinqua partitudo cui appetit,
Queo comminisci; neque quicquam melius est mihi,
Ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram

v. 24. Tres Codd. R. 2. B. 1. et A, *presentiscat;* sed melius vulgat.——27. A, *plurimum miseris modis.*——28. *Nec,* Ita omnes Codd. apud tres, *nunc* corrupte legitur. Bo: *ne nunc,* quasi *ne* per tmesin disjungatur a verbo suo *queo,* quod est in v. 30. Cæterum intelligendum Staphylam diu submissa voce mussantem, jam clare, et quasi continuata oratione, loqui, unde illud *nec;* vel pendet a voce *neque,* Infra v. 35. *Mecastor,* plerique scripti habent *me ecastor.*——31. Quatuor Mss. *extrusit.* Unus, R. 2. *abstrudit.*——32. *illum,* H. 5. B. 1.——36. *Quoi,* B. 1. V. 3. *qui,* R. 2. Reliqui *cui.*——37. Pronuntiand. *meliust.* Bo: contra fidem Codd. *est melius.*

23. *Ex insidiis.*] Insidiose; insidians mihi; clanculum.

25. *Quæ in occipitio quoque habet oculos.*] Ridicule dictum, quo oculatissimam esse significet. Citat inter Adagia Erasm. "De versutis et circumspectis, quosque neutiquam proclive sit fallere."

29. *Malæ rei.*] Pro *mali;* H. e. pestis, infortunii, aut tale aliquid.

34. *Quasi claudus sutor.*] Sutores nempe, ut quorum opus sedentarium sit, haud raro ex claudis hominibus, aut pedibus infirmis erant. Sic Infra 467, "*Sedentarii* sutores" nominantur.

38. *Ex me ut unam faciam litteram longam,* etc.] Intelligit litteram I, quæ formam ipsam pensilem præ se fert, et porrectam.

Longam, laqueo collum quando obstrinxero.
Eu. Nunc defecato demum animo egredior domo,
Postquam perspexi, salva esse intus omnia.
Redi jam intro nunc atque intus serva!
St. Quippe nil
Ego intus servem! An, ne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus:
Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.
Eu. Mirum, quin tua nunc me causa faciat Jupiter
Philippum regem aut Darium, trivenefica!

v. 39. Bo: *Meum laqueo*, etc. sed abest *meum* ab omnibus scriptis; et recte, quod ad sermonem attinet; quod ad metrum, *quando* absque elisione legend. cæterum tres Vindd. et Nostri plerique dant *Longum;* tres tantum, R. 2. H. 5. H. 2. *Longam;* sed horum, H. 2, littera *u* superscripta. Pro *obstrinxero*, H. 3. et A, et V. 1. *extrusero.*——40. Novæ scenæ initium hoc loco fit apud septem Codd. apud reliquos prior scena continuatur; et quidem jure, nam sic Infra v. 163, abest paullisper a scena Euclio, scena tamen continuatur.——41. Sex Codd. *prospexi;* unus, H. 1. *conspexi.*——42. Ita R. 2. H. 2. vulg. *nunc jam intro.* Cæterum *redi*, posteriori littera correpta plerumque legitur apud Nostrum. *Quippe nil*, decem Codd. nostri et tres Vindd. et Ed. P. unus, H. 5. *nihil.* V. *Quippini.*——45. Decem Codd. *inanis.* Tres Nostri, et duo Vindd. *inanes.* Habet et gloss. marginale, A. *inanis*, vacuitate. *Inaniis* pro trisyll. habend. et *oppletæ* absque elisione pronuntiand. Unus, H. 3. *oppletæque.*——46. Ita omnes Codd. præter B. 1. ubi est *tua nunc causa me;* unde apparet pronuntianda esse *Mir'm*, et *tua*, monosyllabice. Bo: omittit *nunc.*——47. Ita omnes Codd. nisi quod H. 1. habeat *venefica.* *D'rium* δισσυλλάβως pronunt. et *regem* non elid.

Par. qui citat Nost. Rud. 1091. sq.

"Quid meliust, quam ut hinc intro abeam et me suspendam clanculum,
Saltem tantisper, dum abscedat hæc a me ægrimonia?"

Cæterum Vide in Gloss.

40. *Nunc defecato*, etc.] 'Now I come out with my mind at ease.' I. e. Animo sedato, tranquillo, et timore vacuo. Hæc ait avarus domo lætus egrediens postquam salvum esse aurum se fecerit certiorem. Hic novæ scenæ initium plerique ob hanc causam fecerunt.

45. *Inaniis oppletæ.*] Hyperbole. Id. qu. Inanitate plenæ; 'Filled with emptiness,' ut dixit Noster Merc. 565.

"Jejunitatis plenus."

47. *Philippum regem aut Darium.*] Hi reges ob divitias maxime celebres erant; et præcipue tum temporis cum hæ fabulæ, seu Menandri sive alius Novæ Comœdiæ auctoris fuerint, primum editæ sunt. Cæterum confer Pers. 333.

"Mirum, quin regis Philippi causa aut Attali

Araneas mihi ego illas servari volo.
Pauper sum, fateor; patior. Quod dii dant, fero.
Abi intro! occlude januam! Jam ego hic ero.
Cave quemquam alienum in ædes intromiseris.
St. Quid si quispiam ignem quærit?
Eu. Extingui volo:
Ne causæ quid sit, quod te quisquam quæritet.
Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.
Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.
St. Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quæ utenda vasa semper vicini rogant.
Eu. Fures venisse atque abstulisse dicito.
Profecto in ædibus meis me absente neminem
Volo intromitti, atque hoc etiam prædico tibi,
Si bona Fortuna veniat, ne intromiseris.

v. 48. *Ego* omitt. H. 2. 3. B. 2.——49. *dii,* ita et hic et passim omnes Codd. Bo: *di.*——52. Ita Ed. Princ. tres Vindd. et octo nostri Codd. nisi quod H. 1. habeat *quisquam;* et H. 5. V. 3. *Quod si.* Duo, H. 4. 6. *Quod si quispiam ignem quærit, extingui volo.* R. 2. *Quot si.* R. 1. per incuriam *Quod sisi.* (fortasse pro *sibi.*) Hi quatuor Euclioni tribuunt: reliqui distinguunt personas.——53. Et hic, H. 2. B. 2. A. habent *quispiam,* sed alterum melius. Mss. *extemplo;* sed metrum requirit *extempulo;* de quo vid. Gloss. *Extingue,* H. 1. B. 2. et H. 4; sed *re,* altera manu superscripto.——55. *Tu,* C. et H. 1. 3. 4. facili errore ex antiqua scriptura pro *tum.*——56. Bo: *aut mortar:* sed abest *aut* ab omnibus Codd. et hoc melius exprimit sententiam, quæ recte Staphylæ a sex Codd. tribuitur; quod etiam confirmat quæ dedimus in v. 52, Supra.——57. pro *semper* habet *sæpe* B. 2. vel per interpretationem, vel orta lectione a contracta forma quam dat A. pro vulg. *semper.*——59. Omnes dant *ædibus meis;* unus H. 6. habet in marg. al. *in ædes.*——60. Omnes Mss. *hoc etiam prædico.*——61. *veniat,* sex Codd. nostri et V. 3. *veniet.* H. 1. reliqui *venerit.*

Te potius vendam, quam mea, quæ sis mea."

Infra 658. Ex hoc autem *nummi Philippei* dicti, quorum frequens apud Plautum fit mentio.

54. *Nam si ignis vivet, tu extinguere.*] 'If the fire-light is not put out, I'll presently put out thy light.' [Shaksp. *Othello.* Act. V. Sc. II. *init.*] Id est, si ignis a te non extinguatur; tu vitâ extingueris. Boxh.

57. *Utenda semper vicini rogant.*] Cujus exemplum habes, Infra 344.

ST. Pol ea ipsa credo, ne intromittatur, cavet:
Nam ad ædes nostras nusquam adiit quanquam prope.
EU. Tace, atque abi intro!
ST. Taceo atque abeo.
EU. Occlude, sis,
Fores ambobis pessulis! Jam ego hic ero.—
Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi!
Nimis hercle invitus abeo; sed, quid agam, scio:
Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Dividere argenti dixit numos in viros;
Id si relinquo ac non peto: omnes illico
Me suspicentur, credo, habere aurum domi:
Nam non est verisimile, hominem pauperem
Pauxillum parvi facere quin numum petat.
Nam nunc, quom celo sedulo omnes, ne sciant,

v. 62. *Ea ipsa* omnes Codd. nisi H. 5. *etiam ipsa*. Bo: *eapse.*——63. Ita novem Codd. nostri, et duo Vindd. nisi quod R. 2. habeat *nunquam;* et H. 1. *quoq.* pro *quanquam*. Reliqui *nusquam adiit quanquam prope sit.*——66. H. 1. *animo;* fortasse ex interpretatione.——69. *Argentum*, H. 1.——70. Bo: *eloco.* Codd. duo *ilico*, ceteri *illico.*——72. Posterior syll. τοῦ *verisimile* non elid. Bo: contra fidem Codd. *verisimile non est.*

65. *Ambobus pessulis.*] 'With both the bolts.' Supero et infero. Vide Gloss.

68. *Magister Curiæ.*] 'The Master of our ward.' Curio. Romulus civitatem Romanam in triginta curias distribuit, quibus post quinque aliæ sunt additæ; His singulis erat suus cuique *Magister Curiæ* qui etiam Curio appellatus est; [universis Curio Maximus præsidebat. Ov. Fast. II. 527.] Hi etiam, (ait BRIX.) *Divisores* sunt dicti, quia ad eos pertineret viritim dividere per Curias suas pecuniam, quum Senatus donativum faceret populo, quemadmodum etiam de tesseris frumentariis factitatum est aliquando, ut apud Suetonium legimus. Vide Infra 137.

69. *Numos in viros.*] I. e. Singulos numos in singulos viros. 'To every man a piece of money.' Quid sit *numus Plautinus*, Vide Men. 136. G.

Omnes videntur scire, et me benignius
Omnes salutant, quam salutabant prius;
Adeunt, consistunt, copulantur dexteras;
Rogitant me, ut valeam, quid agam, quid rerum geram.
Nunc, quo profectus sum, ibo; post itidem domum
Me rursum, quantum potero, tantum recipiam.

ACT. II. SCENA I.

EUNOMIA. MEGADORUS.

EU. Velim te arbitrari, me hæc verba, frater,
Meæ fidei tuæque rei causa facere,
Ut æquom est germanam sororem.
Quamquam haud falsa sum, nos odiosas haberi:
Nam multum loquaces merito omnes habemur,

v. 77. *Copulant,* H. 1. B. 2. A. vel ex interpret. vel errore orto ex scriptura contracta τοῦ *copulantur*, quæ est in H. 6.——79. Bo. *postidea;* Codd. nostri omnes aut *post itidem,* aut *post idem;* nec causam video satis idoneam cur eorum auctoritas in re tali spernatur.——81. In hac scena versus ad Bothii textum exhibui, quamvis neque huic, neque ulli alii quam vidi adhuc metrorum ordinationi assentiam. Cum vero varie exhibeant Codd. et editores, quotquot sunt, nec sibi nec aliis hactenus constent, satius duxi horum lucubrationibus insistere, quam meos quoque errores erroribus alienis adjicere. Metrum autem est Bacchicum, intermixtis versibus Ionicis et Anapæsticis.——82. Bo: *tuæque hic rei.* sed ortus est *hic* ex errore librariorum, qui cum formam contractam τοῦ *hæc* versu præcedenti invenirent, nec scirent utrum *hæc,* vel *hoc,* vel forsan *hic,* significaret, *hæc* quidem plane dederunt, addito ad calcem versus, *vel hc,* seu *vel hoc;*—abest autem omnino a B. 1. In A legitur plane *hc verba fr. m. f. tuæque rei hec vel hoc Causa...* In H. 6. et C. *tuæque rei hoc.*

78. *Ut valeam.*] 'How I do.' Quid agam, quomodo me geram. — *Quid rerum geram.*] 'What I am about.' Supra 15.

85. *Multum loquaces.*] *Multum* pro valde. Hinc orta est lectio *multiloquaces,* (quam probat GRUT.) sed aperte ex glossem.

Nec mutam profecto
Repertam ullam esse hodie dicunt mulierem ullo in seculo.
Verum hoc, frater, unum tamen cogitato,
Tibi proxumam me mihique item esse te:
Ut æquom est, quod in rem esse utrique arbitremur,
Et mihi te, et tibi me, consulere et monere,
Neque id occultum haberi, neque per metum mussari,
Quin participem pariter ego te et tu me ut facias.
Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi,
Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.
ME. Da mihi, optuma fœmina, manum.
EU. Ubi ea est? quis ea est nam optuma?
ME. Tu.
EU. Tune ais?
ME. Si negas, nego.
EU. Decet equidem vera proloqui:
Nam optuma nulla potest eligi; alia alia pejor, frater, est.
ME. Idem ego arbitror, nec tibi advorsari .

vv. 86, 87. In scriptis hi versus dividuntur inter verba *esse* et *Hodie;* servavi ordinem quem olim exhibuit Bo.——88. In quatuor Mss. legitur *hoc tamen unum, fr. cog.*——90. *Ut*, sic Mss. Bo: *ita.*——92. Quinque Codd. habent *Neque occ. id.*——93. verbum ut, quod habent omnes Codd. abest a Bo.——95. B. 2. *familiariter.*——96. Ita Codd. Bo: *man. opt. fœm.*——97. *equidem*, Ita octo Codd. nostri, et V. 1. 2. hinc orta est etiam librorum lectio, *Decet* te *quidem.* Vide gloss. V. 3. *Decet quidem.*——98. *potest eligi;* Ita omnes Codd. Bo: *el. pot.* Cæterum hi versus aliter in Mss. ordinantur, siquidem v. 96, ad verba *Ubi ea est*, terminatur; v. 97, ad *nego;* v. 98. ad *eligi;* v. 99, ad *nec tibi;* v. 100, ad *quid vis?*

96. *Quis ea nam est optuma?*] 'Who, pray, is *this best of women*, you speak of?' Vulgaris ea apud Comicos in fœminas contumelia, asseveratio nimirum omnes esse pessimas. Confer Mil. 683. sq.

"Nam bona uxor, si ea quidem deductu est usquam gentium,
Ubi eam possiem invenire?"

Certum est de istac re, unquam, soror. Quid vis? 100
Eu. Da mi operam, amabo.
Me. Tua est: me utere,
Atque impera sis, si quid vis.
Eu. Id, quod in rem tuam optumum esse arbitror, te id monitum advento.
Me. Soror, more tuo facis.
Eu. Facta volo.
Me. Quid est id, soror?
Eu. Quod tibi sempiternum salutare sit liberis procreandis.
Me. Ita dii faxint! 106
Eu. Volo te uxorem domum ducere.
Me. Hei occidi!
Eu. Quid ita?
Me. Quia mi misero cerebrum excutiunt

v. 100. *Unqu. sor.* Ita Codd. Bo: *sor. unqu.*——101. Bo: *utere, loquere;* sed ne vestigium quidem τοῦ *loquere* apud nostros Codd. inveni, qui habent plerique, vel *tu astute re atque imperassis*, vel *tu ast utere atque imp.* Quod dedi est aperta lectio in H. 2. 5.——102. *si quid vis,* (quæ verba omittit Bo:) habent H. 2. 3. 5. et in marg. (ab altera manu script.) A.——103. *esse arbitror,* Codd. Bo: *arbitro esse.* quatuor Codd. *id te;* a duobus, H. 4. B. 2, abest *id.* H. 5, *hæc te admon. adv.*—Cæterum a v. 100 ad 110. versus apud Codd. ita ordinantur, ut v. 101, per *si quid vis* terminetur; v. 103, per *soror;* v. 105, per *faxint;* v. 107, per *quid ita;* vv. 109-10, in uno anapæstico legantur.

101. *Tua est.*] Sc. *opera.* 'It is at your service.' Operam meam tibi do, ut ea utaris, et mihi imperes, si quid velis. Lamb.

104. *Facta volo.*] Hæc ait mulier verbum *facis* ex fratris ore excipiens, ('*Do*—I wish it were *done*,') facta volo esse, nempe matrimonium quod tibi suasura sum.

105. *Quod tibi sempiternum salutare sit.*] Quod tibi in perpetuum felix faustumque sit! Formula vulgaris, bene ominandi causa, ubi res nova nuntiatur, aut consilium aliquod proponitur. Sic Infra 175. 744.

109. *Cerebrum excutiunt.*] 'Knock my brains out.' Dicta tua, quasi lapides, in caput meum incidunt, et sensus prorsus adimunt.

Tua dicta soror: lapides loqueris.
Eu. Heia, hoc face, quod te jubet soror.
Me. Si jubeat, faciam.
Eu. In rem tuam hoc est.
Me. Ut quidem emoriar, priusquam ducam.
Quæ cras veniat, perendie foras, feratur, soror,
His legibus quam dare vis, cedo; nuptias adorna!
Eu. Quam maxumam possum tibi, dare, dotem, frater.
Sed est grandior natu, media est mulieris ætas.
Eam si jubes, frater, tibi me poscere, poscam.
Me. Numnam vis me interrogare te?
Eu. Imo, si quid vis, roga.
Me. Post mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domum,
Si eam senex anum prægnantem fortuito fecerit,

v. 111. *Jubeat*, septem Codd. reliqui *jubet*. Bo: *Iubeat*. quod habet unice C.——112. *emoriar*, ita omnes Codd. præter B. 1. ubi est *moriar*, quam lectionem secutus est Bo. sed prioris est gravior ideoque melior sententia.——113. *veniet*, H. 6. reliqui *veniat*. Bo: *soror, feratur*.——114. Ita scripti, a quibus omnibus abest *si* quod in textum intulit Bo.——115. Ita Codd. Bo: *maxuma dote*.——116. Ita omnes nostri, et tres Vindd. ab uno H. 5, abest vox *natu*.——118. *Numnam*, H. 2. 5. reliqui *num non*.——119. *mediam* omnes Codd. Bo: *media*.——120. *prægnantem*, omnes Codd. ut et *fortuito;* Bo: *prægnatem fortuitu*.

110. *Lapides loqueris.*] Eadem locutio quæ apud Arist. Nubb. 900.

"Ῥόδα μ' εἴρηκας."

Nost. Shaksp.

"Speak daggers;" etc.

113. *Quæ cras veniat*, etc.] Si quam uxorem mihi des hac lege, ut cras quidem ducatur, et in tertium diem sepeliatur, libenter eam conditionem accipiam.

— *Foras feratur.*] 'Be carried out to burial.' id. qu. *efferatur*, de quo vid. Gloss. Infra 523.

119. *Post mediam ætatem*, etc.] Ordo est, Qui senex, *ipse post mediam ætatem*, ducit domum uxorem *quæ media ætate sit;* si ille, dico, forte ex ea filium creaverit, nonne huic puero cognomen *Postumo*, (i. e. Ex Patre sene genito,) ab omnibus dabitur?

120. *Anum.*] Cum mulierem *media* esse *ætate* supra dixerit, recte observat Gron. *anum* hic pro *quasi anum*, vel propemodum anum, poni.

Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus?
Nunc ego istum, soror, laborem degam et diminuam tibi.
Ego, virtute deum et majorum nostrum, dives sum satis:
Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, 124
Clamores, imperia, eburata vehicla, pallas, purpuram,
Nil moror, quæ in servitutem sumptibus redigunt viros.
EU. Dic mihi, quæso, quis ea est, quam vis ducere uxorem? ME. Eloquar.
Nostin' hunc senem Euclionem ex proxumo pauperculum?
EU. Novi, hominem haud malum mecastor. ME. Ejus cupio filiam

v. 121. Quatuor tantum Codd. *Posthumus.*——122. *Ego istum,* octo Codd. prior syll. τοῦ *istum* more Plautino corripitur. Sex Codd. habent *demam* pro inusitatiori *degam,* cujus gloss. est in margine Cod. H. 2, *degere* pro *minuere. Diminuam,* omnes præter B. 1, qui habet *deminuam.*——124. Ita Ed. Princ. tres Vind. et undecim nostri Codd. unus H. 3, *dapsilas,* quod dedit Bo.——125. Abest *vehicla* a novem Codd. Tres reliqui *vehicula.*——127. *Quæso,* Codd. Bo: *sodes.*——128. *Nostin',* Ita tres Mss. reliqui vel *Novistin',* vel *Novisti.*——129. Quinque Codd. *me ecastor.*

121. *Postumus.*] Patre *longævo* natus, 'Child of my old age.' Quo sensu Homericum παῖς τηλυγέτης recte accipiendum est.

123. *Virtute deum et majorum nostrum.*] 'By the favour of.' 'Thanks to the gods.'... Frequens apud Comicos, sed confusa, ut videtur, locutio, pro eo quod esset, "Virtute deorum, et *industria* majorum;" vel "*Benevolentia* deorum et virtute majorum."

124. *Animos, dotes dapsiles.*] Animos, scil. feroces; dote fretos; quod ait, Men. 670.

125. *Imperia.*] Scilicet quæ in viros exercent *dotatæ istæ conjuges:* ad illud Horatii Od. III. xxiv. 19. Vide Infra 452.

126. *In servitutem sumptibus redigunt viros.*] Similis sententia in Epid. 228.

"Auctiones subigunt ut faciant viri."

Ubi de sumptibus muliebribus sermo est.

128. *Ex proxumo.*] Supra Prol. v. 31.

Virginem mihi desponderi. Verba ne facias, soror.
Scio, quid dictura es: hanc esse pauperem. Hæc pauper placet.
Eu. Dii bene vortant!
Me. Idem ego spero.
Eu. Quid me nunc? Quid vis?
Me. Vale.
Eu. Et tu frater.
Me. Ego conveniam Euclionem, si domi
Est. Sed eccum nescio unde sese homo recipit domum!

ACT. II. SCENA II.

EUCLIO. MEGADORUS.

Eu. Præsagibat mi animus, frustra me ire, quom exibam domo:
Itaque abibam invitus: nam neque quisquam curialium
Venit, neque magister, quem dividere argentum oportuit.

v. 132. Ita omnes Codd. nisi quod ex duobus, H. 2. 3. abest alterum *quid;* nec satis causæ video quare cum Bo: legas *Quidni? Numquid vis?* vel, cum aliis, *Quid? Me numquid vis?*

130. *Verba ne facias, soror,* etc.] Nil sane locuta est adhuc Eunomia, verum ex vultu ejus auguratur Megadorus quæ sit animi sententia. Plautum imitatus est ad verbum Noster Ben Jonson.

"I know what thou wouldst say,
She's poor, and her friends deceased.
She has brought a wealthy dowry in her silence,
Cutbeard; and in respect of her poverty, Cutbeard,
I shall have her more loving and obedient, Cutbeard."

The Silent Woman. Act. I. Sc. v.

137. *Magister.*] Scil. *Curiæ.* Supra 68.

Nunc domum properare propero: nam egomet sum hic, animus domi est.

ME. Salvos atque fortunatus, Euclio, semper sies!

EU. Dii te ament, Megadore!

ME. Quid tu? recten', atque ut vis, vales?

EU. Non temerarium est, ubi dives blande appellat pauperem:

Jam illic homo aurum me scit habere: eo me salutat blandius.

ME. Ain' tu, te valere?

EU. Pol ego haud a pecunia perbene.

ME. Pol si est animus æquos tibi, satis habes, qui bene vitam colas.

EU. Anus hercle huic indicium fecit de auro; perspicue palam est;

Cui ego jam linguam præcidam atque oculos effodiam domi!

v. 140. *Dii*, Ita semper scripti. Bo: *Di.*——142. *Me scit*, Mss. Bo: *scit me*. *Jam illic* rapide pronuntiand.——143. Ita Codd. Bo: *perb. a pecun.* Cæterum duæ posteriores vocales vocis *pecunia* in unam syll. more Plautino coalescunt; Infra 156.——144. omnes Codd. *satis habes;* Bo: *habes sat.* Ab uno R. 2, abest *bene.*——145. Mss. *hoc.* In H. 6, ab altera manu reponitur *huic*, quod dedit Bo.——146. Plerique Codd. *cui*, reliqui, *quoi*, vel *qui.*

141. *Non temerarium est*, etc.] 'It is not for nothing that a rich man accosts a poor man courteously.' Suspicatur nimirum avarus ne quid de thesauro suo Megadorus inaudiverit, ob quod insolentius se blandis verbis appellaverit.

142. *Illic homo.*] Ille, Megadorus.

— *Blandius.*] Subaud. *solito.*

143. *A pecunia.*] 'As far as regards money matters.' Quod ad pecuniam attinet haud perbene valeo; i. e. nequaquam valeo. Est figura dictionis quæ μείωσις nominatur.

145. *Palam est.*] 'It is all abroad.' Vulgatum, et populo cognitum est.

146. *Oculos effodiam.*] Supra 14. Gloss.

ME. Quid tu solus tecum loquere?
EU. Meam pauperiem conqueror:
Virginem habeo grandem, dote cassam atque illocabilem;
Neque eam queo locare cuiquam.
ME. Tace; bonum animum habe, Euclio:
Dabitur: adjuvabere a me. Dic, si quid opus est; impera.
EU. Nunc petit, quom pollicetur; inhiat aurum, ut devoret;
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.
Nemini credo, qui large blandus est dives pauperi:
Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.

v. 149. *Queo*, ita Ed. Princ. Tres. Vind. et Nostri omnes Codd. præter H. 4. 6. et A. ubi est *qō*. Bo: *quo;* sed sensu minus apto. *Cuiquam*, decem Codd. R. 2, *quiquam*. Bo: *quoiquam*. Sex Codd. *bon. an hab.* quod ad rhythmum melius. Bo: *bon. hab. an.*——150. Pronuntiand. *opust*, ut et Infra 153, *blandust;* et ita scripsit Bo.——151. Octo Codd. *cum.*——153. H. 4. *blande largus est.*——154. Octo Codd. *inicit*. Duo, H. 3. B. 1. *iniicit*. et H. 2. 4, per incuriam scribentis *inijcit*.

150. *Impera.*] 'Command me.' Supra 102.

151. *Inhiat aurum.*] 'He gapes after my gold.' Translatio est ab animalibus rapacibus et voracibus, quæ ore hiante et patente prædæ imminent. LAMB. Infra 223.

— *Ut devoret.*] Hinc contra ortæ locutiones ἐξεμεῖν, Aristoph. Eqq. 1148. Angl. 'To disgorge;' et "Argentum *vomere;*" Curc. 685, &c.

152. *Altera manu fert lapidem, etc.*] Proverbium, (ait ERASM.) in eos, "qui coram blandiuntur, clam obtrectantes: palam amicos agunt, clanculum nocent; aut qui hic prosunt, illic lædunt. Translatum ab iis, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt." Haud omnino abludit locus in Nov. Test. S. Luc. cap. XI. 12.

154. *Onerat aliquam zamiam.*] 'Inflicts some damage.' Detrimentum aliquod infert. Græcum Ζημίαν, Dorice Ζαμίαν, qu. Multam, damnum, et simill. significat. Vide Gloss.

Ego istos novi polypos, qui ubi quicquam tetigerunt, tenent.
ME. Da mi operam parumper, Euclio: paucis est quod te volo
De communi re appellare mea et tua.
EU. Hei misero mihi!
Aurum mi intus harpagatum est: nunc hic eam rem volt, scio,
Mecum adire ad pactionem: verum intervisam domum.
ME. Quo abis?
EU. Jam ad te revortar: namque est, quod visam domum.
ME. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia,
Mi ut despondeat, sese a me derideri rebitur;
Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.

v. 155. *Qui ubi,* H. 2. 5. *Quin ibi,* Octo Codd. quod quam facile ex altero fieri, quivis in his rebus versatus intellexerit. *Qui ibi,* B. 1. *Quin illi,* R. 2. Tum *quicquam* dedi pro *quicquid,* unius sane Codicis (R. 2.) auctoritate, sed cum omnes reliqui habeant *quicquid,* et id plerique contracta forma, ut facile ex *quicquam* confictum sit; satius duxi hoc in textu reponere quam simpl. *quid* cum Bothio aliisque admittere. *Tetigerint* demum pro *tetigerunt,* quatuor habent Codd.——156. *Euclio,* dissyllabice pronuntiand. vide in v. 143. Bo: *paucis Eucl.* Nostrum habent tres Codd.——158. *harpag.* sine aspirato apud sex Mss. legitur.——160. *Jam,* ita Codd. Bo: *jam jam;* sed *Quo* non elid. et graviter, utpote admirantis, pronuntiand. *Nam,* sex Codd.——161. Pro *edepol,* quatuor habent *hercle.*——163. Prior syll. vocis *illo* corripitur. A tribus abest *quisquam.*

160. *Est quod visam domum.*] 'There is something I must go and see to at home.' Cum verbum *visam* motum ad locum significet, ideo accusativo *domum* usus est, (non *domi;*) et sic versu præced. ut minime cum quibusdam *intervisam domi* legas. Similiter Men. Prol. 51.

"Si quis quid Epidamnum curari velit."

Quia motus ad eum locum intelligitur.

163. *Neque quisquam,* etc.] 'Nor is there another *out of the whole class of paupers* more beggarly than he.' Placet Camerarii interpretatio, "Ex ordine seu numero pauperum; ut *ex nobilitate.*" Nam Infra 184, ait ipse Euclio se esse "pauperum pauperrumum;" et frequentissima est ista apud Vett. locutio, et in his maxime apud Nostrum abundat. Exempla in Gloss. contuli.

EU. Dii me servant: salva res est! salvom est, si quid non perit.
Nimis male timui, priusquam intro redii! exanimatus fui!—
Redeo ad te, Megadore, si quid me vis.
ME. Habeo gratiam.
Quæso, quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.
EU. Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui.
ME. Dic mihi: quali me arbitraris genere prognatum?
EU. Bono.
ME. Quid fide?
EU. Bona.
ME. Quid factis?
EU. Neque malis, neque improbis.
ME. Ætatem meam scis?
EU. Scio, esse grandem, itidem ut pecuniam.
ME. Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia
Semper sum arbitratus, et nunc arbitror.
EU. Aurum huic olet.

v. 165. *Nimi'*, et *pr'usqu.* pronuntiand.——167. Ita B. 2. et A. reliqui *perconct.* aut *percunct.*——168. Quinque Codd. *libcat;* H. 3. *liceat;* reliqui *lubeat;* semper in his verbis variatur lectio. Vide Infra 407. Cæterum *quidem* elisa vocali *i* pronuntiand. *mihi*, quod nonnulli abjecerunt, est aperte in omnibus Codd. scriptum. H. 5. habet *percunctare.* Rapide credo hæc, et simill. quæ passim apud Nostrum occurrunt, pronuntianda; ne nimis in ejusmodi difficultatibus hæreamus, nedum conjecturas nostras contra fidem omnium scriptorum Plauto inferciamus.——170. H. 1. *neq. malum neq. improbum;* sed litteris *is* altera manu superscriptis.——171. Ita omnes Codd. *meam*, per crasin pro monosyll. habend. Bo: *Scis meam æt.*——172. Unus H. 5. *sine mala etiam malitia;* quod ob id tantum notavi quia in eo Vett. Edd. hæserunt.——173. *Aurum*, non elid.

171. *Scio esse grandem,* etc.] Ludit in voce *grandem,* cujus est duplex significatio prout ad *ætatem,* vel *rem nummariam* referatur. Vide Supra 116. G.

173. *Aurum huic olet.*] 'He scents my gold.' Quasi, odore se aurum prodit. FACC. Translatio, pro, Hic aurum odoratur; aurum me habere sentit. LAMB. Eadem

Quid nunc me vis?
ME. Quoniam tu me et ego te, qualis sis, scio:
Quæ res recte vortat mihique tibique tuæque filiæ,
Filiam tuam mi uxorem posco. Promitte, hoc fore.
EU. Hei! Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis,
Ut inopem atque innoxium abs te atque abs tuis me irrideas:
Nam de te neque re neque verbis merui, uti faceres quod facis.
ME. Neque edepol ego te derisum venio, neque derideo,
Neque dignum arbitror.
EU. Cur igitur poscis meam gnatam tibi?
ME. Ut propter me tibi sit melius, mihique propter te et tuos.
EU. Venit hoc mi, Megadore, in mentem, te esse hominem divitem,

v. 175. *Tuæ;* et——177. *tuis,* pro monosyll. habend. Mss. vel *Hei,* vel *Ei.* Bo: *Heia.* ultima syllaba vocis *Megadore* non liquescit.——179. Decem Codd. *uti,* quorum solus A habet *ut* superscript. H. 4. *ut,* plane scriptum. Sed illud fortasse rectius legitur, cum passim apud Nostrum *ui* pro dipthongo habeatur, et possit hic ante *uti* elidi.——181. *Meam,* monosyllabice pronuntiand. ut et Infra v. 185.——183. *Te,* non elid. ut et Infra v. 189.

constructio, Men. 293.

"*Oboluit* marsupium
Huic istuc, quod habes."

175. *Quæ res recte vortat,* etc.] Solennis formula, bene ominandi causa, in novo consilio proponendo, aut negotio auspicando; Ita Supra 105. qu. vid.

177. *Hei!*] 'Oh, fie!' Exprobrantis interjectio.

178. *Innoxium abs te atque abs tuis.*] Qui nec tibi nec tuis nocui. Qui innocens sum, quod ad te et tuos attinet. LAMB.

183. *Venit hoc mi in mentem,* etc.] Habuisse hunc locum ante oculos videtur Terentius, Phorm. IV. III. 47-8.

"Nam mihi venibat in mentem ejus incommodi,
In servitutem pauperem ad ditem dari."

Factiosum; me item esse hominem pauperum pauperrumum:
Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit,
Te bovem esse, et me esse asellum: ubi tecum conjunctus siem: 186
Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto;
Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam siem;
Et te utar iniquiore, et me meus ordo irrideat; 189
Neutrobi habeam stabile stabulum, si quid divorti fuat:
Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus.

v. 186. *Esse asell.* Ita omnes Codd. præter C. Bo: *Med asell.*——188. B. 1. *quam si,* forte ex interpr.——189. Duo Codd. H. 2. R. 2, *nequiore.* Bo: *meus med ord.* quod dedi habent H. 1. 4.——190. *Neutrobi,* Omnes Codd. Bo: *neutrubi.* Tres Codd. B. 1. H. 3. 5. *divorti;* reliqui *devorti, devortii,* aut *divortii.*——191. *Mordicus,* Ed. Princ; Septem Codd. nostri, et V. 3. *morsibus,* B. 2. H. 1. 2. et V. 1. sed in B. 2, est *mordicibus* altera manu superscript. et hoc habent H. 3. et 5. (qui est plerumque optimæ auctoritatis,) et V. 2. sed vide gloss. Tum omnes, *bov. inc. corn.* (*boves,* et hic et vers. prox. monosyllabice pronuntiand.) Bo: *corn. inc. bov.*

184. *Pauperum pauperrumum.*] Vide Not. Supra 163.

186. *Te bovem esse, et me esse asellum.*] Bos et asinus, utpote animalia imparia, ad jugum pariter subeundum, vehiculumque trahendum, et onus ferendum inepta. Hinc proverbium ab asinis ad boves, cui non dissimile est ab equis ad asinos. Lamb. Huc pertinent Phædri fabulæ, I. 3; De graculo superbo; et I. 5.

"Nunquam est fidelis cum potente societas," sqq.

Adde notissimam de olla fictili ferreaque coeuntibus allegoriam.

189. *Et te utar iniquiore.*] Te experiar mihi infestiorem, atque inimiciorem. Lamb.

190. *Neutrobi habeam stabile stabulum.*] 'By neither party should I be received with confidence.' Perstat in metaphora. Cæterum hinc homines vagabundi, incerti, nec qui fixum habeant domicilium, Ἄνθρωποι ἀστάθμητοι appellantur apud Aristoph. Avv. 170. Cui simile est Hor. Epist. I. xv. 28.

"Scurra vagus, non qui *certum præsepe* teneret."

191. *Incursent cornibus.*] Pe-

Hoc magnum est periclum, me ab asinis ad boves transcendere.

ME. Quam ad probos propinquitate proxume te adjunxeris,
Tam optumum est. Tu conditionem hanc accipe, ausculta mihi,
Atque eam desponde mi.
EU. At nil est dotis quidem.
ME. Ne duas:
Dummodo morata recte veniat, dotata est satis. 196

EU. Eo dico, ne me thesauros reperisse censeas.

ME. Novi: ne doceas. Desponde.
EU. Fiat—Sed proh Jupiter!
Num ego disperii?
ME. Quid tibi est?
EU. Quid crepuit quasi ferrum modo?

v. 192. *Me ab as.* Ita Codd. Bo: *ab as. me ad bo.* sed vide in vers. præced. octo Codd. *periculum* plene scriptum, ut plerumque fit.——195. *Quidem,* Ita Codd. ab uno A, abest, sed *quam dem tibi* in margine exstat. Bo: tacite, *quod dem;* sed nihil causæ est cur vocem, plerumque apud Nostrum monosyllabice usurpatam, temere immutemus. Pro *duas,* B. 1. habet *duis.* H. 5, *ne dicas,* vitiose.——197. *Eo,* monosyll. Bo: *ut ne,* sed *ut* abest ab omnibus Mss. quorum sex habent *repperisse,* (et sic quidem pronuntiand.) reliqui *reperisse.*——199. *Num,* H. 5. R. 1. *Nun,* B. 1. *Non,* H. 2. sed *num* superscripto. Ceteri Codd. et Ed: Princ: *Non.*

tant, et invadant cornibus. LAMB. qui citat Asin. 19.

"Ubi vivos homines mortui *incursant* boves."

193. *Quam...proxume...Tam,* etc.] Constructio est vetusta pro usitatiori, *Quo propius...eo melius.*

196. *Dummodo morata recte veniat,* etc.] Confer Infra 446-7. Citat LAMB. Hor. Od. III. XXIV. 21. sqq.

"Dos est magna parentium
Virtus, et metuens alterius viri
Certo fœdere castitas."

Et Nost. Amph. 687.

"Non ego illanc dotem mi esse duco, quæ dos dicitur;
Sed pudicitiam, et pudorem, sedatum et cupidinem."......

199. *Quid crepuit,* etc.] Imitatus est hunc locum Moliere in fabula sua *L'Avare,* Act. I. Sc. v. ubi avarus Harpagon argentum in

ME. Hic apud me hortum confodere jussi. Sed ubi hic est homo?
Abiit, neque me certiorem fecit: fastidit mei.
Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum facit.
Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam,
Pauper metuit congrediri; per metum male rem gerit;
Idem, quando illæc occasio periit, post sero cupit.
EU. Si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab radicibus:
Impero auctorque sum, ut me cuivis castrandum loces.
ME. Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, hominem idoneum,
Quem senecta ætate ludos facias, haud merito meo.
EU. Neque edepol, Megadore, facio, neque, si cupiam, copia est.

v. 200. *Confodere,* Ed. Princ. omnes Nostri, et tres Vindd. Codd. Vide Nott.—*hic est hom.* Ed. P. octo Nostri, et tres Vindd. Codd. *hinc,* H. 6. R. 1.——203. *Opulentus it,* H. 2. Decem Codd. *opulento sit,* unde H. 3. *opulentos it.*——204. *Congrediri,* Bo: ex conject. Acidal. Mss. et nostri et Vindd. *congredi.* unus H. 2, *propter metum;* In A, est spatium aliquod inter *congredi* et *per,* et super hoc altera manu scriptum *propter.*——205. *Illæc occ.* Ita Mss. Bo: *occas. illæc.*——207. *Impero,* non elid.——208. *Me arbitr.* Mss. Bo: *arb. me.* Cæterum *arbitrari* non elid.

horto suo defossum habet, et in quo conservando miseris se torquet modis.

200. *Hic apud me hortum confodere jussi.*] Ita omnino legendum; et vertendum: 'I have given orders to dig the garden at my house here.' Scil. *Servos* jussi confodere hortum. Ne cum BOTHIO *confodiri,* contra auctoritatem librorum et scriptorum et editorum, legas. Vide in Gloss. et Conf. Infra 307.

207. *Impero auctorque sum.*] 'You have my full authority.' Ter. Eun. II. III. 98.

PA. "Jubesne? CH. Jubeo, cogo, atque impero;
Nunquam defugiam auctoritatem."

210. *Neque, si cupiam, copia est.*] Neque, si velim, possum. Interim alludit (ait GRON.) ad

ME. Quid nunc? etiam mihi despondes filiam?
EU. Illis legibus,
Cum illa dote, quam tibi dixi.
ME. Sponden' ergo?
EU. Spondeo.
ME. Istuc dii bene vortant!
EU. Ita dii faxint! illud facito ut memineris
Convenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferat filia.
ME. Memini.
EU. At scio, quo vos soleatis pacto perplexarier:
Pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet. 216
ME. Nulla controversia mihi tecum erit. Sed nuptias
Hodie quin faciamus, num quæ causa est?
EU. Imo edepol optuma.

v. 213. *Istuc dii,* etc. Ita Mss. *Istuc* et *Illud* rapide pronuntiand. ut sæpe apud Nostrum; versus igitur erit idem qui reliqui.——214. *Afferat,* omnes Codd. nisi quod B. 2, mendose *afferam.* Bo: *adferret.* Cæterum *mea* per crasin monosyllabice pronuntiand. et *aff'rat* ablata media littera legend. *te* non liquescit.——218. *Imo,* rapide pronunt.—*optume,* unus B. 1. Reliqui *optuma;* sed H. 2, *optuma est.*

ludos publicos, negatque tam divitem esse se, ut in iis edendis pecuniam profundere possit. [Valet enim *ludos facere* aliquando i. qu. *ludos edere;* E. g. Cic. De Or. I. §. 57. "Marcellus, qui nunc ædilis curulis est, nisi *ludos* nunc *faceret.*"...] Notum, quam gravi sumptu Ludi publici constabant, unde, quia Ædiles ex sua pecunia hos exhibebant, *Ædilitatem petere* in damnosos seu sumptuosos homines translate dicitur.

211. *Illis legibus.*] 'On those terms, conditions.' Supra 114.

214. *Convenisse.*] Scil. *te;* vel *nos.* 'That we have made this agreement.' Quod factum est Supra v. 195.

216. *Pactum non pactum est,* etc.] Citat LAMB. Ter. Phorm. V. VII. 55. sqq.

"Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini,
Inepti vostra puerili sententia?
Nolo, volo: volo, nolo rursum: cape, cedo:
Quod dictum, indictum est: quod modo ratum erat, irritum est."

218. *Optuma.*] *Causa,* scilicet, *ut fiant* nuptiæ.

ME. Ibo igitur; parabo. Numquid me vis?
EU. Istuc fiet. Vale.
ME. Heus, Strobile, sequere propere me ad macellum strenue!
EU. Illic hinc abiit. Dii immortales, obsecro, aurum quid valet!
Credo ego illum jam inaudisse, mi esse thesaurum domi:
Id inhiat; ea affinitatem hanc obstinavit gratia.

ACT. II. SCENA III.

EUCLIO. STAPHYLA.

EU. Ubi tu es, quæ deblaterasti jam vicinis omnibus,
Me meæ filiæ daturum dotem? Heus, Staphyla, te voco!
Ecquid audis? Vascula intus pure propera atque elue!

v. 219. *Istuc fiet. Vale.* Ita omnes Codd. et Euclioni tribuunt, ut vers. sequ. Megadoro. Bo: *fiat*, ut Supra 198; et citat Donat. ad Ter. Eun. III. II. 47.——221. *Illic*, omnes Codd. Bo: *Ille.* vox rapide, ut passim, pronuntiand.——222. *Illum*, Codd. Bo: *illunc.* Cæterum *jam* non liquescit.——224. *Deblaterasti*, H. 2. *blaterasti*, H. 3. 6. *delatravisti*, A. *de latrasti*, C. Cæteri *deblateravisti;* sed *tu* melius, ob emphasin, non elid.——225. *Me meæ*, omnes Codd. Bo: *Meæ me.*——226. *Pure propera*, Ita Ed. P. et omnes Codd. nisi quod A. et B. 1, habeant *pure propara;* et H. 5, *pure prepera.*

221. *Aurum quid valet!*] Quanti existimatur! COM. MS. Quantum pollet! quantam vim possidet.

223. *Id inhiat.*] Id cupit. Supra 151. Quod autem ait LAMB: *thesaurum* hoc loco neutrum esse et huc vocem *id* respicere, non necesse est ut sic accipias: nam potest *aurum* (ut in loc. citat.) suppleri, vel certe ex præcedenti *thesaurum* subintelligi, quo facto, neutrum *id* ad rem subauditam usitatissima locutione referetur.

Filiam despondi; hodie ego huic nuptum Megadoro dabo.
ST. Dii bene vortant! Verum ecastor non potest: subitum est nimis.
EU. Tace atque abi! Curata fac sint, quom a foro redeam domum,
Atque occlude ædes! Jam ego hic ero.
ST. Quid ego nunc agam?
Nunc nobis prope adest exitium, mi atque herili filiæ:
Nam probrum atque partitudo prope adest ut fiat palam;
Quod celatum atque occultatum est usque adhuc, nunc non potest.
Ibo intro: ut, herus quæ imperavit, facta, quom veniat, sient.
Nam ecastor malum mœrorem metuo ne mixtum bibam!

v. 227. *Hodie ego huic nupt.* Ita Ed. P. omnes nostri, et tres Vindd.—*subitum esse nim.* A. H. I. R. 1.——230. *Occlude,* et *jam,* non elid. *ero,* Codd. Bo: *adero.*——231. Ita Codd. nisi quod pauci habeant *abest.* Bo: *prope adest nob.*——233. Tres Codd. A. H. 4. 6. *occultum.*——234. Quinque Codd. *veniet;* reliqui *veniat;* sed horum unus, H. 2. *e* pro *a,* altera manu superscriptum.——235. *Mœrorem,* Ed. P. omnes Codd. et nostri et Vindd. Bo: *mœrore,* post Gronov. sed illud et per se, et propter auctoritatem, longe melius judico.

228. *Non potest.*] Subaud. *fieri.* Alludit ad propinquam partitudinem puellæ. Supra 36.

235. *Nam.*] Emphatice dictum.

— *Malum mœrorem mixtum.*] 'I fear lest I shall have to drink the cup of *mixed* bitterness.' Latet jocus, qui Interpp. quotquot vidi fefellit. Anus hæc, sicut pleræque apud Nostrum, e. g. Curc. 77; est *Multibiba* et *Merobiba;* (Vide Infra 308-9;) tali igitur vel mœrorem quoque, h. e. damnum, gravius futurum ridiculi gratia dicitur, si *mixtum,* quam si *merum* (h. e. non mistum cum aliquo,) subeundum esset; ut cui vinum cum aqua mixtum minus placeret quam merum meracum.

ACT. III. SCENA I.

STROBILUS. ANTHRAX. CONGRIO.

St. Postquam obsonavit herus et conduxit cocos
Tibicinasque hasce apud forum: edixit mihi,
Ut dispartirem obsonium hic bifariam.
Co. Me hercle quidem, dicam palam, non divides;
Si quo tu totum me ire vis: operam dabo.

v. 237. Ultima littera vocis *apud*, inter pronuntiand. elid.——238. *Dispertirem*, quinque Codd.—*hic*, Codd. et Ed. P. Bo: *hinc*.——239. In hoc versu et seqq. varie distribuuntur personæ apud Codd. siquidem hunc versum sex Congrioni tribuunt, tres Anthraci, reliqui duo B. 2. H. 6, habent Coc. (h. e. Cocus,) ascriptum: et hinc forsan ortus est error, cum pro Coco librarii temere vel Anthr. vel Congr. prout placuerit dederint. Ipse eam ordinationem secutus sum, quæ verisimillima visa est, sed haud tanti est (præsertim in istiusmodi scena) diutius his rebus immorari.—*hercle quid.* Ita H. 5; quod dedi potius quam in conjecturas confugerem; omnes reliqui *quidem hercle; Me* non elid. Bo: *propalam*, de suo.

Nescio quid lucis affert in locum frustra exercitatum, Curc. 163. sq.

An. "Mane; suffundam aquolam.
Pa. Viden' ut anus tremula medicinam facit?
Eapse *merum* condidicit bibere; foribus dat *aquam*, quam bibant."

H. e. Ne *mistum* quidem foribus largitur, sed aquam ipsissimam neque guttula vini infuscatam.

236. *Conduxit cocos.*] Mos fuit apud Romanos, cum domesticos coquos non haberent, publicos ex foro conducere. Hinc scena apud Nostr. Pseud. III. 2. (790 B.) ubi multa de pretio et officiis coquorum conductorum traduntur. Vide et Infra 279. 402.

239. *Me hercle quidem*, etc.] Ex his verbis usque ad v. 244, sensu nequam accipienda; neque nostrum est in iis, cum Lambino aliisque, curiosius hærere; pudet sane in textu servare, nedum notas quoque hujusmodi obscœnis deformem. Plusquam libens omnino omitterem, nisi vel aliunde arcessi possent; et omissa nonnunquam, (ita hodie sunt mores,) aliquanto majorem investigandi pruritum soleant inducere. Hæc semel dicta sint in re una Auctori Nostro, haud minus ac cæteris alioqui licet optimis, vitio vertenda. Quod attinet ad personas cui sunt hæc tribuenda, vide Nott. Critt.

AN. Bellum et pudicum vero prostibulum popli!
Post, si quis vellet, te haud non velles dividi.
CO. Atqui ego istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram,
Non istuc, quod tu insimulas.
ST. Sed herus nuptias
Meus hodie faciet.
AN. Cujus ducit filiam?
ST. Vicini hujus Euclionis e proxumo.
Ei adeo obsonii hinc dimidium jussit dari,
Cocum alterum, itidemque alteram tibicinam.
AN. Nempe huic dimidium ducis, dimidium domum?
ST. Nempe, sicut dicis.
AN. Quid? hic non poterat de suo
Senex obsonari filiæ in nuptiis?
ST. Vah!
AN. Quid negotii est?
ST. Quid negotii sit, rogas?
Pumex non æque est aridus atque hic est senex.

v. 241. Quidam Mss. *prostribulum;* sed mendose. Cæterum hunc v. et 242, omnes præter H. 4, Strobilo tribuunt; hic autem Anthraci.—*Popli,* Quinque Codd. cæteri *populi.*——242. *Dividi,* B. 2. H. 2. 6. Reliqui vel *diuum,* vel *diminui* quæ vide ne sit lectio unice vera, ut sit jocus et hic et vv. præcedd. in pinguitudinem Congrionis, de qua Infra 282-3; quod si verum sit, recte priores illi versus Congrioni (non, quod Bo: fecerat, Anthraci,) tribuuntur.—*Haud non,* omnes Codd.——243. Hic versus apud novem Codd. Congrioni tribuitur. B. 2, H. 6, tantum habent Coc. ascriptum.——244. *Quod,* omnes Codd.—*Sed herus,* sqq. Strobilo cum quinque Codd. dedi.——245. *Ducit,* A. R. 1. 2. et H. 2, sed littera *e* superscripta; *Ducet,* reliqui.——246. *Hujus Eucl.* Mss. Bo: *Eucl. huj.* littera *s* autem vocis *Euclionis* elid. *Vicini* non liquescit.——247. Bo: *juss. dim.* sed aliter Codd.——249. *Huic,* octo Codd. et Ed. P. reliqui *hinc.* Bo. *huc.* *Ducis,* omnes et Nostr. et Vindd. et Ed. P. in duobus tantum H. 6. et V. 2, est littera *i* superscript. Bo: *dicis.* Octo Codd. *domi.*——250. *Nempe,* littera ultima pronuntiando elid. sicut et in voc. *dicis.*——251. *S'nex,* pronuntiand. *Filiæ,* sine elisione legend. ita enim omnes Codd. Bo: *filiai.*

243. *Anthrax.*] Nomen coqui, ut mos est apud Nostrum, ex officio inditum, quippe qui Vulcano studeat, ut ait Infra 313. Ita Congrio, a *pisce Congro,* [Infra *353;*] ut ibidem quoque Machærio, a *machæra,* h. e. cultro, nominatur.

253. *Pumex non æque est aridus.*] Quemadmodum ex pumice

An. Ain' tandem, ita esse, ut dicis?
St. Tute existuma.
Quin divom atque hominum clamat continuo fidem,
Suam rem perisse, seque eradicarier,
De suo tigillo fumus si qua exit foras.
Quin, quom it dormitum, follem obstringit ob gulam.
An. Cur?
St. Ne quid animæ forte amittat dormiens.
An. Etiamne obturat inferiorem gutturem?
Ne quid animæ forte amittat dormiens.
St. Hæc mihi te, ut tibi me, æquom est credo credere.
An. Imo equidem credo.
St. At scin' etiam, quomodo?

v. 255-7. Hi versus apud omnes Codd. transposite leguntur, in ordinem alii jamdiu revocarunt. In v. 256, Tres Codd. habent, *atque ipsum* pro *seque.* In v. 257, pro *tigillo,* habet H. 2, per correctionem *ligello,* addito in marg: "*Ligellum,* tuguriolum, Non. Marc. allato hoc loco."——258. Quatuor Mss. *obstrinxit,* sed perperam.——259. *Forte* abest ab omnibus præter H. 2. Quatuor Nostri Mss. *emittat,* et V. 1. 2. reliqui *amittat.*——261. Hunc versum uncis inclusit Bo: sed in omnibus Codd. et Nostr. et Vindd. reperitur; habet quoque Ed. P. et omnes quot vidi Vett. Tum vocem *forte,* quæ abfuit a pluribus in priori versu, h. l. habent omnes Codd. *animæ* soluto diphthongo pronunt. quidam scribunt *animai.* Tres solum Nostri et V. 2, h. l. *emittat.*——262. *Me* non elid. Octo Codd. habent *credere credo,* unde textum supplevi; vulgo vitiosis numeris abest *credo.*——263. *Credo* non elid.

nihil succi exprimi potest, ita de Euclione. Com. Ms. Habet inter Adagia Erasmus, *Aquam e pumice postulas;* ex Nostro Pers. 41. Citat quoque Lamb. Pseud. 73.

"*Pumiceos* oculos habeo: non queo
Lacrumam exorare ut exspuant unam modo."

Eodem faciunt proverbia, nempe in quenquam vel lacrymarum vel pecuniæ indigentem, ideoque ægre aliis suppeditantem: quippe nihil pumice siccius.

254. *Tute existuma.*] 'Judge for yourself.' Tu ipse ex iis quæ dicturus sum judica, seu arbitrare. Lamb.

257. *De suo tigillo fumus,* etc.] 'If any smoke makes its' escape through the rafters of his house.' Hyperbole, sicut et sequentia: quasi dicat senem istum parcissimum ne *fumum* quidem, (ut et *aquam* in v. 263;) pati posse profundi. Vid. Apul. Met. I. "Me peregrinantem tali viro conciliavit, in cujus hospitio nec fumi, nec nidoris nebulam vererer."

263. *At scin' etiam, quomodo?*]

Aquam hercle plorat, quom lavat, profundere.
AN. Censen' talentum magnum exorari potesse
Ab istoc sene ut det, qui fiamus liberi?
ST. Famem hercle utendam, si roges, nunquam dabit.
Quin ipsi pridem tonsor ungues demserat:
Collegit omnia, abstulit, præsegmina.
AN. Edepol mortalem parce parcum prædicas.
CO. Censen' vero, adeo esse parcum et misere vivere?
ST. Pulmentum pridem ei eripuit miliios:
Homo ad prætorem plorabundus devenit;

v. 264. *Potesse,* Quatuor Codd. et Ed. P. Duo etiam *posse.* Reliqui *potest.* Bo: *exorarier.* Ultima autem vocalis ante voc. sequ. in vers. prox. elid.——265. *Istoc,* prior syll. corrip.——266. H. 5. *utendum,* haud credo incuria.——270. *Esse,* quod monosyllabice pronuntiand. inest omnibus nostris, et tribus Vindd. omisit autem Bo. *Vero* abest a V. 1. 2.——271. Pro *pridem,* H. 2. R. 2. *pridie.* Mox, *ei* ἀνεκθλίπτως pronuntiand. Bo: *eji* contra fidem Mss.——272. Ita Codd. Nostri et Vindd. et Ed P. Bo: *deplor. venit.*

'But more, would you believe it?' 'What will you say to this?' De hac phrasi, Vide Gloss. Supra v. 8.

263. *Plorat.*] 'He grudges, by heaven, to pour away the water after washing.'

266. *Famem hercle,* etc.] Tam omnino abhorret iste senex ab usitato more dandi vasa, et reliqua ejusmodi, vicinis utenda; [Vide Supra 57. sqq;] ut ne famem quidem ipsam, si quis roget, utendam concederet, licet ejus ipse satis superque possideat. Ridicula sane hyperbole, sed personæ haud male conveniens.

267. *Quin ipsi pridem tonsor ungues demserat.*] 'Why the other day a barber had pared his nails for him.' Solebant tonsores post rasam barbam et ungues incidere. COM. Ms. Aliquando et in officina tonsorum, propter inopiam alibi cultellorum, otiosi nonnulli suos ipsi ungues purgabant, saltem fuit hoc negotium illius, de quo apud Hor. Ep. I. VII. 50, legimus.

271. *Eripuit miliios.*] In proverbium evasit quod est apud Nostr. Pseud. 853;

"Miluinis aut aquilinis ungulis."

Adde Pœnul. 1150.

"Male ego metuo miliios:
Mala illæc bestia est; ne forte me auferat, pullum tuom."

Hinc phrasis illa "*Miluinam* suggerant," (h. e. famem,) Men. 129.

272. *Ad prætorem,* etc.] 'The fellow goes off to the Prætor with

Infit ibi postulare, plorans, ejulans:
Ut sibi liceret miliiom vadarier.
Sexcenta sunt, quæ memorem, si sit otium.
Sed uter vostrorum est celerior? memora mihi.
Co. Ego, ut multo melior.
St. Cocum ego, non furem, rogo.
Co. Cocum ego dico.
St. Quid tu ais?
An. Sic sum, ut vides.
Co. Cocus ille nundinalis est: in nonum diem

v. 277. *Ut* omisit Bo. sed habent aperte scriptum omnes Codd. rapide tantum, ut mos est apud Nostrum, pronuntiand.——278. Huic versui, ut et sqq: varie apud Codd. tribuuntur personæ; *Sic sum ut vides*, apud septem nostros Congrioni datur; v. 279, quinque tribuunt Strobilo: et sic in reliquis variatur.—Cæterum *ego* habent omnes Nostr. et Vindd. ne cum Goell: *ergo* legas; *Cocum* autem non elid.——279. *Nundinal' est*, pronuntiand. ut et in B. 2, scriptum invenimus.

a most piteous tale.' Prætoris nimirum erat jus dicere, et actionem ac judices dare. Lamb. Vide Curcul. 379.

"Si magis me instabunt, *ad prætorem* sufferam."

Persa, 485.

"I ad forum *ad prætorem*," &c.

274. *Ut sibi liceret*, etc.] 'That he might be allowed to compel the kite to give bail, (for his appearance in court on a fixed day to answer for the felony.)' Cogere miluum ut det sibi fidejussores de jure reddendo. Com. Ms.

276. *Celerior.*] 'Which of you two is the sharper?' Alludit, ait Gulielm:, ad dictum quo furum manus *celeres* vulgo vocantur.

277. *Cocum ego, non furem, rogo.*] 'I ask which is the better *cook*, not *thief*.' Vulgaris hic apud Nostrum jocus, unde videtur coquis istis conductitiis, seu subministris eorum, male apud domos alienas creditum esse. Vide Infra 317. sqq. Pseud. 791-2.

"Forum coquinum qui vocant, stulte vocant:
Nam non coquinum est, verum *furinum* forum."

279. *Nundinalis est.*] Significat esse malum, et imperitum, et ignobilem: alludit enim ad nomen nundinarum, quæ a nono die dictæ sunt, propterea quod cum rustici dies octo rure in opere faciendo versati essent, nono in urbem veniebant ad leges cognoscendas,

Solet ire coctum.
An. Tu, trium litterarum homo,
Me vituperas, fur?
Co. Etiam, fur trifurcifer.
St. Tace nunc jam tu, atque agnum hunc, uter est pinguior,

v. 280. Mss. *Tu.* Bo: *Tun,*' quod habet unus quidem Cod. sed littera *n* ab altera manu addita.—*Trium*, μονοσυλλάβως accipiend.——281. Ita Codd. omnes, nisi quod a tribus nostris abest prius *fur.* Aliter Bo. sed frustra, scriptis refragantibus.——282. *Nunc jam tu,* omnes præter H. 5. ubi est *Jam tu nunc.*—Tum *agnum hunc,* octo Nostr. et tres Vindd. R. 2, *huc,* mendose pro forma contracta τοῦ *hunc.* Reliqui *horum;* et ita Ed. Princ. Bo: *hinc.*

quæ promulgatæ essent, et ad mercatum. Hic igitur coquus pro imperito et indocto habendus est, ut qui ex novem diebus uno die duntaxat conducatur, non quotidie ut coqui nobiles et usu periti. Hæc Lamb: Sed fortasse rectius ad Silicernium coquendum, h. e. cœnam feralem, seu *novendialem,* referatur: quo pertinet Nostr. Pseud. 796. sqq.

"Quin ob eam rem Orcus recipere ad se hunc noluit,
Uti sit hic, qui mortuis cœnam coquat:
Nam hic solus illis coquere quod placeat potest."

Ubi est jocus in Coquum conductum, quem prius dictum est fuisse

"Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem."

Unde apparet, fuisse vilissimorum coquorum officium ejusmodi cœnas coquere; quales designat Nost. Massinger, *City Madam,*

"Fie on them! they smell of Fleet-Lane and Pie-corner."
Act. I. Sc. 1.

Cæterum vide in Gloss.

280. *Trium litterarum homo.*] H. e. FUR, ut mox apparet. Aliam hujus phrasis significationem exhibet Erasm. Adag. "*Trium litterarum homo,* per ironiam dici potest in eum, qui generosus ac ingenuus videri cupiat. [E. g. Juv. Sat. V. 127. "Si quid tentaveris unquam Hiscere, tanquam habeas tria nomina."] Inde natum quod olim ingenui nomen, prænomen, et agnomen, literis aut insignibus suis, tribus literis notare solebant; ut pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Plautus in Aulularia jocum alio detorsit, nempe in servum [coquum] furacem; subjicit enim: *Etiam fur trifurcifer.*"

281. *Etiam, fur trifurcifer.*] 'Yes, to be sure, you thief of thieves.' *Etiam* valet, imo, ita, id facio quod dicis, nempe vituperandi tui causa hoc locutus sum.

282. *Agnum hunc, uter est pinguior.*] 'And that lamb, whichever of the two is the stouter'....

Co. Licet.

St. Tu, Congrio, eum sume, atque abi intro illuc, et vos eum
Sequimini; vos ceteri illuc ad nos.

Co. Hercle injuria
Dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent.

St. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.
I sane cum illo, Phrygia. Tu autem, Eleusium,
Huc intro abi ad nos.

Co. O Strobile subdole,

v. 283. Hujus et sequentis versus metrum est Trochaicum; *Licet* rapide pronuntiand. Dedi autem omnium Codd. lectionem, nisi quod a duobus Nostris, et duobus Vindd. abest particula *et*. Frustra hic se contorserunt editores, cum nomen *Congrio,* (quod aperte in omnibus scriptis exstat,) pro glossem. habuerint; quo modo autem hic locus explicandus, non vexandus, sit, in Notis subjeci.——285. *Dispertivisti,* Ita octo Codd. reliqui, et Bo: *dispartivisti.*——286. *Nunc tibi,* omnes Codd.——288. *Abi,* omnes Codd. Bo: *abidum.*

De industria obscurus est, joci causa; nam cum intelligat Strobilus, '*tu sume eum agnum, uter* (h. e. qui ex duobus agnis,) *est pinguior,*'—sententia nondum finita, accipit Congrio tanquam dixisset '*tu, uter vestrûm est pinguior, sume* etc.;' ideoque, sicut Supra [v. 277.] *Celeriorem* coquum se jactaverat, nunc eundem se *pinguiorem* quoque, ridiculi gratia, prædicat.

283. *Licet.*] 'Your humble servant.' Assentiendi formula; quasi dixisset, *En ego pinguior!* Hoc sensu sæpe apud Nostrum vox *licet* usurpatur. Vide exempla in Gloss.

— *Tu, Congrio, eum sume.*] Perstat malitiose in joco Strobilus, tanquam in versu præcedenti vox *uter* ad coquum, non ad agnum, pertineret; macriorem igitur agnum pinguiori coquo Congrioni assignat, et hinc jocus in sqq. Sic hic locus expediendus, cujus sensum ambiguum cum non viderint Interpp: ad varias artes, ut mos est, confugerunt. Vide in Nott. Critt.

284. *Ad nos.*] Infra, 288. 296. Ad nostras ædes; scilicet Megadori.

— *Injuria.*] 'Unfairly.' Injuste.

287. *Phrygia.*] Tibicinæ aptum nomen: nam tibiæ in Phrygia inventæ, et a Phrygia profectæ sunt. Lamb. qui citat Tibull.

"Nam turba jocosa
Obstrepit, et Phrygio tibia curva sono."

— *Eleusium.*] De hac forma nominum propriorum vide Men. 93. Gloss. ad voc. *Erotium.*

Huccine detrusti me ad senem parcissumum, 289
Ubi, si quid poscamus, usque ad ravim poscamus prius
Quam quicquam detur?
St. Stultius et sine gratia est,
Tibi recte facere, quando, quod facias, perit.
Co. Qui vero?
St. Rogitas? Jam principio in ædibus
Turba istic nulla tibi erit; si qui uti voles,

v. 290. Versus Trochaic. quo indignatio exprimitur. *poscamus*, omnes et Nostr. et Vindd. a plerisque autem abest *usque;* et *ravim* in nonnullis corrupte legitur.——291. *Stultius*, Ita Bo. Quatuor nostri, et V. 2. *stultum;* reliqui *stultus*, et ita Ed. P. Tum plerique dant *es* pro *est*.——292. *Tibi*, omnes Codd. et Ed. Princ. Bo: haud male, *Ibi*, i. e. eo loco.——294. Mss. plerique *istuc;* omnes, *si quid*.

289. *Ad senem parcissumum.*] 'To the house of this old curmudgeon.' Sic Men. 20. 32. etc.

290. *Usque ad ravim poscamus,* etc.] 'I may bawl myself hoarse before I get anything.' Erasm. Adag. "Plautus dixit *usque ad ravim* pro eo, quod est, improbe, sæpius, clamose adeo ut vox etiam toties vociferanti raucescat."

291. *Stultius et sine gratia est,* etc.] Locum frustra jactatum optime vertas, 'It's a stupid and thankless office to do a man a favour when it is all thrown away.' Sententia fere eadem quæ in Epid. 131.

"Hercle miserum est, ingratum esse homini id, quod tu facias bene.
Ego quod benefeci, malefeci."

Stultius eleganter pro *stulte* dictum, ut Supra 142, *blandius*. Confert Both: Amph. Prol. 66. "Sed ego *stultior*." h. e. valde stultus.

292. *Recte facere.*] Pro *bene facere;* ut in Pseud. 1080. (quem locum, propter sententiam, et constructionem, haud male cum hoc nostro conferas;)

"Nam quanti refert, te *nec recte dicere*,
Qui nihili faciat, quique inficias non eat?"

Ubi *non recte dicere* est pro *male dicere*.

— *Perit.*] 'Goes for nothing.' Ex quo tibi nulla habetur gratia. Com. Ms. Supra 205. Gloss.

294. *Turba nulla.*] 'No confusion.' In domo Euclionis, quæ est inanitatis plena, nihil erit quod turbas tibi, quæ solent coquentibus impedimento esse, faciet.

295. *Domo abs te.*] Id. qu. *Ex tua domo;* per pleonasmum; nam *abs te* tantum per se valet.

Domo abs te afferto: ne operam perdas poscere.
Hic autem apud nos magna turba ac familia est,
Supellex, aurum, vestes, vasa argentea:
Ibi si perierit quippiam, (quod te scio
Facere abstinere posse, si nihil obviam est):
Dicant: Coci abstulerunt: comprehendite,
Vincite, verberate, in puteum condite!
Horum tibi istic nihil eveniet: quippe qui,
Ubi quid surripias, nihil est. Sequere hac me.
Co. Sequor.

v. 297. *Supellex*, Quatuor nostr. Reliqui *suppellex*.——299. *Facere*, Ed. P. omnes nostr. et V. 2. 3 Bo: *Facile*; quod dat V. 1. et habet in marg. H. 6. sed alterum verisimilius, vel ob hanc causam quod insolentius est. Est autem pro *surripere*, intellect. a præcedd. Vide Nott.——302. *Horum*, septem nostr. Bo: *Horunc*.—*Quippe qui*, omnes Codd. vide Nott.——303. Ita Bo. post alios. Cæterum *surripias* abest ab omnibus quos vidi Codd. In uno H. 6, est *subripiat* supra versum altera manu insertum Tres nostr. et V. 1. 2; *Ubi nihil est* habent, omisso *quid*.

296. *Familia.*] 'A large establishment.' H. e. Servorum familia, qui inde *familiares* nuncupantur.

298. *Perierit.*] 'Be missing.' Supra 205.

299. *Si nihil obviam est.*] Quod auferas; sed siquid esset, minime. Com. Ms. i. e. minime abstinere potuisses. *Facere* autem est per Græcam constructionem pro *a faciendo;* sed Vide Nott. Critt.

301. *Puteum.*] 'The dungeon.' Bene Lamb: *Puteus* hic intelligendus est, non in quo sit aqua perennis, sed locus subterraneus et suffossus, et quasi barathrum quoddam. Et sic Infra 319.

302. *Istic.*] Apud Euclionem nihil tibi istiusmodi eveniet, quippe qui eas illuc ubi nihil est quod surripere possis.

— *Quippe qui.*] Est ἀνακόλουθον, simile illi, Pseud. 466.

— "Hercle qui, ut tu prædicas,
Cavendum est mi abs te irato."

Ita Both: qui alia exempla citat. Latet credo aliquis error, quem sensit quidem, nec tamen expediit Gronov: quem vide.

303. *Sequere hac me.*] Sc. Congrio. Nam Anthrax cum suis dudum [v. 283.] in domum Megadori introierat. Hinc recte postremum *Sequor* in vulg. et edd. vett. Congrioni tribuitur, quod perperam Bothius Anthraci. Weise.

ACT. III. SCENA II.

STROBILUS. STAPHYLA. CONGRIO.

STR. Heus, Staphyla, prodi atque ostium aperi.
STA. Qui vocat?
STR. Strobilus.
STA. Quid vis?
STR. Hos ut accipias cocos,
Tibicinamque, obsoniumque in nuptias.
Megadorus jussit Euclioni hæc mittere.
STA. Cererin', Strobile, has facturi nuptias?
STR. Qui?
STA. Quia temeti nihil allatum intelligo.

v. 308. Sequor ordinem quem dant Codd. sine causa transposuit Bo. et *mi* ante *Strobile* (quod ἀνεκθλίπτως pronuntiand,) unius auctoritate Macrob. (Saturn. 3. 11.) addidit.

307. *Jussit mittere.*] 'Bade *us* send.' Vide quæ in v. 200, fuse de hac constructione diximus: æquo enim jure hoc loco *mitti* pro *mittere* legendum affirmes, ac ibi *confodiri* pro *confodere*.

308. *Cererin'*, etc.] 'Are you going to hold this wedding in honour of Ceres?' Nam Θεσμοφορίοις, id est, Cerealibus, seu festis diebus Cereris, vini usus interdictus erat, neque vinum in sacris adhibebatur: ex quo *θυσίαι νηφάλεοι* sunt dictæ. LAMB. Vide Comment. ad Aristoph. Avv. 1519.

"'Αλλ' ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν."

Ait igitur Staphyla, Ducitis omnia ad nuptias necessaria præter vinum; siquidem Cereris sacrificia vinum non habebant. COM. Ms.

— *Facturi.*] *Facere* valet, hoc loco, *sacrificare;* Vide Gloss: Infra 576.

309. *Temeti nihil,* etc.] 'I don't see that you've brought any wine.' Jocus familiaris Comicorum in anum temulentam, h. e. *temeti amantem*. Vide Supra 235.

STR. At jam afferetur, si a foro ipsus redierit.
STA. Ligna hic apud nos nulla sunt.
Co. Sunt asseres?
STA. Sunt pol.
Co. Sunt igitur ligna: ne quæras foris.
STA. Quid, impurate, quamquam Volcano studes,
Cœnæne causa, aut tuæ mercedis gratia,
Nos nostras ædes postulas comburere?
Co. Haud postulo.
STR. Duc istos intro.
STA. Sequimini.

v. 314. *Tuæ*, per crasin pro monosyll. habendum.

310. *Ipsus.*] Ipse; 'Master;' αὐτός. sc. Euclio, qui mox v. 325, a foro, h. e. macello, redit: itaque perperam Megadorum hoc loco per *ipsum* intelligunt Interpp.

311. *Sunt asseres?*] 'You've the beams of the house, I suppose?' Hoc ait, ridiculi causa, quia Staphyla dixerat *nulla esse ligna* apud ædes Euclionis.

312. *Sunt pol.*] 'To be sure there are.' Cum admiratione.

— *Sunt igitur ligna*, etc.] 'Well then there's wood enough, you need not go to seek it elsewhere.' Procacis coqui ineptiæ, indignantis nimirum quod in ædes miseras Euclionis detrusus sit.

313. *Impurate*, etc.] Jocus petendus est ex differentia inter voces *impuratus* et *impurus*, de qua vide in Gloss. Sensum acu tetigit Interpr. Angl. 'You that are *unpurified*, though your business is so much with fire.' Significat, tantas ejus impuritias esse, ut ne ignis quidem, cujus vi solidissimorum quoque corporum metalla defæcatiora redduntur, illis purgandis unquam sufficiat, tametsi eum (ignem) in Præfectura sua focariæ provinciæ semper colat ac tractet. DOUZ.

— *Quamquam Volcano studes.*] 'Though a disciple of Vulcan's.' Coquinæ præfectus es. COM. Ms. Vide Gloss. et conf. Pers. 335.

VIRG. "Amabo, mi pater,
Quamquam lubenter *escis alienis studes*,
Tuin' ventris causa filiam vendis tuam?"

315. *Nos nostras ædes*, etc.] Locus est consimilis in Capt. 770.

HE. "Quid jubeam?
ER. Ignem ingentem fieri.
HE. Ignem ingentem?
ER. Ita dico; magnus ut sit.
HE. Quid? me, volturi,
Tuan' causa ædes incensurum censes?"

ACT. III. SCENA III.

PYTHODICUS.

Curate; ego intervisam, quid faciant coci,
Quos pol ut ego hodie servem, cura maxuma est.
Nisi unum hoc faciam, ut in puteo cœnam coquant;
Inde coctam sursum subducemus corbulis.
Si autem deorsum comedent, si quid coxerint:
Superi incœnati sunt, et cœnati inferi.

v. 318. *Ut ego,* Ita Codd. transposuit Bo.——319. *Ut in put.* Ita Mss. Bo: perperam, de suo, *in puteo uti cœn. coqu.*——320. *Inde,* rapide pronunt. *sursum subduc.* omnes Codd. Iterum sine causa, et numeris pejoribus, transposuit Bo.——321. *Si autem,* omnes, et nostr. et Vindd. præter H. 3; ubi est *Sin,* quod dedit Bo.——322. *Sunt,* Codd. Bo: *sint,* post LAMB. aliosque Recentt.

317. *Curate.*] 'Mind you your business.' Sic ad conservos suos loquitur Pythodicus Megadori servus, dum ipse coquos inspiciendi causa exit.

— *Intervisam.*] 'Will meanwhile step in; will just step in and see.' Nam valet *interea* visam. Supra 159.

318. *Cura maxuma est.*] 'It's no sinecure to watch these fellows.' Quippe qui vel inter se *Fures,* [Supra 280;] pro appellatione audire soleant.

319. *Nisi unum hoc faciam.*] Non causa est cur cum PAREO in Lex: Plaut: *nisi* hoc loco pro *sed* accipias. Vertas enim, '*Unless* I hit on this single contrivance;' quo facto, curam illam observandi missam faciam.

— *In puteo.*] Supra 301.

322. *Superi incœnati sunt,* etc.] Aliud periculum menti occurrit. Conclusi in puteo nil quidem furabuntur, sed comedent forte cœnam. Tum *Superi,* i. e. qui in loco superiore sunt, in ædibus, incœnati erunt, et *inferi,* qui in hypogeo latent, coqui nempe, erunt cœnati. Ludit in ambiguitate vocum *superi, inferi,* quæ ad deos vulgo pertinent. Æn. VII. 312. "Flectere si nequeo *Superos,* Acheronta movebo." Cic. Tusc. I. 5. "Num te illa terrent, triceps apud *inferos?*" etc. NAUD. Sed vide ne sit jocus potius, 'The *dead* will feast, while the *living* fast;' nam hoc sensu inter se *superi* et *inferi* distinguuntur; cujus exempla in Gloss. contuli.

Sic verba hic facio, quasi negotii nil siet,
Rapacidarum ubi tantum siet in ædibus.

ACT. III. SCENA IV.

EUCLIO. CONGRIO.

EU. Volui animum tandem confirmare hodie meum,
Ut bene me haberem filiæ in nuptiis:
Venio ad macellum, rogito pisces; indicant
Caros, agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia;
Atque eo fuerunt cariora: æs non erat.
Abeo iratus illinc, quoniam nihil est qui emam.
Ita illis impuris omnibus adii manum.

v. 323. *Sic*, omnes, præter nostr. C. ubi est *Si*, mendose. Bo: post alios, *Sed;* at nihil opus.——326. *Me* abest a Codd.——327. Pro *indicant*, R. 2, *venditant.*——331. *Iratus illinc,* Ita Codd. Littera *s* in *iratus* elid. Tum *nihil est qui emam,* Sex nostr. Duo Vindd. et Ed. P. *est nihil qui emam,* V. 2. et Quatuor nostr. H. 5, habet *quo* ut gloss: in *qui* superscript.——332. Prior syll. τοῦ *illis* corrip. *Adii,* Codd. Bo: *adivi.* Pro *omnibus* Ed. P. *ominibus.*

324. *Rapacidarum ubi tantum, etc.*] 'When there is such a gang of thieves in the house.' *Rapacida* est patronymica forma qua Comice hic lusum est et sæpe in aliis Comœdiis. Tur. c. 23; intelligit *filios furum;* i. e. furaces. GRÆV. Vide Gloss.

330. *Æs non erat.*] Subaud. *mihi.* 'I hadn't the money.' Ob similem causam *cara* fuerunt omnia Peniculo parasito, Men. 29. sqq.

332. *Adii manum.*] Si Interpretes audias, quotquot hunc locum tractaverint, sensus erit, 'I baulked the rascals;' orta locutione ex eo quod qui alios decipere in animo habeant, *manum,* tanquam daturi quid, porrigant, (i. e. *adeant,*) et tum subito retrahant. GRON. *Lect. Plaut.* "*Manum adire alicui* est phrasis elegantissima; postquam spem alicui dederis, cum ad rem ventum est,

Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occœpi: Festo die si quid prodegeris:
Profesto egere liceat, nisi peperceris.
Post hanc rationem cordi ventrique edidi:
Accessit animus ad meam sententiam,
Quam minumo sumptu filiam ut nuptum darem.
Nunc tusculum emi, et hasce coronas floreas;
Hæc imponentur in foco nostro Lari:
Ut fortunatas gnatæ faciat nuptias.

v. 335. *Profesto,* Ita plane H. 1. cum gloss. marginali distinguenti inter *diem festum* et *profestum.* Habent quoque B. 2. H. 6. V. 3; sed ex correctione. Reliqui omnes *Profecto,* sed perperam.——336. *Post,* Ita Codd. Bo: *Postquam.* Habet unus H. 6, *quam* altera manu insertum.——339. *Nunc;* Plures nostri et tres Vindd. habent *Hunc,* sed videtur ortum esse errorem ex similitudine quæ est in scriptis inter litteras H et N; hinc versu proximo habet H. 3, *Nec,* pro *Hec,* (i. e. *Hæc.*) Citat Priscianus *Nune thusculum emi.* Vide Gloss.—*et hasce coronas,* Ita Codd. Bo: *hoc et.*

frustrari, et eundem fallere.“ Et hic videtur esse sensus verborum in locis aliis Plautinis quos in Gloss. contulimus. Nec tamen longe a scopo aberrat interpretatio, quam dedit Gueudeville, ‘Ainsi *j'ai pris congé,* j'ai dit adieu à toute cette vilaine Canaille-là;’ cujus Comment: operæ pretium erit citare; ”*Adire manum,* signifie ici ce qui se dit souvent dans nôtre langue; *je baise les mains.* Car cette expression là prise dans le serieux, est un temoignage de respect et de civilité. Mais quand on s'en sert ironiquement, c'est pour signifier qu'on trompe l'esperance et l'attente des Gens.“ Sic Moliere,

“ Je vous baise les mains, Je n'ai pas le loisir.”

L'Etourdi. Act. II. Sc. vii.

334. *Prodegeris.*] Prodige expenderis. Com. Ms. Profuderis. Vide Gloss.

335. *Profesto egere liceat.*] Bene, quod ad sensum, profert Interpr. Angl. adagium Nostrum,

“ Feast to-day makes Fast tomorrow.”

336. *Post hanc rationem,* etc.] ‘Having announced this view of the case to my heart and stomach.’ Ridicule sumpta formula ex Senatus Consultis, in qua perstat v. sequ.

337. *Accessit animus ad meam sententiam.*] ‘My mind came over to my opinion.’ Ponit quasi ipse et animus suus diversæ sint personæ, nam in initio hujus scenæ dixerat, Se animum suum ægre ad tantos sumptus nuptiarum die faciendos conciliasse.

339. *Coronas floreas.*] Prol. 25.

Sed quid ego? apertas ædes nostras conspicor?
Et strepitus est intus: numnam ego compilor miser?
Co. Aulam majorem, si potes, viciniam
Pete: hæc parva est; capere non quit.
Eu. Hei mihi!
Perii hercle! aurum rapitur! aula quæritur! 346
Nimirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere!
Apollo, quæso, subveni mi atque adjuva,

v. 343. Ita Mss. Pronuntiand. *Strepitust.*——344. *Si potes,* omnes Codd. Bo: *potest.—Viciniam,* Novem Codd. Nostr. et tres Vindd. Bo: *vicinia,* quod habent, H. 6. R. 1. et C. sed in H. 6, plane orta est ea lectio ex erasa lineola quæ in Vett. Scriptt. est pro littera *m* superscript. et sic credo in Ed. Princ. et R. 1. et C, furtim irrepsit *vicinia.*——345. Bo: *Hæc est parva,* contra fidem Codd.——347. *Propere* ante *propero* inseruerunt Gulielm. aliique, sed in Nostris Scriptis non apparet; Cæterum Vide in Nott.

342. *Sed quid ego?*] Sic interpungendum, quod exquisitius est quam vulg. "Sed quid ego apertas" etc. et magis Plautinum. Exprimit enim subitam et violentam animi perturbationem ut in re nec opinata. Conf. Men. 366. "*Sed quid ego?* video Menæchmum?" Curc. 607. "*Quid ego?* sub gemman' abstrusos habeo tuam matrem et patrem?" Pseud. 1281. "*Sed quid hoc?* quomodo? *quid tu?* video ego...?"

343. *Numnam ego compilor?*] Emphatice dictum. 'Surely I'm not robbed, am I?' Supra 199. "*Num* ego disperii?"

344. *Viciniam.*] Valet, Apud vicinos. Supra 57. Vide Nott. Critt.

345. *Hæc parva est.*] 'This is *too* small.' Subaudiend. *Nimis.* Ut *tam* sæpe subauditur. E. g. Men. 169. 387. 862. Et *potius,* Ibid. v. 628. Etc.

347. *Nimirum occidor,* etc.] Ita Langii membranæ habent, quod versus probat, quum senariis iambicis septenarium trochaicum admiscuit, ut properationem senis carmine ipso concitatiore exprimeret. Tum simile hoc supra positum,

"Nunc domum properare propero."

Et Curc. 536.

"Nunc nisi tu mihi propere properas dare
jam triginta minas."

Gulielm. *Quæst. Plaut.*

Plura nos de hac re Men. 773. 913.

348. *Apollo.*] Apollinem invocat ut ἀλεξικακὸν, h. e. Malorum depulsorem. Lamb. Ob eanden causam Hor. Sat. I. ix. 78.

"Sic me servavit Apollo."

Cui in re tali jam subvenisti antehac!
Confige sagittis fures thesaurarios!
Sed cesso prius, quam prorsus perii, currere?

ACT. III. SCENA V.

ANTHRAX.

Dromo, desquama pisces. Tu, Machærio,
Congrum, murænam, exossata fac sient.
Ego hinc artoptam ex proxumo utendam peto
A Congrione. Tu istum gallum, si sapis,
Glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est.

vv. 349-50. Hi versus in omnibus Codd. transponuntur, sed recte in ordinem revocavit Bo.—Cæterum *antehac* omnes præter H. 6; qui habet *antidhac* ex correctione; et sic dedit Bo.——351. *Prius*, μονοσυλλάβως pronunt.——352. Codd. vel. *Promodes quam aspicis*, vel *Dromodes*, vel *Cromodes quamquam;* et simill. Emendatoris manus in Comment: Ms: agnoscitur his verbis; "Sciendum est, quod hic textus olim corruptus fuit, quem dominus Guarinus correxit, quum legeret Priscianum qui allegat hunc textum."——353. Ita novem nostr. Codd. et V. 1. *exdorsua quantum potes*, V. 2. R. 2. (et H. 6; sed ex correctione.) *exdorsua*, *ac sient*, V. 3; sed *exossata* superscript. *exossa quantum potes*, H. 2; qui habet in marg. *exdorsua*, et citat Non. Marc.——354. *Hinc*, H. 2. R. 2. ut et Infra 357. Reliqui *hic*.——356. *Glabriorem*, B. 1. H. 4, (et H. 2; ex correctione.) *glabriolem*, H. 5. Reliqui *glabrionem;* et sic Com. Ms. quod habet, "*glabrio*, sine pilis."—Pro *ludius* habent nonnulli *lydius*, et *lidius*.—Pronuntiand. autem *ludiust*, et ita scripsit Bo.

350. *Confige sagittis.*] Est enim sagittarius et jaculator Apollo: et ita Poetis Græcis appellatur ἑκηβόλος, et ἑκατηβελέτης, et ἕκατος, et ἑκάεργος. Lamb.

352. *Machærio.*] Coqui nomen ex officio impositum. De quo vide Supra 243.

353. *Congrum, murænam,* etc.] Cum hac scena conferunt Interpp. Ter. Adelph. III. iii. 23.

"Pisces cæteros purga, Dromo:
Congrum istum maxumum in aqua sinito ludere
Paulisper: ubi ego venero, exossabitur."

Et hinc nostra lectio confirmatur. Vide in Nott. Critt.

Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proxumo?
Coci hercle, credo, faciunt officium suom.
Fugiam intro: ne quid turbæ itidem hic fiat mihi.

ACT. III. SCENA VI.

CONGRIO.

Optati cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ omnes,
Date viam, qua fugere liceat! facite totæ plateæ pateant! 361

v. 359. Ita plane V. 2. habent etiam H. 2. 5. sed *hic* transposito. *fiat* autem omnes, et Nostr. et Vindd. Bo: *fuat*, de suo.——360. *Optati*, omnes Codd. et Ed. Princ. Conjecerat Bo: *Obdati*, h. e. *obviam dati*, sed nil opus.——361. *Quam*, R. 1. et C. Reliqui *qua*.

358. *Faciunt officium suom.*] Verte, 'Are after their old pranks.' Furando, scil. et litigando. Com. Ms. Condigne, et more suo agunt: Hoc sensu haud semel apud Nostrum hæc phrasis usurpatur. Conf. Pseud. 913. Ubi Sycophanta Simmia a Pseudolo quæritur,

Ps. "Hem, te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam male, ne abisses.
S. *Fuit meum officium*, ut facerem, fateor."

Nempe, ut aufugerem. Et, Asin. 361. "Quin *tuom officium facis* ergo, ac fugis?"

359. *Turbæ.*] 'Confusion.' Turbationis. Supra. 296.

— *Hic.*] Domi nostræ; apud Megadorum.

360. *Optati cives*, etc.] *Optati* valet h. l. implorati, rogati. Nisi malis cum Bothio *Obdati* reponere; Vide Nott. Critt. Hujusmodi scenæ passim apud Nostrum occurrunt, quorum plurima exempla contulit Both. quibus addas. Rud. 519. seqq.

Tr. "Proh, Cyrenenses populares, vostram ego imploro fidem!
Agricolæ, accolæ, propinqui qui estis his regionibus,
Ferte opem inopiæ, atque exemplum pessumum pessumdate!"

Ter. Adelph. II. i. 1.

"Obsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium."

De Metro Trochaico in Scena Motoria usurpato, Vide Men. 913.

Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum:
Ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.
Totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex gymnasium;
Itaque omnes exegit foras, me atque hos, onustos fustibus.
Neque ligna ego usquam gentium præberi vidi pulcrius.
Attat, perii miser hercule ego: aperit Bacchanal, adest,

v. 362. *Bachinal*, R. 1. et C. sed in v. 367, R. 1, habet *Bachanal;* non item C.——364. *Perii*, non elid. et *s'nex* pronuntiand. ut in Argum. v. 8.——365-6. Ita hi versus in omnibus Codd. ordinantur; et quidem melius, quod ad sensum attinet.——367. Mss. vel *Atat* vel *At at.* Et ita Edd. Vett. sed alterum plenius, nec caret auctoritate.

362. *In Bacchanal.*] Domicilium Baccharum. Βακχεῖον. Vide Gloss.

364. *Ita me iste habuit senex gymnasium.*] Id est, Ita senex iste sese in me verberando exercuit. Ita ego isti seni pro gymnasio fui, in quo se exerceret. Lamb. 'Has so used me for a bruising school.' Asin. 279.

"Gymnasium flagri, salveto."

366. *Ligna præberi.*] Hoc ridicule dictum de *fustibus* sibi et aliis conservis abunde injectis; simul alluditur ad *ligna*, foco instruendo necessaria, quorum (Supra v. 311,) dixerat Staphyla, nulla esse apud Euclionem, jam autem queritur Coquus quod ibi plus quam nimia invenerit. "*Præbere ligna* autem, dicunt Latini, ut præbere salem, oleum, &c. πορίζειν, παρέχειν, ex quo πάροχοι." Lamb. Sic Hor. Sat. I. v. 45.

"Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit, et Parochi, quæ debent, *ligna* salemque."

Cic. Att. Lib. V. de sua continentia in provincia, "Scito, non modo nos fœnum, aut quod lege Julia dari solet, non accipere, sed ne *ligna* quidem." Douz.

Sequitur! Scio, quam rem geram: hoc ipsus magister
me docuit.

ACT III. SCENA VII.

EUCLIO. CONGRIO.

Eu. Redi! quo fugis nunc? tene!
Co. Quid stolide, clamas?
Eu. Quia ad Trisviros jam ego deferam nomen tuom.
Co. Quamobrem?
Eu. Quia cultrum habes.
Co. Cocum decet.
Eu. Quid comminatus
Mihi?
Co. Istuc malefactum arbitror, quia non latus fodi.

v. 368. Ita Codd. Bo: *me mag. docuit.* Metrum est Trohaic. Tetr. Catalect..——370. Ita Codd. Bo: *tuom nomen.*——371. *Quid*, omnes Codd. Et Edd. Vett. Bo: *quia;* sed nil opus.

368. *Scio, quam rem geram.*] Scio quid agam; nempe haud me impune læserit, quippe qui plagas inferenti totidem referam, ut mox apparet; Infra 379.

— *Ipsus magister.*] Euclio nempe, qui tam largiter fustibus usus est.

371. *Quia cultrum habes.*] Quem gestare vetitum legibus, nisi tantum coquis; quare hac causa se excusat Congrio. Cic. Pro Mil. IV. "Esse cum telo, hominis occidendi causa, vetat lex."

— *Quid comminatus mihi?*] Quid comminatus es mihi? Cum se defendat coquus quia cultrum *ex officio* gerat, accusat alter quod minaciter eo usus est, ideoque pro *malefactore* haberi debeat, et ad Tresviros deferri, de quorum officio, Vide in Gloss.

372. *Istuc malefactum arbitror,* etc.] Fateor, inquit Coquus, *Ma-*

Eu. Homo nullus est te scelestior qui vivat hodie,
Neque cui de industria ego amplius male lubens faxim!
Pol etsi taceas, palam id quidem est: res ipsa testis est:
Ita fustibus sum mollior magis quam ullus cinædus.
Co. Sed quid tibi nos, mendice homo, tactio est? quæ res est?
Eu. Etiam rogitas? an, quia minus, quam æquom erat feci?
Sine!
Co. At hercle cum malo tuo magno, si hoc caput sentiet!

v. 374. *Amplius male plus,* omnes Codd. et Ed. P. sed recte, credo, *plus* pro glossem: habuit Bo.——375. *Etsi,* omnes Codd. *Pol* rapide, sublata vocali, pronuntiand.—Tum *testis est,* Codd. Bo: *testis;* sed pronuntiand: *testist.*——376. Ita omnes Codd. nostr. et Vindd. Pro *sum* habet mendose *solum* Ed. Princ. omisit Bo. Legenda autem sunt *fustibu';* et *mollior* pro dissyll.——377. Ordinem Codicum secutus sum, quem sine causa transposuit Bo.—*Quæ res est?* R. 2. Cæteri Codd: *quæ res?*——378. *Rogitas,* Codd. Bo: *rogas?*—Tum *æquom erat* Codd.——379. Ita Mss. unus H. 3, *magno tuo malo.* Bo: *magn. mal. tuo.*—Tum *sentiet* omnes Codd. et Ed. Princ. Ald. et Parm. Bo: *sentit.*

lefactorem me esse, haud quidem quod cultrum, gero, aut quod tibi comminatus sum, sed ob hanc causam solummodo, *quia non latus tuum fodi,* istud enim tantum, quod scio, *male feci.* Σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν, cujus exemplum vide Infra 597.

376. *Mollior magis quam ullus cinædus.*] Hi passim ut molles et effeminati apud Comicos et Satirarum Scriptores carpuntur. Vide Menæchm. 415. Cæterum nota duplicem comparativum, *magis mollior,* Græcorum more usurpatum.

377. *Quid tibi nos tactio est?*] 'What right have you to touch me?' Quamobrem nos tangis? Vide Infra 701. et Men. 914. Gloss.

"Quid me vobis tactio est?"

Verbalia apud antiquos non mutabant constructionem sui verbi. Com. Ms.

379. *Sine!*] Minantis, et jamjam ferituri verbum. Sic "Posce!" Men. 399.

— *At hercle cum malo tuo magno,* etc.] Mire hunc locum vexarunt Interpp. "Sine," ait Euclio, fustem interea in caput jamjam lapsurum intendens, "Sine ut va-

Eu. [Pol ego haud scio, quid post fuat: tuom nunc caput
sentit!]
Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotii,
Me absente, nisi ego jusseram? Volo scire.
Co. Tace ergo:
Quia venimus coctum ad nuptias.
Eu. Quid tu, malum, curas,
Ego utrum crudum an coctum edam, nisi tu mihi es
tutor?

v. 380. Abest hic versus omnino a nostris omnibus Codd. nec reperitur in duabus, quas habeo, Vett. Editt. Parm. 1510. Ald. Venet. 1522. Habet quidem Lambinus, Genev. 1622. quem posteriores Editt. tacite secutæ sunt. Sed utut in textum irrepserit, longe melius, credo, abfuit; interim uncis inclusi, donec cujusmodi stet auctoritate certior sim factus. Pro *fuat* autem Gronov: aliique habent *fiat*.——383. *Venimu'*, pronuntiand.——384. *Ego* abest a Mss. Addidit Bo.—*Edam*, Mss. Bo: *edim*.

pules;"—ad quod Congrio, qui Supra [v. 368.] dixerat, se haud ultra has contumelias passurum, respondet: "At hercle cum malo (h. e. *periculo*) tuo magno, si hoc caput sentiet;" i. e. si hoc meum caput plagas ex tua manu accipiet.

— *Si hoc caput sentiet.*] 'If my head feels (your blow.)' i. e. Si ego abs te feriar in caput. Verberabatur autem caput potissimum apud antiquos. Weise. E. g. Hor. Sat. I. v. 21.

"Cerebrosus prosilit unus,
Ac mulæ nautæque *caput* lumbosque saligno
Fuste dolat."

Infra 394.

"Non fissile haberes *caput*."

380. *Quid post fuat.*] 'What may befal me hereafter.' Ridet hominem *sero* (quod est timidorum) interminantem Euclio; quærit enim cur non prius se vapulatus defenderit: ait scilicet, "Tuum nunc (credo) caput sentit," (plagas nempe jam nuper in eo illatas,) "quid mi igitur malum *in futurum* prædicas; imo quare non *præsens* supplicium ob *præsentem* sumis injuriam?" Sed Vide Nott. Critt.

381. *Quid...nam erat negotii.*] 'What business, *I pray*, had you in my house?' De vi particulæ *nam*. Vide Supra v. 3. Gloss.

384. *Nisi tu mihi es tutor.*] Nisi forte tu mihi tutor datus es quasi puero impuberi, et parvulo. Lamb. Horum in pupillos, parentibus orbos, cura in proverbium evasit. Conf. Pers. Sat. III. 96.

"Ne sis mihi tutor."

Co. Volo scire, sinas, an non sinas, nos coquere hic cœnam?
Eu. Volo scire ego item, meæ domi mea salva futura?
Co. Utinam mea mihi modo auferam, quæ attuli, salva!
Me haud pœnitet: tuane expetam?
Eu. Scio: ne doce! novi!
Co. Quid est, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam?
Quid fecimus, quid diximus tibi, secus quam velles?
Eu. Etiam rogitas, scelestc homo? Qui angulos omnes 391
Mearum ædium et conclavium mihi perviam facitis.
Id ubi tibi erat negotium, ad focum si adesses:

v. 386. *Ego item*, Codd. *ego* non elid.—*meæ*, Codd. et monosyllabice legend. Bo: *meæn'*.——387. Codicum ordinationem secutus sum; nisi quod H. 2, habet *mihi mea modo*, et C, *mea modo mihi.* Sine auctoritate, et pejoribus, si quid audio, numeris, transposuit Bo.——388. *Me haud*, Ita scripti Nostr. et Vindd. Bo: *mei.* Camerar: *Meum* pro *meorum;* sed nil opus.——389. Ita Codd. præter B. I. ubi est *prohibes nunc.* Bo: *nunc prohibes.* duæ autem posteriores vocales τοῦ *prohibeas* in unam syll. per crasin coalescunt.——390. *Diximus tibi*, Ita Codd. qui omnes habent *secus.*——391. *Rogitas*, Mss. ut Supra 378; et habet hoc verbum plus indignationis quam simpl. *rogas.*—*Qui* autem (quod dant omnes Codd. et Ald. et Parm.) respicit ad Coquum et ejus conservos; et hinc *facitis*, versu sq. pro quo voluit Dissald. *facis*, sed absque causa.——393. Habet H. 5, plane scriptum *ad forum si adires;* et id mihi primo visu valde arrisit, quoniam Coquus ille a foro conductus est, [vv. 236-7.] ubi si mansisset, nihil istiusmodi turbarum evenisset. Potuit quidem *adires* pro Gloss. τοῦ *adesses* in textum intrasse; *forum* autem (utpote simillimæ sunt in scriptis litteræ *r* et *c*) facile potuit in *focum*, quæ est cæterorum Codd. lectio, delabi. Re autem perpensa, satius visum est vulgat. *focum* retinere, cujus explicationem in Nott. subjeci.

388. *Me haud pœnitet: tuane expetam?*] 'I'm well enough satisfied with my property: very likely (*ironically*) that I should covet your's!' Recte hæc a Bothio Congrioni tribuuntur, multo quippe plus salis sic inest verbis, ut qui vasa, cultros, et cætera instrumenta culinaria in ædes, aranearum tantum plenas, portaverit.

— *Scio: ne doce! novi!*] 'O yes, I'm perfectly aware of that!' Hæc pulcherrime exprimunt sententiam hominis, qui palam et ad populum summam quidem miseriam atque egestatem præ se fert, at idem "sibi plaudit Ipse domi simul ac nummos in arca contemplatur!"

391. *Qui.*] 'What! *you* ask that, who have been making a thoroughfare of every nook and corner in my house!' Eadem constructio quæ Infra 506.

393. *Id ubi tibi erat negotium*, etc.] 'If you had stopped by the fire, as was your business.' Si curares coquinam, sicut erat tibi im-

Non fissile haberes caput. Merito id tibi factum est!
Adeo ut tu meam sententiam jam noscere possis:
Si ad januam huc accesseris, nisi jussero, propius,
Ego te faciam, miserrumus mortalis uti sis.
Scis jam meam sententiam?
Co. Quo abis? redi rursum!
Ita me bene amet Laverna, te jam, nisi reddi
Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante ædes!

v. 394. Habet in marg. A, *fractum*, ut gloss. in vocem hoc sensu inusitatam, *fissile.* pro qua dant nonnulli mendose *fixile.*——396. *jussero,* Codd. Bo: *jusso.*—Tum *propitius,* habent C. H. 6. et R. 1. quorum H. 6, præbet gloss. *pacatus,* in marg. additum.——397. Ita Mss. Bo: *ego fac. te.*——399. Bo: de suo, *nisi si reddi.* Abest *si* ab omnibus Codd.——400. *Pipulo hic diff.* Codd. Bo: *hic p. d.*

positum; nam invenit eum Euclio per angulos ligna quærentem. Com. Ms. Si ad focum coquendi causa restasses. Hinc apparet duos fuisse focos apud ædes Euclionis, alterum in culina, alterum in atrio, ubi aula auri plena deposita est; priorem igitur intelligit Euclio.

394. *Non fissile haberes caput.*] 'You would not have got a broken head.' Caput fustibus concisum ac fractum non haberes, quod nunc merito tibi factum est. Supra 380. Cæterum de *fissile* pro *fissum,* Vide Gloss.

397. *Ego faciam te,* etc.] Locutio duplex permixta, quæ sic distinguitur, Ego te faciam mortalium omnium esse miserrimum, vel, Ego faciam ut tu sis omnium mortalium miserrimus. Lamb. Ita Infra 651. 754.

399. *Laverna.*] Hanc Deam Romani fures precabantur, ut instituta sua et consilia furandi ac mentiendi fortunaret. Hor Ep. I. xvi. 60.

"Labra movet metuens audiri, Pulcra Laverna,
Da mihi fallere; da justo sanctoque videri;
Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem." Scal.

Significat autem coquos omnes fures esse, quippe quorum Dea sit Laverna; non enim eam Deam sibi propitiam esse optaret coquus, nisi ea potestatem in fures præcipuam obtineret. Lamb.

400. *Pipulo hic differam ante ædes.*] Hunc locum, aliter difficilem intellectu, ex Non: et Varr: bene expediit Lambinus. Ejus verba sunt, Convicio te hic ante ædes tuas divulgabo et infamabo: [Vide Gloss.] Hoc autem se facturum minatur coquus, quia cum testi-

Quid ego nunc agam? Næ ego edepol veni huc auspicio malo:
Numo sum conductus; plus jam medico mercede est opus.
Eu. Hoc quidem hercle, quoquo ibo, mecum erit, mecum feram,
Neque istuc in tantis periclis unquam committam ut siet.
Ite sane nunc jam intro omnes et coci, et tibicinæ!

v. 402. *Medico,* Ita Ald. Parm. H. 2. V. 2. et H. 6, in marg. ubi vero est in textu *medio;* et ita Ed. P. septem Nostri, V. 3. et Butleri Codd. duo. B. a. B. b. [qui nunc primum, munificentia Possessoris Reverendissimi, in manus meas delati sunt.] *Mendico* H. 5, et *modio,* C, vitiose; *Media,* H. 3. V. 1.——403. Hic novæ scenæ initium fit apud plerosque Codd. Sed nil opus; Vide Supra v. 40.

bus probare non possit, se vasa in ejus ædes intulisse, quæ Euclio sibi reddere nolit, ea judicio repetere non poterat. Quia igitur iniquum erat rem suam domino vindicare aut auferre non licere, Lex XII tabularum ei cui testes (quibus rem suam domi alienæ esse probaret) deessent, permittebat ob portam, i. e. ob domum ejus (qui semel atque iterum admonitus, ac rogatus, rem alienam reddere nolebat,) *obvagulatum* ire, i. e. conviciatum ire, seu cum convicio repetitum ire.

402. *Numo sum conductus,* etc.] 'I was hired for a didrachm; but it will cost me more now for the surgeon's fee.' Plus mihi opus est quod dem medico, qui me sanabit, quam accepturus sum a Megadoro mercedis nomine. Lamb. Numum autem, h. e. didrachma, fuisse optimorum coquorum mercedem apparet ex Plaut. Pseud. 800—810. ubi queritur Coquus quod cum quis in forum veniat ad coquum conducendum, non qui optimus et carissimus est, sed qui *vilissimus,* conducunt; ideoque cum cæteri ad officia sua peragenda abiissent, ipse solus "obsessor fori" relictus est:

"Illi *drachma* issent miseri; me nemo potest
Minoris quisquam *numo* ut surgam subigere."

403. *Hoc quidem.*] *Aurum,* intell. ut Infra 418. Nam in ædes suas modo repente irruerat Euclio, jam autem prodit *aulam* sub ala abstrusam habens, ita quidem ut Spectatoribus appareat, Congrioni autem lateat.

Etiam introduce, si vis, vel gregem venalium!
Coquite, facite, festinate nunc ïam, quantum lubet!
Co. Hem perii!
Eu. Abi! opera huc conducta est vostra, non oratio.
Co. Heus, senex, pro vapulando hercle abs te ego mercedem petam:
Coctum ego, non vapulatum, dudum conductus fui.
Eu. Lege agito mecum! molestus ne sis! Aut cœnam coque,
Aut abi in malum cruciatum ab ædibus!
Co. Abi tu modo.

v. 406. Bo: *Etiam huc introd.* Abest vero *huc* ab omnibus quos vidi Codd. *Etiam* ἀνεκθλίπτως legend.——408. *Hem perii* etc. Ita omnes Nostri Codd. Vindd. tres. et Butl. a. b. cum Editt. Ald. et Parm. in quibus omnibus ne vestigium quidem apparet versus istiusmodi, *Temperi: postquam implevisti fusti fissorum caput,* quem leviter mutatum plerique Recentt. a Camerario receperunt. Videsis Gronov: qui hanc lectionem exemplis confirmavit, nec tamen mihi contra tot fidem Codicum probavit.——410. *Heu,* plerique Codd. sed facile potuit littera ultima τοῦ *Heus* ob sequ. consonant. elabi.—*Hercle ego abs te,* Codd. nisi quod ab H. 5, abest *ego;* et B. a. H. 2. R. 2. habent *hercle vero.* a B. b. abest *ego* omnino, quod ad rhythmum melius.

406. *Vel gregem venalium.*] 'A whole gang even of slaves.' h. e. Gregem servorum, qui plerumque fures sunt. Lamb. Hinc jocus, in Cistell. 460; Ubi cum queritur Halisca se cistellam cum crepundiis amisisse, ideoque timere ne quis eam furatus fuerit, irridens respondet Lampadio,

"Mirum, quin *grex venalium* in cistella infuerit una."

408. *Hem perii!*] Continuabat Congrio lamentationem, cui respondet Euclio quod sequitur. Com. Ms. Ita legendus et interpretandus hic locus; Vide in Nott. Critt.

412. *Lege agito mecum!*] 'Oh! Sir, you may go to law if you please.' Dicebatur ei, cujus intentio contemptibilis adversario videbatur. Donat. Sic Mil. 454.

"*Lege agito:* te nusquam mittam."

413. *Abi in malum cruciatum.*] Vide Men. Prol. 66. Gloss.

— *Abi tu modo.*] 'You'd better go yourself.' Scilicet in malum cruciatum. Vide Nott. in Men. 243. et conferas Nostr. Pseud. 1180.

H. "I in malam crucem!
B. Ire licebit *tibi*......"

Eu. Illic hinc abiit. Dii immortales, facinus audax incipit,
Qui cum opulento pauper cœpit rem habere aut negotium!
Velut Megadorus tentat me in omnibus miserum modis,
Qui simulavit, mei honoris mittere huc causa cocos;
Is ea causa misit, hoc qui surriperent misero mihi.
Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris, perdidit penissume:
Ubi erat hæc defossa, occepit scalpurire ibi ungulis
Circumcirca. Quid opus est verbis? ita mi pectus peracuit;
Capio fustem, obtrunco gallum, furem manufestarium.

v. 414. *Illic,* omnes præter B. b. qui dat *Ille,* et ea forsan vera lectio; sed potest *Illic* correptim legi.——415. *Pauper homine,* omnes Codd. Bo: *hom. paup.* et facit nescio quem versum Iambicum. Equidem post Ald. omisi *homine,* quod est gloss. verisimile in voc. *opulento,* nec magis necessarium est h. l. quam Infra v. 433; etc.—*Rem* autem cum hiatu legend.——416. Ita omnes Codd. *Velut* rapide pronuntiand. Tum *me* sine elisione legend. Omiserunt particulam *in* Recentt. sed haud video unde in scripta, nisi ex auctoris manu, erat ventura. Dedit Bo: post alios, *Veluti me,* etc.——417. Bo: *mei se honoris;* Codicum fidem secutus sum, cum melius vox *mei* pro monosyll. et absque elisione legatur, quam novum vocabulum contra Mss. in textum inseratur. B. a. habet, *mei honoris causa mitt. h. c.* sed nil opus mutare.——418. *Surriperent,* omnes Codd. et Editt. Antiqq. Bo: sine causa *surperent.*——419. *Me,* non elid. *Gallinaceus,* B. 1. H. 5. Reliqui, et hic, et infra 426, *gallinacius,* et ita Ald. et Parm. sed illud usitatius.——421. *Scalpurirc,* Ita plerique Codd. et Edd. Vett. Reliqui Codd: *scalpurrire,* vel *scalpulire.* Bo: *scalpturire.*

417. *Mei honoris causa.*] 'Out of compliment to me.'

418. *Hoc.*] *Aurum.* Supra 403.

419. *Condigne.*] 'Just as one would expect from the beast.' Cum indignatione, ut plerumque, usurpatum. Exempla in Gloss. contuli.

420. *Anui.*] Staphylæ; nimirum inter pullos quos Euclioni hæc anus alebat, aliquos in *peculium* suum habuit. Confert Lamb: Asin. 519-20.

"Etiam opilio, qui pascit alienas oves,
Aliquam habet *peculiarem,* qui spem soletur suam."

— *Perdidit penissume.*] 'Had well nigh been the ruin of me.' *Penissume,* vox Comica, ridiculi gratia, a *pene,* non (quod quidam aiunt,) a *penitus,* formata.

423. *Capio fustem, obtrunco gallum.*] 'I seize a club, and

Credo edepol ego illi mercedem gallo pollicitos cocos,
Si id palam fecisset: exemi ex manu manubrium.
Quid opus est verbis? facta est pugna in gallo gallinaceo.
Sed Megadorus, meus affinis, eccum incedit a foro!
Jam hunc non ausim præterire, quin consistam et colloquar.

v. 424. *Edepol ego,* Ita omnes nostri præter B. b; ubi est *Credo ego illi edepol.* Vulg. *ego edepol.* Prior syll. τοῦ *illi* corripitur.——425. *Ex manu,* omnes Nostri Codd.

knock his brains out.' Inest nescio quid plus spiritus verbis sic rapide dictis, quam si simpliciter dixisset *cepi* fustem, gallum *obtruncavi*: notanda sunt hæc omnia, quippe quibus potissimum ars et ingenium Auctoris nostri appareat.

425. *Si id palam fecisset.*] H. e. *Aurum,* seu thesaurum. 'If he discovered it.'

— *Exemi ex manu manubrium.*] Furibus occasionem inveniendi thesaurum præripui. Taubm. "Eximere e manu manubrium," ait Erasmus in Adagg. "Plautus dixit, pro eo quod est, jam paranti facere quippiam, *extorquere peragendi facultatem.* Translatum ab eo, cui jam vibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur e manibus." Proverbium itaque est, quod significat, *adimere occasionem male faciendi;* (to prevent; disarm;) cui contrarium est, *ansam dare.*

426. *Facta est pugna in gallo gallinaceo.*] 'I had a fierce and bloody engagement with a dunghill cock.' Hunc locum prætermiserunt Interpp. tanquam nihil commentatione egentem; mihi autem, fateor, vel minimum salis inesse sententia videtur, nisi lateat sensus aliquis nobis haud satis explicitus. Verisimile est his verbis proverbialiter allusum esse ad eos qui nimis prolixi et odiosi sunt in re haud satis digna narratu, quique usque ad nauseam auditorum aures nugis suis contundunt. Anglice dicitur in re simili, *To tell a cock and a bull story.*

428. *Quin consistam et colloquar.*] 'But I must stop and talk with him.' Vide quid sit ex asinis ad boves transcurrere; statim periit libertas; desinit sui esse juris Euclio, quia cum divite in conditionem matrimonii initurus est.

ACT. III. SCENA VIII.

MEGADORUS. EUCLIO.

ME. Narravi amicis multis consilium meum
De conditione hac: Euclionis filiam
Laudant; sapienter factum et consilio bono.
Nam, meo quidem animo, si idem faciant ceteri
Opulentiores, pauperiorum filias
Ut indotatas ducant uxores domum:
Et multo fiat civitas concordior,
Et invidia nos minore utamur, quam utimur;
Et illæ malam rem metuant, quam metuont, magis;
Et nos minore sumptu simus, quam sumus.

v. 430. Ita legitur apud omnes Nostros, et Vindd. Ita quoque Ald. et Parm. Tres Codd: habent *filia* pro *filiam*, sed orta est hæc lectio ex omissa lineola superscripta de qua Supra diximus. Bo: *De cond. hac Euclionis filiæ.*——436. Ita Codex Cantab. et Edd. Ald. Parm. aliique, quos secutus est Bo. Reliqui Codd: *inv. minore nos,* depravatis numeris.——437. *Illæ,* prior syll. corrip. ut Supra 424.—Pro *magis* habent H. 5; et B. a, *minus;* quæ si sit vera lectio, alius erit sensus verborum *malam rem* quam quem in Gloss: dedimus; qu. vid. Cæterum *magis* habent Ald. Lamb. Parm. etc.

430. *De conditione hac.*] 'About this proposal of marriage.' Pactione de conjugio. Vide Supra 194. Gloss.

434. *Ut indotatas ducant,* etc.] Sententiam hanc, ex Platone Lib. VI. de Republica expressam, in notis citavit LAMB. *Ducere domum* plena locutione dicitur pro usitatiori *ducere,* ut in Men. 41.

"Portitorem *domum duxi.*"

436. *Nos.*] Πλούσιοι. H. e. Noster ordo; nos divites, opulentiores.

437. *Illæ.*] Uxores; quæ si indotatæ nuberent, semper magis obsequentes essent viris, minusque arrogantes, et minori etiam sumptui. Nam feminæ magis *metuunt malam rem,* hoc est, supplicium, ac per consequens magis abstinent a peccando, ubi minus ipsis licet. GRUT. Sed vide in Nott. Critt.

In maxuma illæc populi parte est optuma;
In pauciori avidis altercatio est;
Quorum animis avidis atque insatietatibus
Neque lex neque tutor capere est qui possit modum.
Namque hoc qui dicat: Quo illæ nubent divites
Dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur?
Quo lubeat, nubant, dum dos ne fiat comes.
Hoc si ita fiat: mores meliores sibi
Parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt.

v. 439. Sic dant omnes Nostri et Vindd. et sic Ald. et Parm. Recentiores, post Camerar: exhibent *In maxumam illuc populi partem est optumum;* sed jure quæri potest an, tot scriptis refragantibus, [ipse duodeviginti diligentissime scrutatus sum,] habenda sit hæc pro Plautina lectione, an alicujus Interpretis, qui non intellexerit quorsum vox *illæc* pertineret.——440. *In pauciori*, iterum consentiunt omnes Codd. *avidos* autem habent H. 1. V. 1. (et R. 1; sed littera *i* superscripta.) Fuit quoque in R. 2, scriptum *pauciora;* sed altera manu corrigitur.——441. Ita omnes Codd. et Edd. Ald. Parm. Lamb. aliique.——442. *Possint*, H. 5. Et pro *tutor* mendose nonnulli *sutor;* sed hæc sunt parvi momenti.——443-5. Ita Recentt. longe autem aliter nostri Codd. quorum lectiones, licet nonnullis longum fortasse videatur, operæ erit in loco tam exagitato exhibere. Imprimis pro *Namque*, omnes dant *Neque;* Cæterum Comment. Ms. habet *Nam hoc qui dicat*, addito, "Objicit sibi ipsi," scil. Megadorus. Quod sequitur autem; R. 1, habet *hoc quid dicat;* C, *hoc quid dicant;* H. 1, *hæc qui dicat;* A. et H. 3, *hoc qui dat;* Reliqui omnes *hoc qui dicat.*——444. Consentiunt iterum Codd. et Edd. Vett. in lectione *Dotata es: istud* etc. (quod sic explicat Comment. Ms. *Dotata es:* "Respondet sibi ipsi." *Istud jus* etc. "Hoc quod dico pertinet ad pauperes quæ non habent dotem.") Quod in textu dedi, planius quidem et magis perspicuum, sed vereor ne alterum sit revera Plautinum, simulque magis personæ seorsim secum deliberanti conveniens.——445. Pro *lubeat*, habent *jubeant*, Tres Vindd. et duodecim Nostri Codd. (et ita Edd. Ald. et Parm.) apud reliquos corrupte legitur.—*dum dos ne*, omnes.

440. *In pauciori avidis*, etc.] Sententia est, non est dubium quin si hoc fiat, quod dico, major pars populi probatura sit: restant nunc pauci locupletes, et avari, quibuscum mihi controversia futura est, qui hoc non probabunt. Lamb. Cæterum *avidis* hic, et in v. sequ., est pro *avaris*, sicut in Prol. v. 9. "*Avido* ingenio."

443. *Namque hoc qui dicat.*] Elliptice, ut Græcum γὰρ, est *namque* h. l. sumendum, et sensus hoc modo supplendus: "Ac bene res se ita haberet—*namque*, siquis objiciat, in quam familiam nubent illæ dotatæ virgines?—Nubant, inquam, ubivis, modo ne dos sequatur." Vide Nott. Critt.

445. *Quo lubeat nubant.*] Id est, Illæ divites nubant ubi velint, modo non habeant dotem, sicut pauperes, et tunc erunt mihi eodem jure quod dico. Com. Ms.

447. *Pro dote quos ferant.*] Vide Supra 196.

Ego faxim muli, pretio qui superant equos,
Sient viliores Gallicis cantheriis.
Eu. Ita me dii amabunt, ut ego hunc ausculto lubens:
Nimis lepide fecit verba ad parcimoniam. 451
Me. Nulla igitur dicat: Equidem dotem ad te attuli
Majorem multo quam tibi erat pecunia:
Enim mihi quidem æquom est purpuram atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pedissequos, 455

v. 449. *Sient*, Vulg. et Codd. et potest contracte legi, aut *viliores* pro trisyll. haberi.——450. *Dii me am.* B. 1. H. 5.——455. *Pedissequos*, Ita apud plerosque scribitur. H. 1. 4. *pedissequas*. (et ita H. 2. sed litt. *o* superscript.) H. 5. et B. a. *pediseccos*. Cæterum *muliones* trisyllabice pronuntiand.

448. *Ego faxim muli* etc.] Ego receperim in me, seu, ego spoponderim, fore ut muli qui nunc equos pretio superant, propterea quod uxores dotatæ, sumptuosæ, et delicatæ pilentis et similibus vehiculis vehi volunt, quæ a mulis, seu mulabus, trahuntur, [Infra 455—6.] viliores sint Gallicis cantheriis. Lamb.

449. *Sint viliores.*] 'Shall be cheaper; of less value.' Muli sunt in magno pretio in quibus equitant mulieres; sed si omnes mulieres indotatæ essent, ego facerem quod muli fierent vilissimi. Com. Ms. Cæterum in pretio fuisse mulos vel in tempore Juvenalis apparet ex ejusd. Sat. VII. 181; ubi de divite nobilique Romano sermo est.

— *Gallicis cantheriis.*] Equi Gallici haud magni tum pretii erant: multo igitur viliores *cantherii*. Nam equi semper cantheriis sunt meliores, animosiores, ferociores. Lamb. Vide Gloss.

452. *Equidem dotem ad te attuli.*] Vide Horat. cit. Supra 125.

454. *Enim.*] Elliptice, et cum summa arrogantia, positum; quasi dicat, "Da mihi, (æquum *enim* est dari, quippe cui tantum debeas,) ancillas, mulos, etc." Cæterum confer Men. 44. sq.

"Quando ego tibi *ancillas*, penum, lanam, *aurum*, vestem, *purpuram*,
Bene præbeo, nec quicquam eges."

Aurum atque purpuram præcipue in deliciis fuisse mulierum apparet quoque ex Nost. Mostell. 279. sqq. Infra 705. Hor. Sat. II. iii. 215.

"Huic vestem, ut natæ, paret ancillas, paret *aurum*."

Salutigerulos pueros, vehicla, qui vehar.
Eu. Ut matronarum hic facta pernovit probe!
Moribus præfectum mulierum hunc factum velim!
Me. Nunc quoquo venias, plus plaustrorum in ædibus
Videas, quam ruri, quando ad villam veneris.
Sed hoc etiam pulcrum est, præ quam ubi sumptus petunt:
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius,

v. 456. *Qui vehar*, undecim nostr. Codd. et V. 1. et ita Edd. mediæ. *Qui vehant*, B. I. H. 4. V. 3. et B. a. *vehat*, V. 2. et Edd. Ald. et Parm. sed plane est error ex similitudine litterarum *t*, et *r*, ut scriptæ in Codd: exstant. Bo: (auctoritate, ut ait, Codd: Langg:) *qui ferar*.——458. *Moribu'* pronuntiand. Pro *velim*, non male C. habet *velis*.

456. *Salutigerulos pueros.*] 'Boys to carry visiting cards.' Qui salutem amicis et sodalibus meis gerant. Hoc est, qui mihi visendi officio fungantur.

— *Vehicla, qui vehar.*] 'Carriages for me to ride in.' Vide Gloss. et confer locum consimilem apud Nostr. Stich. 267 sqq.

"Sed tandem, opinor, æquius est, heram mihi esse supplicem, atque
Oratores mittere ad me, donaque ex auro, et quadrigas,
Qui vehar: nam pedibus ire non queo."

458. *Moribus præfectum mulierum,* etc.] Vellem eum esse censorem ad corrigendos sumptus nimios mulierum. Com. Ms. Γυναικοκόσμους appellant Græci, magistratus mulierum moribus præfectos: qui in mulieres parum modestas animadvertebant; erant autem numero viginti. Marc. Tull. Libr. IV. De Rep. ex Nonio, "Nec vero mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet: sed sit censor qui viros doceat moderari uxoribus." Lamb.

461. *Hoc etiam pulcrum est.*] Hoc pulcrum [i. e. parvi momenti,] est, respectu majorum sumptuum quos viri faciunt uxoribus suis. Com. Ms.

— *Præ quam.*] 'In comparison with.' Eodem sensu quo *Præut*, Men. 285.

462. *Stat fullo, phrygio,* etc.] Cum hoc loco conferas, Epid. 222. sqq.

"Quia vesti quotannis nomina inveniunt nova:
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
....
Hæc vocabula auctiones subigunt ut faciant viri."

Caupones patagiarii, indusiarii,
Flammarii, violarii, carinarii,
Aut manulearii, aut murobrecharii;
Propolæ linteones, calceolarii,
Sedentarii sutores, diabathrarii;
Solcarii adstant, adstant molochinarii:

v. 463. *Caupones,* Ita omnes quot vidi Codd. Pro quo nescio unde derivatum, habent Ald. Parm. et Pareus, *Ciniflones.*—Tum legitur apud C, *petagiarii, indusarii;* sed in his, et quæ sequuntur, utpote inusitatis vocabulis, ita variantur Codicum lectiones, ut infinitum pene esset singulas enumerare. Acceptissimam quamque in textu servavi, tunc tantum notata variatione quando alicujus momenti visa est.——464. Undecim Codd. *Flammarii,* et ita edidit Par. *Flammearii,* vero Ald. Parm. et Recentt. et hæc est lectio in Cod. H. 2. (sed ex corrigentis manu.) V. 2, dat mendose *fammcarii;* et A, *flammiarii;* V. 2, *flamminarii;* V. 3, *flaminarii;* Vide Gloss.—*Carinarii,* Sex Nostr. et V. 3. et ita Ald. Parm. aliique. *Carrinarii,* B. 2. *Cariarii,* R. 2. *Carnarii,* H. 1. et C. *Cerinarii,* H. 3. *Caltuarii,* (a *caltho,* flore,) H. 2. 5. et V. 2; nec est ea despicienda lectio; sed alterum, propter plurum Codicum auctoritatem, et vel ob cæterorum errores, retinendum.——465. Pro *manulearii,* quæ est aliquot Codd. et editionum plerarumque lectio, dant quidam Mss. *mamillearii, mamillarii,* seu *mamilearii.* Apud reliquos corruptius legitur.—Iterum, pro *murobrecharii,* (quod dat Bo: post Meurs. et legitur apud Ald. et Parm.) quinque Nostr. et V. 1, seu *murobatharii,* seu *myrobatharii,* (quod idem valet;) alii *murobatarii, myrobatarii, mulobatharii, mirobactharii.*——467. Perverse legitur apud plures Codd. *Sudentarii sudates,* aut *sutates;* nonnulli habent *Sedentarii; sutates* quoque Ald. et Parm. primum, (quod scio,) ex Libris Editis, apud Lambinum apparet, et hunc alii secuti sunt; ejus autem verba sunt, "Non celabo lectorem nonnullos ex nostris libris veteribus habere, ut vulgatos, *Sedentarii sutates,* unde quidam faciunt *Sedentarii sutantes,* ut *sutantes* participium sit a verbo *suto, as:* quod valet, *assidue suo.*"—Plerique Codd. *diobatharii;* H. 2, *diobatrarii;* Ald. et Parm. aliique, *diabathrarii,* qu. dedi. Vide Gloss.——468. *Molochinarii,* Ita plane quinque Codd. et Edd. Ald. Parm. et Recentt. plerique. *Molachinarii,* H. 5. *Molocinarii,* C. B. b. *Malocinarii,* H. 1.

463. *Caupones.*] 'Retail dealers.' Hoc sensu videtur hæc vox sumenda, et cum sequentibus adjungenda. Aliter autem Comment. Ms. quod habet, "*Caupones,* Qui vendunt vina." Et quidem toties in vinositatem mulierum apud Nostrum invehitur, ut bene posset hic esse sensus loci, nisi quæ sequuntur verba adjective potius quam substantive sumenda viderenter.

— *Patagiarii.*] Qui tunicas faciunt *patagiatas,* seu *patagia.* Conf. loc. ex Epid. citat. in v. præced. Cæterum de his, et reliquis hujus loci vocabulis, plene in Gloss: dictum est, qu. vid.

467. *Sedentarii sutores.*] Vide Supra 34. Quatenus hi distent a *calceolariis,* versu priori nominatis, Vide Gloss: in eo verbo.

468. *Molochinarii.*] Citat Par: Lex Plautin: Cæcilium Nausimach.

"Carbasina, *molochina,* ampelina."

Ubi de coloratis vestibus sermo est. Vid Gloss.

Petunt ciniflones, sarcinatores petunt;
Strophiarii adstant, adstant semizonarii.
Jam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt,
Treceni constant phylacistæ in atriis;
Textores, limbuarii, arcularii,
Ducuntur; datur æs. Jam absolutos censeas:
Cum incedunt infectores crocotarii;
Aut aliqua mala crux semper est, quæ aliquid petat.

v. 469. *Ciniflones*, Sic Bo: (quem secutus est Goell.) ex conjectura; quia *fullo*, supra (v. 462.) memoratur. Habet quidem Vet. Cod. Meurs. Supra v. 463; ubi Nos dedimus *caupones*, nostros Codd. secutus. Et h. l. ægre ab omnibus Mss. et Editt. Vett. ubi *fullones* exhibetur, discedo; sed non fero vocem ejus momenti tam subito repetitam.——470. *Adstant, adstant* omnes Codd. Nisi quod apud H. 5, semel verbum legitur. Bo: *stant, stant.*—Tum *semizonarii*, unice H. 5. et ita Ald. Parm. Etc. Reliqui Codd. *Semisonarii.*——472. *Treceni constant phyl.* Ita H. 2. 3. 5. B. a. (et C. ex manu corrigenti;) et ita Ald. et Parm. nisi quod habent *Trecenti;* (qu. dat. H. 4.) Plures Codd: *Treceni quum* (aut *cum*) *stant;* et sic Lamb: aliique Recentt: nec male. Unice H. 1, *Trecccni cum astant, stant ph.* et sic ferme Bo. sed nil opus, siquidem vox magni ponderis *phylacistæ* potest geminata *l* per emphasin pronuntiari; quod Supra [v. 197.] in verbo *reperisse* factum esse vidimus.——473. *Limbuarii*, Ita omnes Nostr. Codd. (abest a B. b.) Ald. autem, Parm. et Lamb. *Limbolarii.* Bo: *Limbularii.*——475. *Incedunt infectores*, Omnes Codd. et Edd. Vett.—Bo: *incedit infector crocotularius.* Sed ultimo loco habent decem Nostr. Codd. *crocotarum;* quorum H. 6, dat in marg. "Al. *crocotarii.*" et hoc plane habent H. 2. 3. 4. 5. et ita Lamb. Par. et Gronov. pronuntiandum nimirum cum emphasi in priore syll. ut in voc. *phylacistæ*, Supra, 472. Edd: Ald: et Parm: habent *crocotularii*, sed secunda syll: producitur.——476. Non temere, credo, B. 1. et B. a, habent *qui aliquid petat;* siquidem pronomen respicit personam subauditam in voc. *mala crux*, non rem ipsam. Contra vero plurium Codd. et omnium Editt. auctoritatem, nil muto. Cæterum *aliquid* inest omnibus nostris; omisit Ald.

471. *Absolutos.*] 'Discharged; got rid of.' Dimissos. Infra 474.

472. *Treceni.*] De numero pene infinito dictum, ut Supra v. 275; *Sexcenta;* Exempla vide in Gloss.

— *In atriis.*] H. e. in primo vestibulo, ubi expectant debitorem a prandio redeuntem: et hinc *phylacistæ*, i. e. observatores, dicti; nam qui debent exigere, observant quo die vel quo loco debitorem conveniant. Com. Ms. Vide Gloss.

475. *Incedunt.*] 'Come sneaking along.' Cum indignatione dictum. De hoc verbo Vide Supra v. 8.

— *Crocotarii.*] Vide Gloss. et loc. Epid. 224. cit. Supra, ad v. 462.

476. *Aliqua mala crux.*] 'Some horrid plague or other.' Creditores, qui *cruciant* debitores. Com. Ms. *Crux* pro quavis re abominanda ac detestanda ponitur. Vide Men. Prol. 66. Gloss. Sic Infra 585.

Eu. Compellarem ego illum, ni metuam, ne desinat
Memorare mores mulierum : nunc sic sinam.
Me. Ubi nugigerulis res soluta est omnibus,
[Pro illis crocotis, strophiis, sumptu uxorio :]
Ibi ad postremum cedit miles, æs petit.
Itur, putatur ratio cum argentario;

v. 477. Ita Mss. omnes Nostr. et Vindd. ita etiam Edd. Vett. priore syllaba τοῦ *illum* nimirum correpta; quod cum toties factum sit apud Nostrum, nequeo satis mirari quemquam jam in eo hærere, præsertim nuperrimos hos Editores, qui, rem metricam se præ cæteris tractavisse, ad nauseam usque prædicant.——479. *Nugigerulis*, Ita Bo: post alios, et hanc lectionem confirmant Codd. (quorum C, habet mendose *nugigerulus;* et B. a, utrumque, et *nugigerulus*, et *nugigerulis*.) In quinque nostris est *nugivendis*, horum tamen H. 6, habet in marg. "Al. *nugigerulus*." In H. 2. 5; est *nugivendulis*, quod metro refragatur. Vide in Gloss. Dant quidem Ald. et Parm. et alii *nugivendis*, quod facile quis patiatur, sed alterum videtur esse revera Plautinum, hoc autem in voce insolenti glossarium; igitur *nugigerulis* præferendum censui.——480. Abest hic versus omnino ab omnibus quos vidi Codd. nec habent Edd. Vett. In textum inseruit Bothius, cujus verba sunt, " Adsumsi hunc versum, a Nonio tanquam hujus fabulæ laudatum, Acidalio potius obsecutus quam Gulielmio, qui hæc inserebat post v. 484."

478. *Sic sinam.*] 'Will let him alone; leave him as he is.' Vide Gloss. ad Men. 265.

" *Sine* fores *sic*."

479. *Nugigerulis.*] " Nicknackmongers." A nugas gerendo. Contemptim dicitur. Vide autem Nott. Critt.

481. *Cedit miles.*] 'Up comes the tax-gatherer.' Citant Interpp. Varr. Lib. IV. de Ling. Lat. "Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia, quæ a populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebatur. [Nos dicimus, *a rate.*] Ab hoc ea, quæ assignata erat, attributum dictum; ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia, ut *militi* redderent, Tribuni ærarii dicti; id quod attributum erat, *æs militare.*"

482. *Putatur ratio cum argentario.*] 'The account is made up at the bank.' *Putare rationem*, est liquidum facere; subducto credito debitoque, secernere et videre quid sui sit, quid alieni. Gron.

— *Argentario.*] 'The banker.' Erant hi trapezitæ seu mensarii, apud quos depositæ erant ab iis pecuniæ, qui eas occupare et exercere volebant. Inde enim fœneri sumebantur. Tabernas et mensas cum ære in foro positas habebant. Apud mensas pecuniæ deponebantur, permutabantur, emebantur, vendebantur ; deque

Impransus miles adstat, æs censet dari.
Ubi disputata est ratio cum argentario,
Etiam ipsus ultro debet argentario:
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hæc sunt atque aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates, sumptusque intolerabiles:
Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri;
Dotatæ mactant et malo et damno viros.
Sed eccum affinem ante ædes! Quid agis, Euclio?

v. 483. Mss. et nonnullæ Edd. Vett. *Miles impransus adstat;* unde fecit Edit: Parm: *Miles ibi impransus,* sed nescio an aliqua scriptorum auctoritate.——485. V. 2. Ald. et Parm. habent *Etiam plus ipsus deb.* Cæterum abest hic versus (quem omisit CAMERAR:) ab A. H. 3. et V. 1. incuria credo librariorum, quibus, inter scribendum, vox *argentario,* in fine duorum versuum repetita, erroris (quem nemo non excusabit) causam objecerat. Reliquorum Codd: plures dant *Etiam plus ipsus ultro;* nisi quod nonnulli habent mendose *ipsius.* In H. 5, *ultro* est post *argentario* insertum, unde ortam esse hanc vocem ex gloss: marginali suspicor. Lambinus expulit *plus,* ob similitudinem τοῦ *ipsus,* et hunc alii secuti sunt. Simul quidem leguntur *ipse ultro,* apud Virg. Æn. V. 446. "Et *ultro, Ipse* gravis graviterque......" Denique H. 5, *Et plus ipsus ultro,* quod non valde improbo, (priore Syll: τοῦ *ipsus* correpta,) siquidem vox *etiam* apud omnes fere Codd: contracte (h. e. *et,* lineola superinducta,) legitur.——487. *Hæc,* Ita plerique Codd. et Edd. Medd. Ald: autem, et Parm. *Hæ;* et ita dant A. B. 1. 2. et B. a. Sed recte pro glossem: habuit Bothius.——490. Pro *mactant,* Com. Ms. *macerant,* h. e. damno; quo sensu sæpe apud Nostr. et Terent. occurrit.——491. *Quid agis,* Ita omnes Codd. Nostr. et Vindd. nisi unus H. 5, ubi est *Quid ais?* Ed. Princ. Ald. et Parm. *Quid agitur?*

his omnibus *rationes* conficiebant. PAR. Lex. Plaut. ubi plura videsis de horum officio.

484. *Ubi disputata est ratio.*] 'When the items are cast up *pro* and *con;* are balanced.' Hæc enim est vis verbi compositi *disputare.*

485. *Ipsus.*] Ipse, maritus.

486. *Spes prorogatur militi.*] Bene Comicus rem solvi fingit omnibus istis nugatoribus; ubi vero ad Tributum ventum est, reipublicæ pendendum, hæsitare bonos viros, dotatarum maritos, et spem prorogare flagitatoribus: quomodo etiam in Epid. 220.

"Tributus quom imperatus est, negant pendi potesse;
Illis quibus tributus major penditur, pendi potest." BOTH.

490. *Dotatæ mactant* etc.] Cum tota hac scena bene confert Interpr. Angl. similem locum ex Mil. Gl. 697. sqq.

"Hæc atque hujus similia alia damna multa mulierum
Me uxore prohibent."

491. *Sed eccum affinem.*] Supra 427.

EU. Nimium lubenter audivi sermonem tuom.
ME. An audivisti?
EU. Usque a principio omnia.
ME. Tamen meo quidem animo aliquanto facias rectius,
Si nitidior sis filiæ in nuptiis.
EU. Pro re nitorem, et gloriam pro copia

v. 492. *Lubenter,* B. 1. R. 2. et B. a. itaque Edd. Vett. Reliqui Codd. *libenter,* sed illud melius, et in his vocibus sæpissime apud Scriptos erratur.—*Audivi,* plane septemdecim quos evolvi Codices; et ita Ed. Princ. et reliquæ Vett. Primus, quod scio, Lambinus *edi* pro *audivi* posuit, et hunc Recentiores secuti sunt.——493. *An audivisti?* Ita novem Nostri Codd. Et Edd. Vett. *An audisti,* H. 3. *An audistis,* A. B. 2. *An audistin',* H. 1. 5. Sed *audivisti* ἀνεκθλίπτως, utpote vox magni ponderis, pronuntiand.——494. Ita Bo: e Codd. Langg. Sed undecim Nostri et Tres Vindd. habent Tamen *e meo quidem an.* Apud A. legitur, *equidem meo animo.* H. 2, *et meo an. quidem,* (sed *e* superscript.) H. 4, *et meo quid. an.* Cæterum *tamen* rapide pronuntiand.——495. *Filiæ nuptiis,* B. b. *in nuptiis filiæ,* H. 4. Reliqui *nuptiis filiæ,* omissa particula *in.* Et ita Edd. Vett. Bo: *filiai in nupt.* sed potest *filiæ* sine elisione legi. Vet: Ed: Parm: duos hujusmodi versus confecit, *Tamen e meo quidem animo aliquanto rectius | Facias, si nitidior sis nuptiis filiæ;* et ita PAREUS, nec valde improbo, sed in nullis quos vidi Scriptis *rectius* ante *facias* occurrit, et versus ipsi sunt metri durioris.

492. *Nimium lubenter audivi etc.*] Legitur apud plerosque Libros Editos, *edi* pro *audivi,* quod bene reddit Interpr. Angl. 'I've been greedily *devouring* your discourse.' Et confert, SHAKSP. *Othell.*

"She'd come again and with a greedy ear
Devour up my discourse."

Et Jerem. Cap. XV. v. 16. "Thy words were found, and I did *eat them.*" Nost. Pœn. 822.

"Quam orationem hanc aures dulcem *devorant!*"

Quibus addas, Cist. 447. "Istuc mihi *cibus* est, quod fabulare." et Most. 1017. "*Gustare* ego ejus *sermonem* volo." Sed vide in Nott. Critt.

494. *Tamen.*] Quamquam locutus sim ad parsimoniam. COM. MS.

496. *Pro re nitorem* etc.] Totam sententiam sic vertas; 'They who keep up a display proportioned to their income, and splendour according to their means, don't forget from what rank they are sprung.' Conferas SHAKSP.

"Costly thy habit as thy purse can buy,
But not expressed in fancy."
Hamlet. Act II. Sc. III.

Reddit Interpr: Britann: per notum apud nos proverbium,

"Why, every one
Should cut his coat according to his cloth."

Cæterum male LAMB: aliique interpungunt post *copia;* melior GRONOV: qui sic interpretatus est; "Decet unumquemque meminisse quibus natus sit, et quem ordinem pro genere ac patrimonio acceperit. Id magis faciunt, *qui habent*

Qui habent, meminerunt sese, unde oriundi sient;
Neque pol, Megadore, mihi nec cuiquam pauperi
Opinione melius res structa est domi.
Me. Imo est, et dii faciant, utinam, ut siet,
Plus plusque istuc sospitent, quod nunc habes!
Eu. Illud mihi verbum non placet: Quod nunc habes.—
Tam hoc scit, me habere, quam egomet: anus fecit
palam!
Me. Quid tu te solus e senatu sevocas?
Eu. Pol ego, ut te accusem, merito meditabar.
Me. Quid est?

v. 497. *Meminerunt,* Decem Nostri, et V. 1. 3. *Meminere,* C. *Meminerint,* (quod dedit Bo.) habent A. B. 2. H. 3. V. 2. et ita nonnullæ Vett. Edd. Sed alterum, quod ad sententiam, aptius esse judico. ——499. Quinque Codd. *opinione res melius.*——500. Hunc versum, qui in omnibus Scriptis mancus reperitur, alii aliter, prout visum est, emendarunt. In Codd. est *Imo* (seu *Immo*) *est, et dii faciant ut siet,* et ita Edd. Priores. In una Parm: nescio cujus auctoritate exstat, *Immo est, et* quæso *tibi dii faciant ut siet;* unde nostrum versum conflavi, cum, (siquidem ad conjecturas omnino confugiendum est,) verisimilius est vocem *utinam* (præsertim si contracte, ut in Mss. mos est, ponatur,) ante sequ. *ut* elapsam fuisse, quam *quæso* e medio versu excidisse; et illud quoque quod ad Latinitatem melius. *dii* autem solute pronuntiandum. Cæterum H. 4. R. 2. et C, habent *sient* in fine versus, si quis de germana quid lectione inde queat odorari——501. *Plusque* non elid. ita enim Mss. [Vide Infra 573.] *Istuc* omnes Codd.——502. *Illud,* omnes Codd. et Edd. Vett. Bo: *Illuc.*——503. *Hoc,* Ita Codd. præter B. 1. H. 1; qui habent *hic,* et ita Bo: post Ald. aliosque; sed illud melius, ut ad aurum referatur, quod sæpe in hac fabula factum est.—*anu'* ablata litt. ult. pronuntiand.——505. Nonnulli Codd. *meritoque.*

nitorem pro re, ac gloriam pro copia: qui tantum nitent seque efferunt quantum res et copia patitur."

499. *Opinione melius res* etc.] 'Don't keep up a better establishment than is looked for from us.' Quasi dicat, Nihil pauperes habent nisi quod videtur publice. Com. Ms. Haud majorem sumptum domi exhibemus quam pro quæstu nostro homines expectarent. Sic, Mil. 1227.

"Istuc curavi, ut *opinione* illius pulcrior sis."

Et Cas. 229.

"*Opinione melius* res tibi habent tuæ."

501. *Plus plusque.*] Hebraice geminatur particula, augendæ significationis causa.

504. *E senatu sevocas?*] Senatus est ubi conferuntur simul consilia multorum; nunc facit similitudinem; tute loqueris solus, discedens a communibus consiliis. Com. Ms. Sensus est, Quare seducis te, et sic seorsim loqueris? Conf. Mil. 590—593.

"Redeo in *senatum* rursus"...etc.

Eu. Quid sit me rogitas? qui mihi omnes angulos
Furum implevisti in ædibus misero mihi?
Qui mi intromisisti in ædibus quingentos cocos
Cum senis manibus, genere Geryonaceo,
Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni Juno custodem addidit,
Is numquam servet; præterea tibicinam,
Quæ mi interbibere sola, si vino scateat,
Corinthiensem fontem Pirenem potest.

v. 507. *Misero mihi,* Ita omnes Scripti; et sic Supra 418. Nec video cur quis in repetita voce *mihi* offendatur, cum respicias quali personæ hæc verba pertineant. Ipse olim conjeceram versu priori legendum esse, *Quinc omnes angulos,* etc. (cum hiatu, sicut Supra v. 501. in *plusque istuc;*) sed id nunc, contra tot Codd. auctoritatem, non ausim. Edd. Vett. *misero, qui mihi Intromisisti* etc.——508. Si sana sit ista omnium Codicum lectio, pronuntianda sunt *intromis'ti,* et *æd'bus* aut *ædibu'*; Eadem constructio Supra 59-60; ubi in *ædibus* consentiunt Codd: ut hoc loco.——509. *Geryonaceo,* Varie hæc vox in Scriptis exhibetur; quod dedi habent Edd. Vett. et Recentt. pleræque.——510. H. 1. et C, *oculus;* et R. 1; sed litt. *e* superscripta.——511. *Ioni,* Ita Codd. plerique, quorum H. 6, præbet gloss. marginale, "*Io,* genitivus, *Ionis.*" Et ita Edd. Vett. et Recentt. Bo: vero, nescio an errore typographico, *Jovi.* ——513. *Scateat,* Ita sex Nostri et V. 2. 3. Item Ed. Princ. Ald. et Parm. per crasin nimirum duæ posteriores vocales in unam syll. coalescunt. *Scatet* vero quatuor Nostri, et V, 1. et ita Bo: post alios. *Scatit,* H. 5.——514. Codd. fere omnes habent *et Pireneum;* Duo A; B. 1; *et Pirenem;* a nullo abest particula *et:* quæ quomodo in textum irrepserit non video, et pene suspicor esse a manu Auctoris, qui de industria hominem imperitius de hujusmodi rebus loquentem, (quod fieri passim apud Nostrum apparet,) joci causa introduxerit.

506. *Qui mihi omnes angulos,* etc.] 'What, you who have filled every corner in my house with thieves!' Supra 391.

508. *In ædibus.*] Ita legitur apud Com. Ms. addito, "*In ædibus,* More antiquo, nos autem dicimus *in ædes.*" Vide Nott. Critt.

509. *Genere Geryonaceo.*] Geryon, rex Hispaniarum: fingitur a Poetis tricorpor, habens terna capita, sex manus, totidemque pedes. Taubm. Conf. Lucret. V. 28.

"Quidve tripectora tergemini vis Geryonaï."

Causam hujus allegoriæ præbet Com: Ms: quod ille rex *tres fratres* habuerit, unde tricorpor vulgo perhibebatur.

511. *Ioni Juno custodem.*] Vide Ovid. Metam. Lib. I. xv. Gron.

514. *Pirenem.*] Fontem illum celeberrimum sub Acrocorintho positum, de quo Persius in Prolog. Satirarum, v. 4.

"Pallidamque Pirenem."

Tum opsonium autem...
Me. Pol, vel lenoni sat est.
Etiam agnum misi.
Eu. Quo quidem agno sat scio
Magis curiosam nusquam esse ullam belluam. 517
Me. Volo ego ex te scire, qui sit agnus curio.
Eu. Quia ossa ac pellis totus est: ita cura macet;

v. 515. *Lenoni*, Ita plane R. 2. Reliqui omnes, et Edd. Vett. *leoni*, quod metro refragatur, alioqui optimum. [Conf. Juv. Sat. VII. 76. "Multa pascendum carne *leonem*."] Bo: post alios, *legioni;* sed, quod ad ductum litterarum pertinet, verisimilius est *lenoni* esse a Plauti manu quam *legioni;* et, quod ad sensum, passim lenones pro avidis atque insatiabilibus apud Comicos arripiuntur.——517. *Magi'* pronuntiand. Bo: *mage*, sed illud habent Mss.—Tum *curiosam* omnino, ad Codicum omnium auctoritatem, legendum; ne cum Bo: et Goell: *curionem* emendes; nam, quem citant Non. Marc., is plane respicit vocem *curio* versu sequenti additam.—*Belluam*, tres Nostr. Codd. et Edd. Recentt. *bestiam*, vero Ald. Parm. et Mss. plerique. Sed illud verisimilius vel ob Gloss. quod præbet H. 6. "*Belluam* indifferenter posuit auctoritas veterum. Non. Marc. all. h. l." Quatuor Nostri habent *haud esse*, cum hiatu in voc. *curiosam*, sed alterum melius.——518. *Qui sit*, Ita quinque Nostri et V. 3. Reliqui *quid sit.* Edd. Vett. *qui sit;* et ita Bo.—Pro *Curio* autem habent C, H. 4, et B. a, *Curiosus;* et ita H. 2, sed altera manu correctum, addito in marg: "*Curio* pro *curiosus;* Non. Marc. all. h. l."——519. *Quia*, Ita octo Nostri et V. 1. 2. *Qui* autem reliqui, et sic Ald. Parm. aliique. Sed alterum postulare videtur posterius sententiæ membrum.—*Totust* pronuntiand. ut edidit Bo. *est totus*, A. H. 2.

515. *Tum opsonium autem...*] Intelligit Com: Ms: quasi dicturus esset, Meditor esse turpe et parum: sed melius, credo, Dissald: quasi Megadorus hæc verba de anu quoque, sicut priora, dicta esse suspicetur, tanquam quæ opsonium etiam cum vino devoratura esset; interpellat igitur, *Pol vel legioni* [aut *lenoni*, Vide in Nott. Critt.] *sat est.* Quod Noster Massinger vocat,

"Provision enough to serve a garrison."
City Madam. Act. I. Sc. i.

517. *Magis curiosam* etc.] Ludit nimirum in vocem *Curio* quæ proprie est id. qu. Magister Curiæ, ut, Supra 68, vidimus; nunc autem est pro agno, qui ita *cura macet*, ut sit ossa atque pellis totus. Vide Gloss. et in Nott. Critt.

518. *Curio.*] Ita Megadorus, non enim intellexerat ultimam syllabam [τοῦ *curiosam.*] Com. Ms.

519. *Ossa ac pellis totus est.*] 'It is all skin and bone.' Quod de agnis ait Virg. Ecl. III. 102.

"His certe neque amor causa est; *vix ossibus hærent.*"

Expressum ex Theocr. Idyll. IV. 20.

"Τήνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται τὤστεα."

Citat Lamb: Nost. Capt. 66. sqq.

"Macesco, consenesco, et tabesco miser.
Ossa atque pellis sum miser a macritudine."

Quin exta inspicere in sole etiam vivo licet:
Ita is pellucet, quasi laterna Punica.
ME. Cædundum illum ego conduxi.
EU. Tum tu idem optumum est
Loces efferundum: nam jam, credo, mortuos est.
ME. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.
EU. Non potem ego quidem hercle.
ME. At ego jussero
Cadum unum vini veteris a me afferrier.
EU. Nolo hercle: nam mihi bibere decretum est aquam.
ME. Ego te hodie reddam madidum, si vivo, probe,

v. 520. Codd: vel *et vivo,* vel *et vino.* Ald. Parm. et Recentt. *etiam,* et id servavi, quamquam alterum potest cum hiatu retineri.——522. Quatuor Nostri, *ego illum.*—Pro *idem,* H. 4, dat *ideo.*—Tum *optimum est* plane B. a. et Editt. pleræque. H. 4. 6, *optumus es.* Reliqui *optumus est.*——523. *Loces,* Ita omnes Codd. *eff'rundum,* sublata vocali *e* pronuntiand. *Loca,* Bo: et Edd. pleræque Vett. et Recentt. sed nil opus mutare.——526. *A me afferrier;* Ita plane B. a. H. 3. 5. R. 2. et ita recte Libri Editi. Reliqui autem Codd. *ad me,* perperam.——527. Ἀμέτρως legitur in Mss. *aquam est.* Cum hoc versu clauditur H. 4. Quæ sequuntur igitur carent ejus auctoritate; et est, licet chartaceus, haud parvi pretii Codex.——528. *Si vivam,* B. a. *Si vivo vino,* R. 2. Reliqui vel *vino,* vel *vivo.* In fine versus exhibet H. 1, *prope;* sed alterum melius.

520. *Exta inspicere.*] Hyperbole; Exta non nisi mactatis animalibus inspiciebantur, aut inspici poterant ab extispiciis et sacerdotibus. At hunc agnum Euclio ita macrum esse dicit, ut etiam ei vivo exta inspicere liceat in sole. LAMB.

521. *Quasi laterna Punica.*] Laternæ enim Africanæ supra ceteras erant pellucidæ. De cornea laterna intelligit. SCAL.

523. *Loces efferundum.*] I. e. Sepeliri curabis; ad sepulturam efferri operam quamprimum dabis. Vide in Gloss. Mos fuit apud Romanos cadavera mortuorum, qui de infima plebe essent, per *Conductores* sepeliri curare: hi igitur funera *conducere,* ii autem, unde funus elatum est, *locare,* propriis vocabulis dicebantur. Consule Interpp. ad Juv. Sat. III. 32.

"Queis facile est ædem *conducere*......
—— *portandum ad busta cadaver.*"

Et Hor. Sat. I. VIII. 9.

"—— Angustis ejecta cadavera cellis
Conservus vili portanda *locabat* in arca."

526. *Unum.*] H. 1. παρέλκει, quod non raro fit in hac voce.

Tibi cui decretum est bibere aquam!
EU. Scio, quam rem agat:
Ut me deponat vino, eam affectat viam:
Post hoc, quod habeo, ut commutet coloniam;
Ego id cavebo: nam alicubi abstrudam foris.
Ego faxo et operam et vinum perdiderit simul.
ME. Ego, nisi quid vis me, eo lavatum, ut sacruficem.
EU. Edepol næ tu, Aula, multos inimicos habes,
Atque istuc aurum, quod tibi concreditum est!
Nunc hoc mihi factu est optumum, ut te auferam,
Aula, in Fidei fanum, ubi abstrudam probe.
Fides, novisti me et ego te: cave sis tibi,

v. 529. *Tibi cui,* Sex Nostri Codd. et Edd. Recentt. *Tibi an,* reliqui, præter H. 5; ubi est *cui,* (omisso *Tibi;*) et in H. 2, est *cui* pro *an* altera manu scriptum. *Tibi an,* Edd. Ald. et Parm. sed alterum exquisitius; et simillima sunt inter se *cui* et *an* in Scriptis, ut facile hoc pro illo suppositum sit.——531. Ita ordinantur hæc verba apud Edd. Vett. tres Vindd. et omnes Nostros Codd. præter R. 2. ut miror quemquam immutasse. Apud R. 2, est *Post com. hoc qu. hab. ut colon.*——532. *Foris,* Tres Vindd. et omnes Nostri, et ita Edd. Vett. Bo: sine causa *foras.*——534. Ita hæc verba ordinantur in B. a. Codd: plures *nisi quid me vis,* et ita Bo: et Edd. Medd. numeris durioribus. Edd: Vett: Ald: et Parm: omittunt *me.*——536. *Istuc,* Codd. omnes.——537. *Factu,* Ita Lamb: qui observat nonnullos ex libris veteribus habere *factum est optimum;* et ita sane omnes Nostri; Ed: Ald: dat *factu optu-mu'st.* Cæterum *ut te auferam,* et Mss. et Edd. Vett. Aliter Bo: sed nil opus. *te* non elid.——538. *Ubi abstrud.* Ita C. B. a. Reliqui *ibi abstr.* vel *ibi te abstr.*—Pro *Aula,* Codd. nonnulli *Aulam* mendose. Conjecerat V. D. FRANCISC. HARE, legendum, *Aula, hinc in.*

529. *Tibi cui.*] Pleonasmus. Confert GRON: Epid. 322.

"*Tibi cui* divitiæ domi maxumæ sunt."

Frustra vulgatæ: *Te cui.* BOTH.

— *Scio quam rem agat.*] Infra 781.

531. *Commutet coloniam.*] 'Change its' settlement.' Ridicule dictum de aula auri plena, quasi de populo novas sedes quærente.

533. *Et operam et vinum.*] Ludit in proverb: *Et oleum et operam perdere:* quod valet frustra esse, negotium nequicquam suscipere.

534. *Nisi quid vis me.*] Abeuntes usitata formula interrogabant, "Numquid me vis?" Vid. Men. 242. Gloss.

— *Eo lavatum.*] Quia puris manibus Deos invocabant sacrificantes; [Amph. 942. Infra 566.] et uxorem ducturi sacrificiis semper auspicabantur, quod ex Servio notat GRON.

Ne in me mutassis nomen, si hoc concreduo!
Ibo ad te, fretus tua, Fides, fiducia.

ACT. IV. SCENA I.

STROBILUS.

Hoc est servi facinus frugi facere, quod ego persequor;
Ne moræ molestiæque imperium herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia servire servos postulat:
In herum matura, in se sera, condecet capessere;

v. 540. Codd: omnes et Edd: Vett: *Ne tu in me mutassis;* sed potuit *tu* ob sensum, vel ex similitudine sequentis particulæ, in textum irrepsisse. Bo: ex Acidal: *Ne tu inmutassis;* sed illud *in me* sententiæ aptius est quam ut libenter expungam. Vide Nott.—Pro *mutassis* habet C, in margine, "al. *mutes;*" sed hoc, credo, ex glossem.—*Concreduo,* Sex Nostri Codd. et V. 3. et Edd. Vett. *Congreduo,* H. 3, mendose. Reliqui Nostr. et V. 1. 2, *concredo.* C, autem, non male exhibet, *nomen, hoc concredito.*——541. *Tua* per crasin in unam syll. contrahitur.——543. *Ne moræ,* etc. Ita Ald. Parm. Lamb. et omnes nostri Codd. præter unum C, qui habet *Neque moræ.* Bo: et Recentt: nonnulli, *Nec.* Hunc versum sine justa causa transposuit Goell. fortasse quia displicebat illud *Nec,* quod haud locum hic habere videbatur.

540. *In me mutassis nomen.*] Et fias ex *Fide* Infidelis. Ut in Amph. 151.

"Formido male
Ne ego hic nomen meum commutem, et Quintus fiam e Sosia."

Cæterum nostro loco habet Com: Ms: *commutassis,* addito, "Ut dicaris *infida,* cum sis infidelis." Vide Nott. Critt.

542. *Hoc est servi facinus,* etc.] Confer sententiam similem apud Men. 860. sqq.

"Spectamen bono servo id est, qui rem herilem
Procurat, videt, collocat, cogitatque"....

544. *Ex sententia.*] Ex animo illius. Men. 190.

545. *In herum,* etc.] Primo debet maturare ut faciat facta domini sui, si opus est; secundo faciat sua. Com. Ms. *In,* hoc loco valet, *Quod attinet ad.*

Sin dormitet: ita dormitet, servom sese ut cogitet.
Nam qui amanti servitutem servit, quasi ego servio,
Si herum videet superare amorem, hoc servi esse officium reor:
Retinere ad salutem; non eum, quo incumbat, eo impellere. 549
Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea inducitur ratis,
[Qui laborent minus, facilius ut nent, et moveant manus:]

v. 546. Ita Edd. Vett. et Recentt. mendose autem Codd. habent *Sin dormit: et ita dormitet,* vel *et ita dormiet.* A, et H. 1, habent *ita dormire,* (sed in H. 1, est *dormitet* corrigentis manu repositum.) ——547. Mss. omnes, præter R. 2, habent *amanti hero;* et ita Edd. Vett. quæ si sit vera lectio, pronuntiandum est *serv'tutem,* sublata vocali *i*; sed cum facillime potest illud *hero* esse ex interpretis manu, post Bothium omisi, præsertim cum absit a Cod. R. 2.——548. Omnes Scripti et Nostr. et Vindd. retinent *herum,* et sic Ed. Princ. cum aliis Vett. igitur hanc vocem nolo iterum cum Bothio eliminare; pronuntiand. *S'rum videt,* etc.—Pro *esse,* habet C, *est,* sed illud melius.——549. *Incubat,* H. 1. C. mendose.—*Compellere,* R. 2.——550. *Pueris,* Ita quatuor tantum Nostr. Codd. (H. 1. 5. B. 1. B. a.) Reliqui, *pueri,* quod esset ἀνακόλουθον; et ita Ald. et Parm. Tum *indûcitur,* omnes et Nostr. et Vindd. præter C, ubi est *indicitur* vitiose; quod tamen facile ortum sit ab *induitur,* quæ est lectio apud Lambin. et Recentiores nonnullas Editt.—*Scirpea* autem, duabus posterioribus vocalibus in unam syll. contractis, est pronuntiand.——551—3: Locum in primis exagitatum optime exhibiturus mihi visus sum, si quam proxime auctoritati Codicum insisterem, salva modo metrorum regula. Apud omnes, quos vidi, Codd: nulla exstat lacuna post verbum *tanquam,* (quod in *tamque,* alios secutus, non invite mutavi, siquidem apud omnes fere Codd: contracte scribitur;) ut Lambini interpolationem nullo modo patiar. Tum audacior Bothius, qui versum optimum [551 ?] contra omnium Scriptorum et Editorum fidem expungit. Pessime Goell: qui cum lacunam, quæ nulla est in Scriptis, admittat, cæteras voces hic illic ad libitum immutavit. Quod dedi levissime a collatis a me Manuscriptis discedit; horum igitur lectiones seriatim operæ erit describere. [551 ?] Ita hic versus apparet in omnibus Codd. et Nostr.

548. *Si herum videt superare amorem.*] 'If he perceive love overpowering him.' Si videt amorem hero esse validiorem ac potentiorem, ita ut herus vincatur, ac succumbat. LAMB. Confer Curcul. v. 7. ubi herum, amoris violentiæ succumbentem, ad salutem retinere nequicquam servus conatur.

549. *Quo incumbat,* etc.] 'Towards his own inclination.' Allegoria est, ducta ab iis, qui casabundi, vel jamjam casuri, ab aliquo in eam partem in quam procumbunt, manu impelluntur, ita ut affligantur in terram. Tale fere est illud apud M. Tull. pro Corn. Balb. *sub. init.* "Satis est homines imprudentia lapsos non erigere; urgere vero jacentem, aut *præcipitantes impellere,* certe est inhumanum." LAMB. Huic haud dissimiles sunt phrases illæ, "Currentem instigare;" "Currentem hortatus es;" et simill. Cic. Att. V. 9. VI. 7. XIII. 45. etc.

Eodem modo servom ratem esse amanti hero æquom censeo,
Ut toleret, ne pessum abeat; tamque herile imperium
Ediscat uti, quod loqui non os velit, oculi sciant.

et Vindd. nec in ullo vel minimum vestigium exstat unde colligi possit priorem partem (quod conjecit Bo.) esse ex Interpretis manu.—Pro *qui* habet H. 6, gloss: margin: *ut;* et pro *laborent,* nonnulli vitiose *laborant.* Extat etiam hic versus in Ed. Princ. (Venet. 1472.) Ald. Parm. Lamb. etc. ut omnino retineri debeat.——551. Iterum in hoc versu consentiunt Libri, et Scripti et Editi.——552. *Toleret,* et *abeat,* Ita hæc verba legenda; Codd. plerique *tolleret,* et *habeat,* illud mendose, hoc usitato more apud veteres scribendi, quo non raro littera *h* vocali incipienti præponitur.—*Tamquam,* omnes, sed posteriore parte contracta ut fit in scriptis. Tum hac voce finitur hic versus apud plerosque; apud H. 1. 5, ad voc. *herile* continuatur; apud H. 2. B. a, ad *imperium* (quod nos fecimus,) producitur; In C, et B. b, nulla linearum distinctione leguntur.——553. *Uti,* de meo dedi pro omnium Codd. et Editt. lectione, *ut.*—Tum *non os* plane omnes Scripti Nostr. et Vindd. nisi quod horum unus (V. 2.) habet transposite *os non;* ut miror quemquam, unius Camerarii auctoritate, *frons* supposuisse, cum nec in Edd. Vett. nec in Scriptis appareat. Restat ut addam illud *loqui* nullius Codicis auctoritate firmari, ex interpretatione COMMENT: MSti [Vide in Nott:] in textum recepi, cum id sensus bene patiatur, (ne dicam, postulet;) et potuit sane ob similitudinem pronominis præcedentis, per incuriam scribentis excidisse.

552. *Toleret.*] 'Should sustain him.' Sustineat, sustentet.

— *Ne pessum abeat.*] 'Lest he be overwhelmed; go to the bottom.' Ne submersus pereat. "*Pessum,* ad fundum; sub pedibus." COM. Ms. Vide Gloss.

— *Tamque,* etc.] Mss. omnes habent *tanquam,* quo verbo finitur hic versus apud plerosque. [Vide Nott. Critt.] Nunc primum video hunc locum olim conjectura sua tentasse Virum Reverendissimum FRANCISC. HARE, cujus in Plautum lucubrationes, nunquam in lucem editæ, exstant adhuc in Mss. Museo Britannico noviter illatis; de quibus plura videsis in Præfat. ejus verba sunt;—"*Tanquam...*, manifesta lacuna, ad quam explendam desiderari videtur quoddam hujusmodi, *in speculo contuens,* vel, *in speculo viderit.* Vid. Pseud. II. iv. 60. [751.]

"Ubi te aspexerit, narrabit ultro quid sese velis."

Tum lege, metro poscente, *heri imperium;* (littera *i* correpta.) et forte *eum* excidit post *toleret.*"

553. *Quod loqui non os velit, oculi sciant.*] Cum hoc loco sit multa diversitas lectionum, [Vide Nott. Critt.] haud male conjicit C. C. Balbach, (Obss. Plautt. p. 12, 13.) recipiendum, "*ut, quidnam os velit, oc. sc.*" quæ ad Codd. Veterumque Edd. lectionem proxime accedit, commodamque hanc præbet sententiam: Servus ediscere quasi debet herile imperium, ut ne opus sit hero semper eloqui, quid velit; oculi servi prænoscere debent, quid

Quod jubeat, citis quadrigis citius properet persequi.
Qui ea curabit, abstinebit censione bubula,
Nec sua opera rediget unquam in splendorem compedes.
Nunc herus meus amat filiam hujus Euclionis pauperis;
Eam hero nunc renunciatum est nuptum huic Megadoro dari:
Is speculatum huc misit me, ut, quæ fierent, fieret particeps.
Nunc sine omni suspicione in ara hic assidam sacra:

v. 555. *Censione bubula*, Ita quinque Nostri plane; apud reliquos corrupte legitur.——556. Ita hæc verba ordinantur apud omnes fere Codd. et Edd. Vett. *unquam*, cum hiatu legend.—Pro *rediget*, nonnulli *reddet;* alii *rediet*, et *redient*.——557. *Filiam hujus*, omnes et Nostr. et Vindd. et ita Ald. Parm. Lamb. pronuntiandum nimirum *heru'*, et *meus* pro monosyll. habend. ut et *Eam* versu sequenti.——559. *Is*, omnes Scripti et Edd. Vett. Bo: de suo *Id*.——560. *Assidam*, Mss. et Edd. Vett.

herus ore dicere conetur; ne expectet, dum moneatur. Nos dicimus 'To read his master's looks.' Sed melius credo Vulgatum; quod bene explicat Com. Ms. "Talem etiam decet servum ut in solo aspectu imperium domini intelligat; ut vultu vel oculis intelligat id quod dominus *loqui non vult*." H. e. Non auribus, sed oculis mentem domini augurari; Anglice vertas, 'To gather from his looks what his master does not venture to give utterance to.'

555. *Abstinebit censione bubula.*] 'Will escape the castigation of the lash.' Per censionem, i. e. animadversionem bubulam, *verbera* significat, quæ *loris bubulis* servorum improborum tergo incutiuntur. Lamb. Vide Gloss.

556. *Rediget in splendorem.*] Non committet peccata quibus aliquis dignus est conjici in compedibus, quæ exercendo fiunt lucidæ. Com. Ms.

558. *Renunciatum.*] Ut in re inopinata et ingrata. Men. 327. — *Dari.*] Supra 483.

559. *Speculatum.*] 'To keep a look out.' Observatum huc misit me, ut hinc prospiciam tanquam *ex specula*. Lamb.

560. *Sine omni suspicione.*] Quia sum in loco communi in quo nemo suspicabitur me esse exploratorem. Com. Ms. In Comœdiis ara statuebatur Apollini προστατηρίῳ, i. e. præsidi; cujus aræ mentio fit apud Ter. Andr. IV. iii. 11.

"Ex ara hinc sume verbenas tibi."

Græv. Vide Commentt. in loc. cit. Terent.

Hinc ego et huc et illuc potero, quid agant, arbitrarier.

ACT. IV. SCENA II.

EUCLIO. STROBILUS.

Eu. Tu modo cave cuiquam indicassis, aurum meum esse istic, Fides.
Non metuo, ne quisquam inveniat: ita probe in latebris situm est.
Edepol næ illic pulcram prædam agat, si quis illam invenerit
Aulam onustam auri. Verum id te quæso ut prohibessis, Fides.
Nunc lavabo, ut rem divinam faciam; ne affinem morer,

v. 561. *Agat,* C. *Agam,* B. a. utrumque vitiose.——562. *Cuiquam,* B. a. B. b. et ita Parm. et Lamb. Reliqui Codd. *quicquam,* nec male. Bo: post Ald. *quoiquam.*——563. *Metuo ut,* Quatuor Nostri, sed alterum unice rectum.——564. *Si quis,* Ita tres Vindd. et omnes Nostr. Codd. et sic Edd. Vett. Bo: Acidalium secutus, *si qui,* "numerorum," ut ait, "causa;" oblitus priorem syllabam τοῦ *illam* passim apud Nostrum corripi.——566. *Affinem,* omnes; Bo: (ut solet,) *adfinem.*

561. *Arbitrarier.*] Id est, tanquam arbiter judicare aut prospectare. Nam *arbiter* interdum speculatorem, et *arbitrium* prospectum, et *arbitrari* prospicere ac speculari significat; ut in Apul. Lib. III. "Ipsaque per rimam ostiorum quampiam jubet *arbitrari.*" i. e. spectare. Lamb.

564. *Illic.*] Ille. Supra 142.

— *Pulcram prædam agat.*] 'Would carry off a pretty booty.' De hac phrasi vide in Gloss.

565. *Onustam auri.*] Rarior constructio pro eo quod est *onus auri continentem;* Sic Infra 571. At in v. 766, *onustam auro* legitur.

566. *Lavabo, ut rem divinam faciam.*] Ut sacrificem. Supra 534. Vide Gloss.

Quin, ubi arcessat me, meam extemplo filiam ducat domum.
Vide, Fides, etiam atque etiam nunc, salvam ut aulam abs te auferam!
Tuæ fidei concredidi aurum; in tuo luco et fano est situm.—
St. Dii immortales, quod ego hunc hominem facinus audio loqui,
Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano Fidei;
Cave tu illi fidelis, quæso, potius fueris, quam mihi!
Atque hic pater est, ut ego opinor, hujus herus quam amat.

v. 567. *Me*, quod inest tribus Vindd. et omnibus Nostris Codd. et Edd. Vett. omisit Bo. Sed quid vetat sponsam ducturum Megadorum et patrem simul arcessere? imo vel pudicitia id postulare videtur.—Quod ad metrum attinet, *meam* μονοσυλλάβως legend. et ante sequ. vocal. elidend.—Delendum autem esse, (quod censet Noster Hare,) nequaquam judico.—Pro *arcessat*, tres Vindd. et plures Nostri, *accersat; arcessat*, autem, B. 2. H. 2. (Sed *accersat* superscript.) et B. a. *arcessat*, H. 5. Vide Funcc. cit. ad Men. Gloss. 636.——568. Variatur horum verborum in Codd. ordinatio; quod dedi, (Bothium secutus,) est optimorum Codd. et Librorum lectio.——569. *Fidei*, omnes Codd. et Edd. Vett. Bo: *fide*, ἀρχαικῶς, sed nil opus.—*Tuæ*, et *tuo*, monosyllabice pronuntiand.—Tum legitur apud omnes Nostros, *modo est situm;* nisi quod H. 2, habet, *modo situm est;* sed aliter Vindd. quorum V. 1, exhibet, *fano meo est situm;* V. 2, *fano meum est sit.* V. 3, *fano modo est situm.* Sed cum apud omnes fere contracte legitur istud *modo*, [h. e. *m* simpl. cum *o* superscript.] ut possit ex similitudine syllabæ posterioris τοῦ *fano* in textum irrepsisse, equidem (post Ald. et Parm.) omisi. [et sic Noster Hare.] quanquam fateor me libentius voce *fano*, ut gloss. in *luco*, (pro quo nonnulli habent *loco*,) cariturum.——570. *Facinus audio*, omnes et Nostr. et Vindd. et Edd. Vett. perperam transposuit Bo. Conjecit Hare, *Audio modo loqui*, (*modo* ex versu priore huc illato.)——571. *Fidei*, tres Vindd. et omnes Nostr. itaque Edd. Lamb. et Taubm. (Sax. 1605.) nec causam satis justam video cur ab his omnibus discedatur, et lectio nova, *Fides*, (vocative posita,) a libris editis Parmens. Ald. aliisque expetatur.——573. Sic Mss. nisi quod B. a, habet *Atqui pater*, (omisso *hic;*) et B. b, *ut opinor*, (omisso *ego*.) et sic Ed. Ald. alii alias conjecturas periclitati sunt. Ed. Parm. habet *puellæ* post *hujus;* Lamb. et Par. (secutis Recentt.) *meus* post *herus* addiderunt. Aliter Hare, qui putat *meus* a fine versus verisimilius excidisse, et legendum jubet *hujus herus quam amat meus.* Bo: dedit, *hujus est.* Facillime nimirum hujusmodi remediis quilibet utatur, sed dum minima carent auctoritate, satius est scriptorum vestigiis insistere, hiatu post *Atque*, [Supra 501.] et *ego*, (quod insolentius est,) relicto.

572. *Cave tu illi fidelis*, etc.] 'Mind you be not more *faithful* to him than to me.' Ludit et hic, et passim per hanc scenam, in vocibus *Fides, fidelis, fideliam*, etc. Infra 621.

573. *Hujus*.] Hujus puellæ, Phædræ, Euclionis filiæ.

Ibo hinc intro: perscrutabor fanum, si inveniam uspiam
Aurum, dum hic est occupatus. Sed si reperero, o Fides,
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam;
Id adeo tibi faciam: verum ego mihi bibam, ubi id fecero.—
EU. Non temere, est, quod corvos cantat mihi nunc ab læva manu;

v. 574. *Hinc*, Ita V. 2. 3. et decem Nostr. Codd. itaque Edd. Vett. *hic*, V. 1. A. B. 2. et R. 1. (ubi vero est *huc*, ex corrigentis manu, superscript. et sic edidit Bo.)—Pro *inveniam* habet H. 5, *reperiam*.——575. *Est hic*, H. 3. *Sed si*, omnes et scripti et editi, præter Bo: qui ex conjectura, (verisimili illa quidem,) dedit *Id si*, "quasi littera *s* τῷ *id* ex antecedente verbo adhæserit." Cæterum Mss. partim *repperero*, partim *reperero*, exhibent; Vide Supra 197. Illud *o* supercaneum censet Noster HARE, et legendum simpl. *reperero, Fides*.——577. *Ubi id*, omnes Codd. præter unum C, qui dat *ut id*. Bo: *id ubi*. H. 5, *verum tamen*, (omisso *mihi*.)——578. *a læva*, Quatuor Codd. sed alterum melius et plenius. *Nunc mihi*, H. 2. B. a.

574. *Perscrutabor*.] 'Will search diligently, thoroughly.' H. e. *accurate* et *penitus* scrutabor.

576. *Mulsi congialem* etc.] 'I will offer up to you a gallon measure full of sweet wine.' *Mulsum* est vinum melle conditum; occurrit passim apud Nostrum. *Congius* autem est genus mensuræ, de qua vide in Gloss.

— *Faciam tibi*.] H. e. Tibi sacrificabo; quo sensu Supra 308. Sed ludit nimirum hoc loco in duplici significatione vocis, quod ex versu proximo apparet.

578. *Non temere est*, etc.] 'It is not for nothing that yon raven croaks at my left hand.' Malum et inauspicatum auspicium. Nam auspicia corvorum, a dextra, fausta; a læva, infausta et infelicia habebantur. Marc. Tull. De Divin. Lib. I. 39. "Cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum?" LAMB. Totam ominum rationem habes in Nostr. Asin. 241. sqq.

"Impetritum, inauguratum est; quovis admittunt aves;
Picus et cornix ab læva est, *corvos* porro ab *dextera*.
Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? *non temerarium est*."

Ex Virg. Ecl. IX. 15, colligitur, *cornicem* a *sinistra* crocitantem de imminenti periculo monere existimari. Phædr. Fab. III. XVIII. 12.

"Augurium corvo, *læva cornici omina*."

Simul radebat pedibus terram et voce crocibat sua.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,
Atque in pectus emicare. Sed ego cesso currere?—
Foras, foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo;
Qui modo nusquam comparebas, nunc cum compares, peris.
Ego edepol te, præstigiator, miseris jam accipiam modis.

v. 579. *Simul,* Ita plane R. 2. B. a. et Edd. Ald. Parm. Lamb. Etc. *Semul,* B. 1. et V. 3. (ubi vero est in marg. "al. *semel.*") *Semel,* reliqui, (cujus tamen est in H. 5, pro gloss. superscript. "eodem tempore;" quod plane ad *simul* spectat.) et ita Ed. Princ. Gronov. et nonnulli Recentt. sed alterum melius.—*Crocitabat,* A. H. 2. 5. item Ed. Princ. et Ald. *crochinabat,* H. 1. *crocinabat,* H. 3. *grocchiabat,* H. 6. (sed littera *c* superscript.) *grocchinabat,* C. ex his omnibus, fere eodem redeuntibus, *crocitabat* legendum esse suspicor; quanquam fateor alterum, *crocibat,* quod dant R. 2. et B. a, minime despiciendum esse, quia citavit Nonius ex Nostra fabula, "*crocitum,* propriam corvorum vocem." Potest igitur *croccibat,* geminata media littera *c,* pronuntiari; et habet R. 1, *grocchibat;* (B. b, *grochibat.*) —*Sua,* autem, omnes Nostr. et Vindd. et Ed. P. et reliqui Vett. Bo: (quem secutus est Goell:) *fera.* ——582. *Foras, foras,* si sic legitur hic versus, post Camer: aliosque, erit metrum immutatum ob subitam animi perturbationem quæ orta est ex improviso aspectu hominis e fano prodeuntis. Vel prius *foras* rapide pronuntiand. Semel autem vox *Foras* in omnibus quos vidi Codd: reperitur. Tentavit Lamb: *I foras,* sed ne illud quidem habent Mss.——583. Ita omnes Codd. nisi quod pro *nunc* habent A. H. 1. et V. 1. 2, *modo* repetitum. Ita quoque Edd. Ald. Parm. Lamb. etc. *quom* tantum pro *cum* posito, sed hoc exhibent plures et meliores Codd. Mire hæc verba, et pessime, transposuit Bo. *Nunc comparebas peris,* C; mendose.——584. Ab hoc versu usque ad v. 610, absunt a B. a; nullo hiatu, nec lacunæ signo interjecto.—*Pol,* unice A; cæteri omnes *edepol.*—*Præstigiator* est pro tetrasyll· habend. cum secunda syllaba apud Nostrum semper, credo, producatur.

580. *Artem facere ludicram.*] H. e. saltare, saltatorem agere, huc et illuc pulsando. 'To jump about.' Ridicule dictum de corde præ metu trepidante et palpitante. Sic in Curc. 153; de pessulis amicæ foribus obditis,

> "Fite causa mea *ludii barbari:*
> *Subsilite,* obsecro."

Conf. Capt. 562.

> "I dierectum, cor meum, ac suspende te!
> Tu *subsultas;* ego miser vix adsto præ formidine."

582. *Lumbrice.*] 'Earthworm.' Ita Strobilum appellat, quod, ut vermis, seu lumbricus, repente a terra rependo existere solet, ita ille, non antea in illo loco ab Euclione visus, ex ara de subito emerserit in qua assidebat. Lamb.

584. *Præstigiator.*] 'You juggler.' Quia cum tuis præstigiis occœcasti oculos mihi. Com. Ms.

— *Miseris accipiam modis.*] 'I'll give you a warm reception; I'll handle you in a way you won't like.' Metaphora videtur sumpta ex convivis hospitio *accipiendis.* Confert Lamb: Virg.

St. Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum est commercii, senex,
Quid me afflictas? quid me raptas? qua me causa verberas?
Eu. Verberabilissume, etiam rogitas, non fur, sed trifur?
St. Quid tibi surripui?
Eu. Redde huc, sis!
St. Quid tibi vis reddam?
Eu. Rogitas?
St. Nil equidem tibi abstuli.
Eu. At illud, quod tibi abstuleras, cedo!
Ecquid agis?
St. Quid agam?
Eu. Auferre non potes.
St. Quid vis tibi?

v. 585. *Mala,* omnes Codd. Bo: (nescio an errore typographico) in Ed. min. dedit, *male.* Cæterum *commercii* Mss. sed τρισυλλάβως pronuntiand. *Commercii est, senex,* R. 2.——586. *Afflictas,* omnes Codd. Bo: et Recentt: nonnulli, *adflictas.*——588. *Quid vis reddam?* (omisso *tibi,*) Quinque Nostr. Codd. et V. 1. Sed melius reliqui. Metrum est Troch. Tetr. Cat.—*Rogitas,* omnes Codd. nec causa est cur in *Rogas,* cum Bo: aliisque commutes.——589. *Quod tibi,* Omnes Nostr. et V. 2. 3. Bo: *tibi quod.* V. 1, speciose quidem, *quod mihi abstuleris,* sed nil opus; Vide in Nott.——590. *Et quid,* A. C. sed perperam. Cæterum ult. syll. τοῦ *agam* graviter, et sine elisione pronuntiand.

Æn. III. 353. "Illos porticibus rex *accipiebat* in amplis." i. e. ad cœnandum invitabat. M. Tull. De Repub. Lib. VI. "Post autem regio apparatu *accepti,* sermonem in multam noctem produximus."

585. *Quæ te mala crux agitat?*] 'What madness possesses you?' De voce *crux,* Vide Supra 476.

587. *Trifur.*] Supra 281.

589. *Illud quod tibi abstuleras.*] 'That which you have taken *for yourself.*' Ludit in geminam constructionem dativi cum verbis auferendi; alterum enim *tibi* est *a te,* alterum *in tuos usus.* Vide Men. 547.

Mu. "Palla *mihi* est domo surrepta.
Me. Palla surrepta est *mihi?*"

Ubi, ut hoc loco, prius *mihi* valet *a me,* posterius *in meos usus.* Et sic Comm. Marginal. in Cod. H. 6. "Ab eo nihil abstulisse dicit Strobilus; At Euclio, *sibi,* id est, ad utilitatem suam, dicit abstulisse."

Eu. Pone!
St. Equidem pol te datare credo consuetum, senex.
Eu. Pone hoc, sis! aufer cavillam: non ego nunc nugas ago.
St. Quid ego ponam? Quin tu eloquere, quicquid est, suo nomine.
Non hercle equidem quicquam sumpsi nec tetigi.
Eu. Ostende huc manus!
St. Hem tibi ostendi, eccas!
Eu. Video. Age, ostende etiam tertiam!
St. Lariiæ hunc atque intemperiæ insaniæque agitant senem.

v. 591. Abest hic versus ab Edd. Parm. Ald. Lamb. Etc. Habent autem omnes Nostr. Codd. quanquam ibi legitur *Dii quidem* pro *Equidem*, sed hoc postulat Metrum.——592. *Pone hoc*, Ita omnes Mss. et Nostr. et Vindd. nisi quod abest hic versus ab uno R. 2. Ita quoque Edd. Vett. Bo: de suo *Pone huc*, sed falsus est.——593. Ita Codd. nisi quod H. 1, *tute loquere;* H. 3. 5, *tu loquere. Suo* autem monosyllabice legend.——594. *Quicquam sumpsi*, Mss. Bo: autem *quidquam sumsi.* Pro *huc*, dant male *hic*, A. B. 1.——595. *Ostendi*, omnes Codd. præter H. 2, ubi est *ostendo*, sed littera *i* superscript. Bo: *ostendo*. In H. 5, est *En tibi*, pro *Hem tibi*, quod dant reliqui, et Edd. Vett.—Pro *tertiam* nonnulli habet *etiam* repetitum, quod ortum est ex contracta scriptura τοῦ *tertiam*, (*t'tiam*,) quæ in quibusdam Codd. reperitur.

591. *Te datare credo consuetum.*] Luditur in obscœno usu verbi nequam *datare*, de quo Vide Gloss. "Intelligendum autem est Euclionem vestes illi excutere, si aurum in illis abdidisset." Comment. ad Cod. H. 6.

595. *Eccas.*] 'Here they are.' Ecce has; δεικτικῶς.

— *Age ostende etiam tertiam!*] Cum hoc loco confert Interpr. Britann. versus ex vet. fabula, cui nomen *Albumazar*, Act. III. Sc. VIII.

T. "Shew me your hand.
R. Here 'tis.
T. But where's the other?
R. Why here.
T. But I mean where's your *other hand?*
R. Think you me the giant with an hundred hands?
T. Give me your right.
R. My right?
T. Your left.
R. My left?
T. Now both.
R. There's both, my dear Antonio."

596. *Intemperiæ.*] Supra 32.

Facin' mi injuriam, an non?
EU. Fateor, quia non pendes, maxumam.
Atque id quoque jam fiet, nisi fatere!
ST. Quid fatear tibi?
EU. Quid abstulisti hinc!
ST. Dii me perdant, si ego tui quicquam abstuli,—
Nive adeo abstulisse vellem.
EU. Agedum, excutedum pallium.
ST. Tuo arbitratu.
EU. Ne inter tunicas habeas!
ST. Tenta, qua lubet.
EU. Vah, scelestus quam benigne, ut ne abstulisse intelligam! 602
Novi sycophantias. Age, rursum ostende huc manum

v. 597. Codd. *Facisne inj. mihi;* quod cum versum pessumdet, conjecit Noster HARE legendum *Facin'*, et delendum *Fateor,* quasi natum ex *fatear* versus sequentis. Cæterum *Facin'* rapide pronuntiand. ut sit versus idem cum cæteris Troch. Tetr. Cat. Habet vero A, simpl. *Facis.* Unice B. 1, *Facisne mihi inj.* Unde Bo: *Facin' mi injuriam.*——599. Falsus est Bo: qui hunc versum pro Iamb. sumit, ut cuivis apparebit vel minime in numeris Plautinis versato; imo est, ut reliqui, Troch. Tetr. Cat.——600. *Nive adeo,* Ita plane B. 2. R. 2. B. b. *Nivem adeo,* C. H. 1. 6. R. 1; fortasse pro *Nive me adeo. Neve,* A. B. 1. H. 2. 3. *Minime,* H. 5. V. 1. 2, a quibus Euclioni tribuitur, ut et in B. b, factum est. *Nive,* quod unice verum esse judico, habent Edd. Vett. et Recentt. pleræque. Perperam nuperrimus Editor, E. J. RICHTER, post GRON: Euclioni tribuit, quanquam unius alteriusve, ut vidimus, Codicis auctoritate fretus.—*Excute,* unus B. b.——601. *Tuo,* μονοσυλλάβως legend.——602. *Scelestus,* R. 2. B. b. et Ed. Ald. Lamb. Etc. *Scelestius,* H. 6. R. 1; vitiose. *Scelestissimus,* reliqui omnes.—*Ut ne,* omnes.—*Intelligam,* plures Codd.——603. *Rursum,* quod habent omnes Mss., non elidend. Bo: Goell: aliique Recentt: *rursus;* sed nil opus.

597. *Fateor, quia non pendes, maxumam.*] Scil. Injuriam facio. 'Yes, I do very wrong—in not having you hanged.' Σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν. Supra 372. *Pendes,* in cruce, scil.

598. *Fiet.*] Quia faciam te pendere. COM. Ms.

600. *Nive adeo abstulisse vellem.*] Hæc suppressa voce loquitur; 'May I perish if I've taken anything of your's.——and, what is more, if I don't wish I had.' De hoc usu vocis *adeo* in augenda significatione, Vide Men. P. 21. G.

— *Agedum, excutedum.*] Impatienter dictum. Vid. Men. 88. Gloss.

Dexteram!
St. Hem!
Eu. Nunc lævam ostende.
St. Quin equidem ambas profero.
Eu. Jam scrutari mitto. Redde huc!
St. Quid reddam?
Eu. An nugas agis?
Certe habes!
St. Habeo ego? quid habeo?
Eu. Non dico: audire expetis.
Id meum quicquid habes, redde!
St. Insanis: perscrutatus es
Tuo arbitratu, neque tui me quicquam invenisti penes.
Eu. Mane, mane: quis ille est?—quis hic intus alter erat tecum simul?
Perii hercle: ille nunc intus turbat; hunc si amitto, hic abierit.
Postremo jam hunc perscrutavi; hic nihil habet. Abi, quo lubet!

v. 604. *Hem!* Ita Mss. unus H. 2, *En*, sed in marg. *Hem*. Vide Supra 595.——605. *An*, omnes Nostri Codd. *Ah*, Bo: post Ald. Parm. Etc. Et ita Recentt. sed, cum nesciam an alicujus Scripti stet auctoritate, alterum, quod commodum satis sensum præbet, retinendum censui.——606. Ita iterum Codd. et Edd. Vett. et certe longe plus spiritus inest verbis sic positis quam quo ordine exhibuit Bo: (secutis Recentt:) *Habeo? quid ego habeo?*——607. *Quicquid*, omnes præter R. 2; ubi etiam est in vers. prox. *quicquam*. Bo: *quidquid*.——609. Versus est Trochaic. ut cæteri. Prioris *Mane* ult. syll. corripitur; [Vid. Men. 99.] et prior syll. *τοῦ ille;* [Supra 163. &c.] *Ille* autem habet unus H. 3; *illic*, reliqui, sed in versu proximo *ille;* quod utroque loco, vel metri causa, reponendum. Et sic Edd. Ald. et Parm. cum quibus consentit Noster Hare.—Tum *quis hic* omnes Codd. et Nostr. et Vindd. Bo: *qui*, cum etiamdum non animadverterit vocis *ille* apud Nostrum priorem syllabam corripi, quod vel in sequenti versu [610.] aperte factum est.——610. *Hic*, Ita omnes Codd. nisi quod unus, A, habet *hic* lineola superinducta, quod valet *hinc*. ut edidit Bo. Sed alterum Edd. Vett.——611. *Jam hunc*, omnes Codd. et Edd. Vett.—*hic nih. hab.* Ita Codd. sed delendum putat *hic* Noster Hare, cui tamen non accedo.

609. *Alter erat tecum simul?*] Nemo erat omnino præter Strobilum; sed quasi aliquis alius esset, ita quærit homo, omnia tuta timens, et sibi ipsi non credens. Lamb.

Jupiter te diique perdant!

St. Haud male agit gratias.

Eu. Ibo hinc intro atque illi socienno tuo jam interstringam gulam!

Fugin' hinc ab oculis? abin' hinc, an non?

St. Abeo.

Eu. Cave, sis, te videam!—

St. Emortuom ego me mavelim leto malo,
Quam non ego illi dem hodie insidias seni!
Nam hic jam non audebit aurum abstrudere:
Credo, hoc feret jam secum et mutabit locum.
Attat, foris crepuit! senex eccum aurum effert foras!

v. 612. Ita Mss. Nostr. et Vindd. unus H. 2, habet *agis*, sed ordine verborum servato, quem transposuerunt Recentt. *male* non elid. Cæterum Edd. Ald. Parm. Lamb. Etc. exhibent, *diique omnes perdant*, sed rhythmo, credo, pejore.——613. Si sic legendus versus, erit *atque* rapide pronuntiand. et τοῦ *illi* prior syll. corripiend. *tuo*, monosyll. ut sæpe. Sed non celabo abesse hanc vocem a B. a, unde metrum optimum efficitur. *Socienno*, B. 1. H. 3. R. 2; et tres alii, ex corrigentis manu, B. 2. H. 2. 6. *Socieno*, B. a; et A, sed altera manu superscript. pro usitatiori *socio* quod in textu exstat, et hoc habent reliqui, sed alterum citarunt Grammatici, hoc pro gloss. habend.—*Intus stringam*, B. 1. Contra, Supra 610, *inter turbat*, A. et R. 2.——614. *Cave, sis, te vid.* Ita plane H. 5. R. 2. V. 2. et H. 2, in marg. Reliqui omnes *Cave si te videam.* Libri Editi varie exhibent; *Cave te videam*, Parm. *Cave sis*, Ald. Lamb. et Edd. Medd. Bo: autem, (secutis Recentt:) sine scriptorum auctoritate, *revideam.*——615. Novæ hic Scenæ initium fit in plerisque Libris et Mss. ut et Infra 621.—*Emortuom*, autem dedi post Edd. nonnullas Vett. ut Mstis propius quam quod Bo: exhibet, *Ecmortuom.* Siquidem habent R. 1. H. 6, plane *Emortuum;* B. 2. *Cmortuum;* C, *Ei mort.* A, *Heu mort.* H. 1, *Hey mort.* H. 3, *Hei mort.* et H. 2, (in marg.) *Hei me mort.* Reliqui simpl. *Mortuum;* Et sic Ed. Ald. Tum *mavellem*, nonnulli Codd. sed plures et meliores *mavelim.*——616. *Dem*, non elid. Quatuor Nostri Codd. *hodie dem.*——617. *Nam*, non elid. Ita enim omnes Mss. et Edd. Ald. et Parm. *Namque*, Recentt: secuti Camerar.——618. *Hoc feret*, omnes Nostr. nisi quod unus B. 1, *hoc efferet.* Edd. Parm. et Ald. *referet.* Bo: et Recentt. *ecferet*, sed caret auctoritate; et sic voluit Noster Hare.——619. Et hic et alibi Codd: habent *At at.* Tum septem Nostri *effert*, reliqui *fert.* Bo: et Recentt: *ecfert.*—*S'nex*, autem, ut jam Supra vidimus, δισσυλλάβως pronuntiand.

612. *Haud male agit gratias.*] Quid tandem dixisset si thesaurum abstulissem, cum sic gratias agit quia nil prorsus abstulerim?

614. *Cave, sis, te videam!*] 'Mind I don't see you here again.' *Sis*, si vis. Supra v. 7.

615. *Emortuom ego me mavelim, etc.*] Ita Lampadiscus servus in Cistell. 389.

"Ego illam anum irridere me ut sinam? Satius est mihi
Quovis exitio interire."

617. *Hic.*] In fano scilicet.

619. *Foris crepuit.*] 'The door

Tantisper hic ego ad januam concessero.
Eu. Fidei censebam maxumam multo fidem
Esse: ea sublevit os mihi penissume.
Ni subvenisset corvos, periissem miser.
Nimis hercle ego illum corvom, ad me veniat, velim,
Qui indicium fecit: ut ego illi aliquid boni
Dicam: nam quod edit, tam duim, quam perduim.

v. 620. *Hic ego,* omnes præter H. 3; ubi est *Hinc ego.* Ἀμέτρως Bo: *Ego hinc.* Tum *ad januam,* uno ore Nostr. et Vindd. et sic scripsisse Plautum nullus dubito. Sensum acu tetigit Nuperrimus Editor C. H. Weise; in textu vero, *ab janua,* secutus Bo: aliosque, perperam dedit.——622. Codd. nonnulli *sublivit;* Quatuor, mendose, *subluit.* Edd. Vett. *sublevit,* et ita Recentt.——624. *Veniet,* A, solœce. *Veniat,* reliqui.——625. *Indic. fecit,* omnes Codd. et Edd. Vett. perperam transposuit Bo.——626. *Quod edit,* unice quot vidi Codicum habent V. 2. H. 5. et H. 2, (ex corrigentis manu.) Proximum autem est quod dant V. 1, et septem Nostri, *quo dedit;* et horum H. 6, habet in marg. "al. *quod edit.*" A, C, *quod dedit;* B. 1, V. 3, *quicquid dicat.* Quod sequitur autem, longe corruptius in Codd. legitur; ne unus quidem Codex lectionem omnino vitio carentem exhibet. Alii enim *tam diu quam perdiu;* alii *tam diu quam perdium;* alii *tam diu quam perduim;* alius *quo perdium;* Unice H. 6, in marg. habet pro *diu,* "al. *duim.*" Nostram lectionem dat Lamb: Camerarii fretus auctoritate; et hunc Recentt: secuti sunt.

creaked.' Exeuntis alicujus signum; passim apud Comicos occurrit.

621. *Fidei censebam,* etc.] 'I thought there had been the greatest dependence on Faith.' Ludit, ut Supra 572 sqq., in nomine. Similem παρωνομασίαν conferas ex Nostr. Shaksp:

Lu. "Thy name?
Im. Fidele.
Lu. Thou dost approve thyself the very same,
Thy name well fits *thy faith; thy faith* thy name."
Cymbeline, Act. IV. Sc. ii.

622. *Sublevit os mihi penissume.*] 'Had very near played me a pretty trick.' Ex hoc autem loco plane apparet, sicut ex illo Supra 420, adverbium *penissume* a *pene,* non *penitus,* formatum esse: ait enim, sibi os *modo non* sublitum esse; quia autem corvus tempore subvenisset, se salvum adhuc esse; quod dicere absurdum esset si *penissume* pro *penitissume,* cum Lambino aliisque, acceperis.

624. *Nimis ego illum corvom,* etc.] Genus est loquendi permixtum et confusum, [ut Supra 397,] quo crebro utitur Plautus, et ceteri Comici, sed maxime Græci: valet, Valde hercle illum corvum ad me venire velim; vel, Valde hercle velim corvus ille ad me veniat. Lamb.

626. *Dicam.*] Σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν, siquidem ridiculum esset gratias corvo agere; expectaveris igitur *dem* pro *dicam;* illud autem

Nunc, hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.
Silvani lucus extra murum est avius,
Crebro salicto oppletus: ibi sumam locum.
Certum est, Silvano potius credam quam Fidei! —
St. Euge, euge, dii me salvom et servatum volunt!
Jam ego illuc præcurram, atque inscendam aliquam in arborem;
Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.
Quamquam hic manere sese herus me jusserat:
Certum est, malam rem potius quæram cum lucro!

v. 628. *Avius*, Ita Edd. Vett. et Recentt. at omnes Nostr: Codd: *aulus*, quod non tam dissimile est, siquidem *u* pro *v* in Mss. fere semper occurrat, et productior littera *i* posset facillime in *l* converti Librarii errore.——630. Pro *credam*, unus H. 5, *credere;* et A, *credo*, mendose.—Tum *Fidei* omnes, nec necesse est cur antiquum *Fide*, cum Bo: aliisque, reponamus, nam duæ posteriores vocales in unam syll. coalescunt.——631. *Euge, euge*, Ita Recentt. et Strobilo tribuunt; Nostri autem Codd. uno ore dant *Fuge, fuge*, et Euclioni hunc versum continuant; Unus tantum (H. 2.) Strobilo illa *dii me salvom*, etc. assignat, at *Fuge, fuge* Euclioni; et pene suspicor hanc esse veram rationem.——632. *Ego*, inest omnibus Codd. et Edd. Vett. omisit Bo: vel potius in sequentem versum, ubi non habent Mss., transtulit.—*Illuc*, priore syll. correpta, pronuntiand.—Tum *in* abest a V. 1. 2. et quinque Nostris; habent vero reliqui, et in his optimæ notæ Codd.——633. *Indeque observabo*, Ita omnes Codd. et Edd. Vett. Male Bo: et Recentt: omittunt *que*. Confert Noster Hare, v. 320, Supra, et v. 661, Infra, ubi ut h. l. *inde* est correptim legendum.—Ult. syll. *τοῦ observabo* non elid.——634. Ita plane hæc verba ordinantur in B. a. nec aliter, ut videtur, B. b, ubi est *manere herus me jusserat*, omisso *sese*. Ed. Parm. *herus me sese*. Edd. aliæ, ut et Codd. plures, *me herus sese*, *me* non eliso.

parce parcus senex se minime facturum prædicat.

— *Edit.*] Vett. pro *Edat.*

— *Tam duim, quam perduim.*] 'I'd as soon kill it as (see it shot sooner than) give it aught to eat.' Pro, *Tam perdam, quam dem.*

627. *Solum locum.*] 'A lonely spot.' Desertum, *ἔρημον.*

628. *Avius.*] 'Unfrequented.' Nullius pede tritus. Lamb. Sed vide in Nott. Critt. ubi apparet omnes Codd. habere *aulus*, et sic Com. Ms. addito pro interpretatione, "Nomen luci;" unde quæri potest an nomen aliquod proprium ediderit Plautus, quod cum minus intellexerint Librarii, vocem nihili *aulus* supposuerunt; passim enim in nominibus propriis apud Libros Scriptos errari neminem latet.

629. *Salicto.*] H. e. *salicibus.*

— *Sumam.*] 'I will select.' Assumam, eligam.

634. *Jusserat.*] Pro *jussit*, ut sæpe apud Nostrum. Infra 651. Curc. 42. Etc.

635. *Certum est.*] Supra 630. Gloss.

ACT. IV. SCENA III.

LYCONIDES. EUNOMIA. PHÆDRA.

LY. Dixi tibi, mater; juxta rem mecum tenes
Super Euclionis filia: nunc te obsecro,
Fac mentionem cum avonculo, mater mea!
Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram.
EU. Scis tute, facta velle me, quæ tu velis.
Et istuc confido a fratre me impetrassere,
Et causa justa est: sìquidem ita est, ut prædicas,
Te eam oppressisse vinolentum virginem.

v. 636. Mendose H. 1, *justam rem;* et H. 2, 5, *justa rem,* sed in his duobus est "*similiter*" pro gloss. adscriptum, unde apparet *juxta* unice veram esse lectionem; contra, Infra 642, pro *justa* legitur ìn B. a, *juxta;* et sic passim in Mss. erratur.——637. Pro *filia,* C, et B. a, *filiam;* sed *super*, sensu *de*, cum ablativo construitur; Vide Gloss.——638. *Avonculo,* "τρισυλλάβως pronuntiandum est, *u* priore extrito," Bo. [Vid. Infra 739.] Cæterum male, credo, idem hunc versum post v. 639, collocavit, contra omnium, quos vidì, Codicum fidem, et Librr. Edd.——639. *Resecro te mater*, Quatuor Nostr. et V. 1. 2. *Resecroque te m.*, H. 1. Relìqui ut in textu dedimus; nisì quod unus H. 5, habet *Reobsecro te m.* glossa pro genuina voce accepta.—*Matrem* pro *mater*, B. a, vitiose.——640. Male Codd. *facta vellem eque* (h. e. *æque,*) *tu vel.* R. 2, *vellem quæ.*——641. *Istuc,* priore syll. correpta. Pro *impetrassere,* plerique Codd. *ìmpetrare,* ἀμέτρως. H. 6, habet in marg. "al. *impetrassere;*" et sic recte Edd. Vett.——643. *Oppressise,* Ita plane quinque Nostri Codd. et H. 2, in marg. alii *conpressisse,* aut *compr.* et ita Edd. Sed alterum mihi videtur esse ex Plauti manu, hoc in verbo inusitatiori interpretatio; tum metro convenientius *oppressisse,* et quod ad sensum æque (ne dicam, magis,) aptum.

636. *Juxta rem mecum tenes.*] 'You know the whole matter as well as I do myself.' Euclionis nempe filiam a me esse compressam Cereris vigiliis, meque velle eam mihi uxorem dari. LAMB.

639. *Resecroque, mater.*] Nempe obsecraverat matrem, ut ne cum avunculo mentionem faceret de Euclionis filia. Nunc contra, mutata sententia, eam obsecrat, ut cum eo de eadem colloquatur. Et quia mater priori obsecratione obstricta et obligata manebat, resecratione opus erat, qua eam religione solveret. DAC. *in Fest.* Vide autem in Gloss. et Nott. Critt.

Ly. Egone ut te advorsum mentiar, mater mea?
Ph. Perii, mea nutrix! obsecro te, uterum dolet!
Juno Lucina, tuam fidem!
Ly. Hem, mater mea,
Tibi rem potiorem video: clamat, parturit.
Eu. I hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum:
Ut istuc quod me oras impetratum ab eo auferam.
Ly. I; jam sequor te, mater.—Sed servom meum

v. 644. *Egone ut te,* Ita plures Codd. et Edd. fere omnes. Abest *te* a B. b, H. 3; et in A legitur *Ego ut,* sed *ne* vel *an* superscriptis.——645. *Uterum,* Septem Nostr. et V. 3, (sed in marg. *uterus.*) Abest hic versus et seq: a V. 1. Reliqui *uterus* plane; Vide Gloss.——648. *I,* abest ab A. H. 1. 3. ut et *hac,* a C.——649. Mss. fere omnes, *Ut istuc quod me oras efficiam tibi impetratum ab eo auferam,* et ita Ald. unde pessime nonnulli duos versus confecerunt. Rem acu tetigit Noster Hare, cujus verba operæ erit citare: " *Ut istuc,* etc. Cum hic versus id ipsum dicat quod sequens, alter certe delendus, quamvis uterque forsan sit ab ipsius Plauti manu, alter cum primum fabulam dederit, in alterum conversus, cum iterata vice in scenam proferret, quales plures mihi observare videor. Vid. Asin. II. i. 4. [v. 232. Ed. Bo.]" Ejusmodi est et v. 353, hujus fabulæ, ubi verisimile est Plautum primum scripsisse *exdorsua quantum potest,* post vero, ut melioris rhythmi, in *exossata fac sient* immutasse. Sic nostro loco *imp. ab eo auf.* videtur esse ex curis secundis, unde post *efficiam tibi* in MStis reperitur. Non celabo tamen lectorem esse in V. 2, et duobus Nostris, B. 2, H. 1, per se scriptum illud *efficiam tibi,* et sic etiam, A, cum illo *imp. ab eo auf.* in marg. ab altera manu additum.—Quod restat, *istuc* priorem syll. corripit; tum abest *me* ab H. 5.——650. *I,* deest Codicibus, nimirum ob sequ. vocalem τοῦ Iam; sed recte addiderunt Lamb. et Recentt. Ald: autem, *Jam ego sequor.* Ed. Parm. *Jamjam sequ.* Sed alterum melius.—*Sequor,* omnes, et Scripti et Editi.

644. *Advorsum.*] Pro *apud,* Non. Marc. quem citat gloss. Cod. H. 2.

645. *Perii, mea nutrix.*] Hæc puellæ utero laborantis auditur intus exclamatio, unde colligat Eunomia vera esse quæ filius super ea modo narraverat.

646. *Juno Lucina.*] Junonem Lucinam invocabant mulieres parturientes, quæ eadem est Diana, Ilithyia, et Genitalis. Lucina autem dicta, quod ejus opera ac beneficio partus in lucem prodeant. Confer. Ter. Andr. III. i. 15.

"Juno Lucina, fer opem; serva me obsecro." Lamb.

— *Tuam fidem.*] Pendet ex voce *obsecro,* repetenda a versu præced. Sic Cistell. 390.

"Dii, obsecro vostram fidem." &c.

647. *Rem potiorem.*] Id est, facta verbis meis præstantiora ostendo. 'I offer you here an argument more convincing than words.' Puellam scilicet in ipso articulo parturiendi.

649. *Istuc.*] Istud. Supra 641. et passim.

Strobilum miror, ubi sit, quem ego me jusseram
Hic opperiri. Nunc ego mecum cogito:
Si mihi dat operam, me illi irasci injurium est.
Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.

ACT. IV. SCENA IV.

STROBILUS.

Pici divitiis, qui aureos montes colunt,
Ego solus supero! Nam istos reges ceteros

v. 651. *Me juss.* omnes Codd. nisi C, unde abest *me.* Conjeceram equidem legendum esse, *quem ego jusseram Me hic opp.* sed contra MStorum fidem nolo turbare. Cæterum hic versus et seqq. usque ad v. 687, absunt a B. a, totius, ut videtur, folii jactura.——654. *Meo μονοσυλλάβως* pronuntiand. —*sunt,* omnes Codd. Nostr. et Vindd.——655. *Pici,* plane V. 3. B. 1. H. 2. 5. et H. 6, (sed littera *s* superscripta, quasi esset *Picis,* ut edidit Bo.) cujus glossema est in marg: "*Picos* veteres esse voluerunt quos Græci griphas appellant. Non. Marc. all. h. t." est etiam in H. 2, gloss: "*Pici,* quæ griphes dicuntur, &c." et sic Com. Ms. Tum V. 2, *Eici;* et R. 2, *Dici*; mendose uterque, sed nato errore ex *Pici.* *Dites* (ex interpretatione) V. 1. B. 2. B. b. et H. 1. (cujus in marg. est *Pici* adscriptum.) *Divites qui divitiis,* C. *Vites,* R. 1. *Lites,* H. 3. *Picos,* A, quod aperte dedit librarius, ut vitaretur *ἀνακόλουθον,* cum in textu inveniret *Pici;* et hinc, credo, omnis orta est lectionum varietas. Cæterum vide in Gloss.

651. *Strobilum miror, ubi sit.*] Constructio eadem quæ Supra 397. 624. Infra 754. Et *jusseram* pro *jussi,* ut in v. 634.

654. *Ubi de capite meo sunt comitia.*] Nempe apud avunculum meum Megadorum, ubi de vita mea et spe omni consulitur. 'Where they are sitting in judgment on me.' Nam si judicatum fuerit illum Phædram ducturum, prorsus equidem perii, capite damnatus sum.

655. *Pici divitiis,* etc.] Ex librorum et Msstorum auctoritate apparet vel *Pici* vel *Picis* h. l. legendum esse. Si posterius servetur, erit accusativus pro *Pices* ad verbum *supero* pertinens, cujus nominativus *Pix* seu *Phix;* (Φίξ, βίξ, ap. Hesych.) Sin *Pici* cum antiquioribus Edd: legas, erit con-

Memorare nolo, hominum mendicabula:
Ego sum ille rex Philippus! O lepidum diem!
Nam ut dudum hinc abii, multo illuc adveni prior,

v. 659. *Multo illuc*, Ita omnes Codd. Nostr. et Vindd. itaque Edd. Vett. *illuc* nimirum rapide pronuntiand. ut passim apud Nostrum. Fallitur Hare, cui videtur *multo* ex sequ. versu ortum, vel legendum *illo;* quod dedit Lamb. Perperam transposuerunt Recentt.

structio minime Nostro inusitata, quæ *nominativus pendens* apud grammaticos appellatur. Cujus simile est illud in Amphitr. 857. "*Naucraten, quem* convenire volui, in navi non erat." Ubi arcte cohæret relativum pronomen cum nomine antecedente. Idem est apud Virg. Æn. I. 573.

"*Urbem quam* statuo, vestra est."

Cæterum quod ad *Picas* seu *Picos* attinet, vide in Gloss.

— *Aureos montes colunt.*] Hi erant in Scythia Europæa, qua parte Ripæis [seu Hyperboreis] montibus est proxima; de qua Pomponius Mela Lib. II. cap. I. "Regio est ditis admodum soli, inhabitabilis tamen, quia gryphi, sævum et pertinax ferarum genus, aurum terræ penitus egestum mire amant, mireque custodiunt, et sunt infesti attingentibus." Lamb. Videsis Comment: ad Æsch. Prom. Vinct. 822.

"Οἱ χρυσόρρυτον
Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα."

Ubi confert Butlerus, Milt. Par. Amiss.

"As when a gryphon thro' the wilderness
Pursues the Arimaspian, who by stealth
Had from his wakeful custody purloined
The guarded gold."
Lib. II. 943.

656. *Ego solus supero.*] Hyperbole; maximas enim opes nactus sibi servus videtur, cum aulam auri plenam reperiverit. Conf. Cic. Att. I. IV. *fin.* "Supero Crassum divitiis."

— *Nam istos reges ceteros.*] *Nam,* elliptice refertur ad id quod sequitur, "Ego sum ille rex Philippus;" quasi dicat, "Philippum autem memoro, *nam* ceteri quotquot sunt usquam gentium reges præ meis divitiis pauperes et mendici sunt."

657. *Hominum mendicabula.*] 'Beggarly fellows.' Pro homines mendicantes, mendicos. Citat Nonius in voc. Lamb.

658. *Ego sum ille rex Philippus.*] Vide Supra v. 47. Is auri fodinas nactus, maximis abundans divitiis, auro potius quam armis bellum gerere solebat. Interpr. Ital. qui etiam citat ex Diodor. Sicul. Lib. XVI.; "Philippum, cum urbem quandam egregie munitam

Multoque prius me collocavi in arborem;
Indeque exspectabam, aurum ubi abstrudebat senex.
Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore;
Effodio aulam auri plenam. Inde ex eo loco
Video recipere se senem; ille me non videt:
Nam ego declinavi paululum me extra viam.
Attat, eccum ipsum! Ibo, ut hoc condam domum.

v. 660. *Collocavi*, et *arborem*, omnes Codd.——661. *Indeque*, omnes Codd. Nostr. et Vindd. Vid. Supra 633.—Tum *exspectabam*, decem Nostr. Codd. quorum unus H. 2, habet litt. *s* super *x* inscriptam. V. 1, *expectabam*. In A, est gloss: "*notabam*." *Spectabam* simpl. B. 1. B. b. et V. 2. 3.—*Aurum ubi*, omnes; Bo: et Recentt: transposuerunt sine causa.—*abstrudat*, unus H. 5; at solœce.——662. Ita omnes Mss. Nostr. et Vindd. nec intelligo cur id "putide factum" Bothio videatur; sed tædet de hoc verbo plura notare.—*Deorsum*, *μονοσυλλάβως*, ut semper credo, pronunt.——663. *Inde ex eo loco*, Ita omnes Codd. Nostr. et Vindd. nisi quod duo H. 1, R. 1, habent *exeo loco*, unde confecit Gulielm. *Inde exeo, eloco* (h. e. *illico*,) quod recepit Bo. sed nil opus.——664. Ita Mss. sine causa transposuit Bo. prior syll. *τοῦ ille* corripitur.——665. Unus Cod. V. 2, habet haud male *paululum*, et sic Noster Hare. Habent quidem nonnulli Codd. *non* vel *modo* post *ego* insertum, sed recte absunt a pluribus, et melioris notæ, Mss.——666. *Attat*, Ita B. b. reliqui *At at*.

capere conaretur, ac ejus loci quidam, contra omnem impetum tutissimam, ac ferme inexpugnabilem esse diceret, quæsivisse: Num etiam aurum ejus urbis mœnia transcendere esset impossibile?" *Ille* autem dictum, ut Curc. 27. "*Ille Jupiter*;" cum reverentia quadam.

659. *Ut.*] H. e. postquam, Com. Ms.

— *Prior*] Quam ipse Euclio. Id.

661. *Ubi.*] Adverbium est loci; sed in versu sequenti tempus significat. Id.

662. *Ego me deorsum duco.*] 'I let myself down from the tree.' "*Duco*, dimitto, descendo. N. M. all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6. Cæterum optime celeritas actionis exprimitur per hæc verba *duco, effodio, video*, etc. præsenti tempore posita, Similis est usus in narratione apud Curcul. 361—366. Etc.

665. *Paululum.*] Vide Nott. Critt. *Paululum* fortasse sensu *aliquanto* [Supra 494;] accipiendum. Nos, 'I kept *some way* out of sight,' 'a good way,' per *μείωσιν* quandam, ubi sententiam augere potius quam minuere in animo est.

666. *Domum.*] Recte *domum* non *domi* legitur, siquidem motus ad eum locum intelligitur; ita, ob eandem causam, v. 660; "in *arborem*," non *arbore*, habuimus. *Condam* autem valet *abscondam*, ut recte notat Interpres ad Cod. A.

ACT IV. SCENA V.

EUCLIO.

Perii! interii! occidi! Quo curram? quo non curram?
Tene, tene!—Quem? quis?—Nescio! nil video! cœcus eo! atque equidem,
Quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum animo certum investigare.
Obsecro vos ego, mi auxilio (oro, obtestor!) sitis, et hominem
Demonstretis, qui eam abstulerit!
Quid est? quid ridetis? Novi omnes: scio, fures esse hic complures,

v. 670. *Quem? quis?* Sic recte interpungitur in pluribus Nostr. Codd.—Terminat hunc versum Noster HARE ad voc. *eo*, et sequ. v. per *Atque* incipit. Bothium equidem secutus sum, cum nolo in re parvi momenti et meam et Lectoris operam insumere.——669. H. 1, *ubi sum;* et sic H. 2, ex corrigentis manu, sed rectius *sim* apud reliquos, et Edd: Vett: legitur.——672—674. Transposite hi versus leguntur apud omnes quot contuli Codd. in ordinem revocavit Acidal. quem Recentt: secuti sunt.——672. *Novi homines*, A; "et sic legendum censet J. Gul. i. e. *hominum mores;*" HARE.—Tum pro *complures*, dat C, *quam plures*.

667. *Perii! interii! occidi!*] Pulcherrimam hanc scenam haud male imitatus est Moliere in fabula sua *L'Avare*, quæ est potissimum ex hac nostra conflata. Cæterum cum ista animi perturbatione, quæ brevibus sententiis optime exprimitur, conferas verba Polymnestoris apud Eurip. Hecub. v. 1039. et sqq.

"ὤ μοι ἐγώ,
πᾶ βῶ; πᾶ στῶ; πᾶ κέλσω;"

668. *Tene, tene!*] 'Stop thief! Subaud. Furem, quisquis est. Supra 369.

670. *Obsecro vos ego.*] I. e. Spectatores. De more Comico hos ex scena appellandi, diximus ad Men. 779. sq.

"Vosque omnes quæso, &c."

Qui vestitu et creta occultant sese, atque sedent, quasi sint frugi!
Quid ais tu? Tibi credere certum est: nam esse bonum et voltu cognosco.
Hem, nemo habet horum?—Occidisti! Dic igitur, quis habet! Nescis?
Heu me miserum, miserum! perii!
Male perditus, pessume ornatus eo:
Tantum gemiti, et mali, et mœstitiæ hic dies mihi obtulit,

v. 673. *Sese,* omnes Codd. et Edd. Vett. Bo: *se.*——674. Male tres Nostri Codd: *Quis ais tu?* Quod sequitur autem, *te voltu cogn.* dant sex Nostri, et V. 2. Reliqui *et voltu,* (h. e. *etiam.*) Abest omnino a V. 1. in nonnullis *et* in *te,* aut converse, immutatur. Nullus exhibet, quod tacite edidit Bo: *e voltu.*——675. "Versus hic constat ex Troch. dim. acat. et dim. cat. quales multi in Plauto." Hare. aliter Bo: sed frustra est. Semel *miserum* habent B. 1, H. 5.——676. *Miserum, miserum,* h. e. "miserrimum," Hebraice. Nam sic Mss. et Edd. Vett. Bo: et Recentt: *misere perii!*——677. *Perditu,'* pronuntiand. Hunc vers. cum præced. conjunctim legerat Hare, habito pro asynart. ex Troch. dim. acat. et Troch. dim. hypercat. cujus etiam generis, ait, multos esse apud Plautum.——678. *Gemiti,* septem Nostr. Codd. quorum H. 2, habet gloss. margin. "*gemitus-ti.*" et ita H. 6. citato Non. Marc. Quatuor Codd. *gemite;* unus C, *gemitus.—Et mali,* omnes Nostr. Codd. præter H. 5. R. 2. Unus H. 2, habet *et mali et mœstitiæ;* abest *mœstitiæ* a C. *et malum,* B. b, fortasse pro *malorum.* Conjecerat Hare legendum, *et mali et molestiæ,* collato Curc. IV. ii. 15; [502. B.] sed nil opus.—*Hic dies mihi,* H. 6. R. 1. B. b. *dies hic m.* H. 2. *dies h. obt. m.* R. 2. Reliqui *hic mihi dies.*

673. *Qui vestitu et creta,* etc.] Id est, honestate vestis improbos mores vel animum dissimulant. Romanorum toga, vestitus ordinarius, erat ex alba lana; sed qui ambibant honores et magistratus, colorem album in splendorem extollebant, multa creta alba togæ apud fullones, quorum id erat officium, addita: Hinc *candidati* dicti et "*Cretata* ambitio," Pers. Sat. V. 177. et quo facilius honores impetrarent, miram speciem probitatis, continentiæ, industriæ, omnisque disciplinæ præ se ferebant. Hinc est quod addit, *Atque sedent, quasi sint frugi.* Gron. Lect. Plaut. Ita vir doctissimus; haud credo tamen nostro loco ad hos alludi, imo ad singulos quotquot inter spectatores dealbatis vestibus fuerint; et hos, eandem morum simplicitatem, quam vestitus munditiam, præ se ferre, ridiculi causa posuit Noster. Vide plura in Gloss.

674. *Et voltu cognosco.*] 'I perceive even by your looks.' De hac constructione vide in Gloss.

Famem et pauperiem! perditissumus ego sum omnium in terra!
Nam quid mihi opus est vita, qui tantum auri perdidi,
Quod custodivi sedulo? Egomet me fraudavi,
Animumque meum, geniumque meum!
Nunc eo alii lætificantur, meo malo et damno! Pati nequeo!

ACT. IV. SCENA VI.

LYCONIDES. EUCLIO.

LY. Quinam homo hic ante ædes nostras ejulans conqueritur mœrens?

v. 679. Abest *et* a duobus Nostris Codd. A. H. 5. *Famem et p.* reliqui; "Ita etiam Prisc. sed excidisse videtur ab initio *tantam;* [non assentio ;] versus autem desinit in *omnium*, non in *terra* cum aliis." HARE.—*Ego sum omnium*, Mss. et Edd. Vett. transposuit Bo.——680. *Auri perdidi*, Ita omnes Nostr. Codd. et Edd. Vett. Male transposuit Bo. *tantum* autem non liquescit.——681. *Fraudavi*, Tres Vindd. et omnes Nostr. præter R. 2; ubi est *defraudavi*, quod mavult Bo.—Cæterum hunc versum ad *sedulo* divisit HARE, habito pro Iamb. dim. et versum proximum ab *egomet* ad *geniumque meum* continuavit. Sed melius per se stant illa *An. q. meum, g. q. meum*, unde legitimus Anapæsticus efficitur.——683. *Eo*, (h. e. *auro*.) Sequor Codd. et Nostr. et Vindd. nec causam satis justam video cur ab iis discedatur. Tres (A. B. 1. et C ;) habent *malo meo et damno*. Omiserunt *eo* Recentt. et *meo* in locum ejus supposuerunt.—*Pati nequeo*, omnes Codd. Ultima syll. τοῦ *pati*, credo, corripitur, quod passim in imperativis *redi, ama, mane*, et simill. factum esse vidimus; [Conf. Men. 99. 206. etc.] Versus sic erit Troch. Tetr. *meo* μονοσυλλάβως pronuntiato.——684. *Quinam*, Unus H. 5, *quisnam;* et A, *quis homo*, ut Infra 688, sed alterum melius.—Cæterum hi versus, usque ad v. 688, in Mss. priori scenæ continuantur.

682. *Animumque meum*, etc.] Citat LAMB: Ter. Andr. I. I. 10.

> "Quod ille unciatim vix de demenso suo,
> *Suum defrudans genium*, comparsit miser."

Ubi Comment: "Fraudare suum genium dicitur si quis parcius vivit. At vero bene genio facit, si quis vitam largius colit." Notum illud Horatii, Od. IV. VII. 19.

> "Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico
> Quæ dederis *animo*."

Atque hic quidem Euclio est, ut opinor.—Oppido ego interii! palam res est:
Scit peperisse jam, ut ego opinor, filiam suam. Nunc mi incertum est,
Quid agam, abeam an maneam, adeam an fugiam. Quid agam edepol nescio.
EU. Quis homo hic loquitur?
LY. Ego sum, miser.
EU. Imo ego sum, et misere perditus,
Cui tanta mala mœstitudoque obtigit.
LY. Animo bono es.

v. 685. *Atque,* Tres Vindd. et omnes Nostr. præter H. 1, ubi est *At,* quod dat Bo.—*Palam res est,* omnes præter B. b, qui habet *p. est res,* et sic Bo.—*quidem* rapide, ut solet, pronuntiand. et *p'lam,* sublata priore vocali, legend.——686. *Suam,* monosyll. ut sit versus id. cum reliquis Troch. Tetr. acat. ——687. Ita omnes uno ore Codd. (nisi quod, præter B. b, omnes dant *an adeam;* et B. 2, *an edam,* mendose;) et certe non temere est versus optimus, et tam perspicue Plautinus, ob metrorum nescio quas ineptias, mutilandus. Confert HARE Curc. IV. IV. 33; [590, B.] vult tamen deleri prius *Quid agam,* quasi ex altero, quod est in posteriore colo, male natum; sed minime assentio.——688. Hic novæ scenæ initium in Mss. et Edd. Vett.—*Ego sum miser,* Bo: aliique, ex Ald. ubi est *miser* in altero quoque sententiæ membro repetitum. Mss. autem omnes quos vidi, et Nostr. et Vindd., dant *Ego sum.* Eu. *Imo* (vel *immo*) *ego s. m.*——689. *Cui;* unice B. 1, *quoi;* R. 2, *qui.*—*Tanta mala,* omnes; et Edd. Ald. Lamb. aliæque Vett.—*Mœstitudo,* autem, omisso *que,* habent Ald. et Parm. et sic Butleri Codex B. b. sed alterum melius, vel ob id judico, quod insolentius est; *obtigit,* (quod producta ult. syll. pronuntiand.) vocem sibi proximam nimirum respicit.

685. *Palam res est.*] 'All's discovered.' Suspicatur nimirum Lyconides Euclionem propter filiam vitiatam lamentari, non, ut res erat, propter ollæ suæ jacturam; unde per totam hanc scenam in ambiguitate verborum *ollam* et *puellam,* cum utrumque feminini generis sit, luditur.

688. *Ego sum, miser.*] 'It is I, wretch that I am.' Hæc commate post *sum* interposito legenda, ut sit *Ego sum* (nempe *homo qui hic loquitur*) responsio ad Euclionis interrogationem, *miser* autem sit ipsius Lyconidis suas fortunas dolentis exclamatio; eadem autem verba, punctulo subjecto, ad se ipsum refert Euclio, utpote qui sit miserorum miserrimus, nec pati queat ut alter quis se præsente de miseriis suis conqueratur.

689. *Animo bono es.*] 'Cheer up.' *Es* imperativum est. Infra 744. Ter. Adelph. IV. v. 62.

"Bono animo es, duces uxorem.
Æ. Hem.
M. Bono animo es, inquam."

EU. Quo, obsecro, pacto esse possum?
LY. Quia istuc facinus, quod tuom
Sollicitat animum, id ego feci, et fateor.
EU. Quid ego ex te audio?
LY. Id, quod verum est.
EU. Quid ego emerui, adulescens, mali,
Quam ob rem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos? 693
LY. Deus mihi impulsor fuit; is me ad illam illexit.
EU. Quo modo?
LY. Fateor peccavisse, et me culpam commeritum scio: 695
Id adeo te oratum advenio, ut animo æquo ignoscas mihi.
EU. Cur id ausus facere, ut id, quod non tuom esset, tangeres?
LY. Quid vis fieri? Factum est illud: fieri infectum non potest.

v. 690. *Quo;* B. 1, et C, *qui.* Sed *quo,* Edd. Vett. et Recentt.—*istud,* B. 1, et C. *istuc,* reliqui.——691. *et fateor,* omittit *et* C.——692. *Id, quod v. e.* Ita omnes Codd. inseruit *Pol* ante *Id* Bo.—*Verum* non liquescit.—Tum *emerui,* V. 1. 2. et septem Nostri plane; duo etiam, A et H. 6, habent ex correctione. V. 3, *merui.* Inseruerunt nonnulli *de te* ante *merui* ut vitaretur geminus hiatus, et sic voluit Noster HARE.——693. Pro *liberos,* dant H. 3, 5, *filios,* et sic A, sed *liberos* superscript. et hoc habent Edd.—*Quam ob rem,* solute apud plerosque Codd. legitur, et recte, siquidem *quam* eliditur; unde *ita* (quod est in omnibus Scriptis) non immutandum, sed conservandum; voluit HARE *Quamobrem id f.* ——694. Ita omnes Codd. *Deus,* μονοσυλλάβως legend.——695. *Fateor pecc.* Unice B. 1, *Fateor me p.* Voluit HARE, *peccavisse fateor,* vel *peccavisse me;* sed confert interim Most. V. II. 18, ubi est *Fateor peccavisse,* et sic noster locus legendus, cum sensus bene patiatur hiatum.——696. *Te oratum,* omnes Præter B. 1. H. 5; ubi est *exoratum,* sed horum H. 5, transpositis vocibus, *Id ad. exorat. adv. te.*——697. *Non tuom,* (vel *tuum,*) Septem Nostr. Codd. *non esset tuum,* C. *tuum non,* reliqui, et tres Vindd. sed alterum rhythmo convenientius.——698. In plerisque Mss. interpungitur, *factum est. Illud fieri inf. n. p.* et sic Ald. et Parm. sed non constat.

694. *Deus mihi impulsor fuit.*] Deus, h. e. Amor. Conf. Tibull. I. VII. 29.

" Non ego te læsi prudens: ignosce fatenti:
Jussit amor: Contra quis ferat arma Deos?"

698. *Fieri infectum non potest.*] Proverbiali sententia usus est, quam recte servavit Interpr. Angl. 'What's done cannot be undone.' Siquidem, ut ait Hor.

Deos credo voluisse, nam ni vellent, non fieret, scio.
EU. At ego deos credo voluisse, ut apud me te in nervo enecem!
LY. Ne istuc dixis!
EU. Quid tibi ergo meam me invito tactio est?

v. 699. *Deos cr. vol.* Ita Codd. et Nostr. et Vindd. et miror quemquam transposuisse. *Deos,* monosyll. ut Supra v. 694.——700. Hoc loco tres Codd. (A. H. 2. 5.) habent *Credo deos vol.* sed longe præstat repeti eundem ordinem quem in priore versu dedimus.—*Apud me te,* ita recte Recentt: post Meursium. Nostri Codd: dant *apud te me;* sed in A, est *me* super *te* superscript. et in H. 2, correctoris manus transponenda esse hæc pronomina jubet: et sic HARE.—*enecem* autem longe plures Codd. *enicem,* R. 1. C. B. b. quos secutus est Bo: post Ald. Vid. Infr. 786.——701. *Dixis,* Ita plerique Codd. Duo, H. 3, et C, *dix'is;* quinque ἀμέτρως *dixeris.*—*Meam,* quod dant plures Codd., monosyllabice pronuntiand. Non male autem A, et B. 1, *mea,* (plurali numero;) sed cum id facillime posset ex contracta forma τοῦ *meam,* (ut plerumque in Mstis exhibetur,) natum esse, malui vulgatum retinere.

Od. III. XXIX. 45,

> "Non tamen irritum
> Quodcunque retro est efficiet; neque
> Diffinget infectumque reddet
> Quod fugiens semel hora vexit."

Citat Bo: Ter. Phorm. V. VIII. 45.

> "Verum quando jam accusando fieri infectum non potest,
> Ignosce."

699. *Deos credo voluisse.*] Excusat se Lyconides quod puellam vitiaverit, relato facinore suo ad Deos instigatores. Argumentum ex necessitate fatorum pendens, cujus erant Græci philosophi, potissimum Stoici, suasores.

700. *At ego deos,* etc.] Haud male isti defensioni respondet indignans Euclio, argumento ejusdem monetæ adhibito. Huc pertinet festivissima fabula quam narrat ERASM. in Adag. super proverb. "*Ut sementem feceris* ita et metes." Verba ejus sunt, Refert Laertius in Zenone, eum servum in furto deprehensum cædere; Servus interim clamabat, in fatis fuisse ut furaretur. At Zenon, illud etiam, ut cædereris. Servus quoniam audierat herum disputantem de necessitate fatorum, eam prætexuit suo commisso. Sed scite retorsit philosophus.

— *Ut apud me te in nervo enecem.*] Verte, 'That I have you kept in the stocks at my house till you are half dead.' De *nervo* vide in Gloss. *Enecem* autem valet id quod apud Ter. Andr. I. II. 28.

> "Verberibus cæsum te, Dave, in pistrinum dedam *usque ad necem.*"

Ubi *usque ad necem* cum priore parte sententiæ sumenda, et dicta sunt per hyperbolem pro *valde et vehementer cæsum verberibus,* nam primum cædebantur, tum in carcerem seu pistrinum fiebat injectio.

701. *Quid tibi ergo,* etc.?]

Ly. Quia vini vitio, atque amoris feci.
Eu. Homo audacissume,
Cum istac te oratione huc ad me adire ausum, impudens!
Nam si istuc jus est, ut tu istuc excusare possies:
Luce claro deripiamus aurum matronis palam;
Post id si prehensi simus, excusemus: ebrios
Nos fecisse, amoris causa. Nimis vile est vinum atque amor,

v. 702. *Atque am.* Ita omnes Nostri, præter A, ubi est *et am.* itaque Edd. Vett. Bo: *vitioque.* ——703. *Cum istac te,* Mss. nisi quod *te* (quod elisionem non patitur) abest ab uno B. a.—*Ausum,* varie in Codd. legitur, *ausin, ausun, ausim,* sed *ausum* unice rectum.——704. *Excusare,* quatuor Nostri Codd: dant *excusari;* et ita etiam H. 2, ex corrigentis manu; sed alterum reliqui, et Edd. quod melius.—Negat Hare esse *istuc* in Mstis, et conjicit *ut te sic* legendum: Equidem in Nostris Codd. inveni, et omnino retinendum censeo.——705. *Luce claro,* Ita plane B. 1. sed omnes reliqui Nostri, et tres Vindd. *Luce clara.* Citat Nonius *claro,* quem laudavit post alios Hare. Vide Gloss.—Sex Codd. *diripiamus,* sed alterum, quod dant reliqui, et Edd. Vett., melius.——706. *Prehensi,* plane V. 3, et quatuor Nostr. et H. 2, contracte. *Prensi,* reliqui, nisi quod A habet *de* superscript: ut sit *deprensi.*—Tum *simus,* R. 1. B. b. Reliqui omnes et Nostr. et Vindd. *sumus,* quod metrum non fert. Bo: *fuerimus.* Ald. et Parm. *simus.*——707. *Hoc fecisse,* H. 1. sed manifesto librarii errore, siquidem litteræ H et N in Scriptis simillimæ sunt, præsertim in initio versus, nec multum distant *c* et *s* ubi in Scriptis exhibentur.—Cæterum male C, *et amoris causa,* cum longe plus ironiæ insit verbis sine copula additis.—*Nimi',* ablata littera ult. pronuntiand.—Tum non temere H. 3, dat *utile* pro *vile,* sed hoc præferendum, cujus interpretationem vide in Nott.

'What business then had you to lay hands on what was mine without my consent?' De constructione Vide Supra 377. Intelligit autem *ollam* Euclio, *puellam* contra Lyconides.

703. *Cum istac te oratione,* etc.] 'The impudence of the fellow! To think of your daring to come to me with such a tale as this!' Particulam *ne* ad ejusmodi indignationem exprimendam eleganter usurpant Latini, ubi Græce articulum neutrum τὸ cum infinitivo reperias. Exemplum habes in init: Aristoph. Ἀvv. 5—7.

τὸ δ' ἐμέ......τὸ δ' ἐμέ......

et passim apud Comicos.

707. *Nimis vile est,* etc.] 'Oh, wine and love are had far too cheap if that's the case.' Sententia est, Cariora esse debent, imo maximi pretii, vinum atque amor, si tanta bona comparare queant, ut impune liceat amanti atque ebrio quicquid vult peccati admittere.

Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet.
Ly. Quin tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam.
Eu. Non mihi homines placent, qui, quando male fecerunt, purgitant.
Tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit.
Ly. Ergo quia sum tangere ausus: haud causificor, quin eam
Ego habeam potissumum.
Eu. Tun' habeas me invito meam?
Ly. Haud te invito postulo; sed meam esse oportere arbitror.
Quin tu eam invenies, inquam, meam illam esse oportere, Euclio.

v. 708. *Lubet*, H. 5. *lubeat*, reliqui.——710. *Malum*, pro *male*, B. a.—*fecerint*, A. H. 5, ἀμέτρως.——711. *Sciebas*, A. H. 2. 5. B. a. Reliqui omnes *scibas;* itaque Edd. Vett. recte, Vide Gloss.—*attactam*, plane H. 2. R. 1. *actactam*, (quod eodem redit,) H. 6. B. a. b. *actatam*, R. 2, mendose. *attrectari*, A, sed in marg: "al. *tactam esse*." *attractari*, V. 3. B. 1. 2. C. *obtrectari*, V. 1. 2. H. 1. 5. et H. 2, in marg. Ex hac lectionum varietate unum notandum, quod omnes habent litteram *a* in posteriori parte vocis, unde Bothii *attactum* rejiciendum omnino censeo. Cæterum ex versu proximo, ubi est verbum *tangere* repetitum, apparet verba *attrectari*, vel *attractari*, quæ aliter libens admiserim, hic locum non habere.——712. *haud inficior*, H. 1. *Non causificor*, H. 5.——713. *Tu*, Quatuor Nostri Codd. *Tun'*, reliqui, et Libri Editi.——714. *Meam oportet esse*, A. *meam esse oportet*, H. 3; Neutrum despiciendum, sed quod in textu dedimus, est cæterorum Codd. et Edd., credo, omnium lectio.——715. *Quin tu eam inv.* "dele *eam*, quod et metrum et sensum turbat," Hare, cui libens assentirem si vel ex uno Codice abesset, sed cum perverse omnibus insit, nequeo eliminare; est igitur *eam* monosyllabice pronuntiand. et elidend. et, quod ad sententiam attinet, est mixta constructio, cujus alibi exempla apud Nostrum invenire est.—*Meam ill. esse.* Tres Vindd. et omnes Nostr. transposuit Bo.—*Oportere*, B. 2. B. b. Reliqui omnes *oportet*, solœce; et ita Ed. Parm.

712. *Haud causificor.*] 'I make no objection.' Non dico causam, non recuso; οὐ προφασίζομαι. Lamb. Idem est apud Ter. Phorm. II. i. 42.

"*Non causam dico*, quin, quod meritus sit, ferat."

715. *Quin tu eam invenies*, etc.] Qui civem Romanam vitiaverat, aut eam indotatam ducere, aut si hoc recusaret, capitis argui consuevit. Gron. Vid. Infra 750. Et quod ad constructionem attinet, Vide in Nott. Critt.

EU. Jam quidem hercle te ad prætorem rapiam, et tibi scribam dicam,
Nisi refers!
LY. Quid tibi ego referam?
EU. Quod surripuisti meum.
LY. Surripui ego tuom? unde? aut quid id est?
EU. Ita te amabit Jupiter,
Ut tu nescis!
LY. Nisi quidem tu mihi, quid quæras, dixeris.
EU. Aulam auri, inquam, te reposco, quam tu confessu's mihi,
Te abstulisse.
LY. Neque edepol ego dixi, neque feci.
EU. Negas?
LY. Pernego imo: namque ego aurum, neque istæc aula quæ siet,
Scio nec novi.
EU. Illam, ex Silvani luco quam abstuleras, cedo!
I, refer! dimidiam tecum potius partem dividam.

vv. 716-7. Transposite hi versus apud omnes Nostros Codd: leguntur; recte, Acidalium secutus, in ordinem revocavit Bo.——717. Bo: ex Cod. Monacensi, *quod tibi subr.* et facit versum nescio quem asynartetum; inest et *tibi*, contracte scriptum, in uno Nostr. H. 3. abest ab omnibus reliquis, et multo melius judico abesse, quod vel versus sequens convincit. Carent etiam Edd. Vett.——718. *Surripui ego tuom,* (vel *tuum,*) omnes Nostr. Codd.——720. *Confessus es*, H. 1. B. b. *Confessus*, reliqui. *Confessu's*, HARE, quem sequor.——721. *Ego edepol*, quatuor Nostr. *neque pol ego*, C. *ego*, abest a quatuor Nostr. Reliqui *neq. ed. eg.* Ald. et Parm. *neque id ædepol.*——722. Varie in Codd. legitur; septem Nostri dant *Namque ego aur.* C. *nam ego*, omisso *neque;* a quatuor abest *nam*, et *neque* per se legitur; unde colligo alterum ejiciendum. Bo: *nam neque.*——Prior syll. *τοῦ istæc* corripitur, quod latuit Bothium, unde vers. asynart. quibus valde gaudet, temere ex optimo trochaico effecit.——723. Pro *cedo* dat C, *credo;* Vid. Argum. prius, v. 12.

716. *Scribam dicam.*] Γράψομαι δίκην. 'Will enter an action against you.' Ter. Phorm. I. II. 77. "Ego te cognatum dicam, et *tibi scribam dicam.*" h. e. te in jus vocabo.

724. *Dimidiam partem.*] Supra 247. Gloss. Hoc loco est, Dimidiam potius partem totius auri, in duas partes æquales divisi, tibi dabo. LAMB.

Tametsi fur mihi es: molestus non ero furi. Refer!
LY. Sanus tu non es, qui furem me voces; ego te, Euclio,
De alia re rescivisse censui; quod ad me attinet,
Magna res est, quam ego tecum [otiose,] si otium est, cupio loqui.
EU. Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti?
LY. Bona,
Non.
EU. Neque scis qui abstulerit?
LY. Istuc quoque bona.
EU. Atque si scias,
Qui abstulerit, mihi indicabis?
LY. Faciam.
EU. Neque partem tibi
Ab eo, quiqui est, indipisces, neque furem excipies?
LY. Ita.

v. 725. Solute in Codd. legitur *Tam et si.* Unus, A, *Tamen et si.*—Tum *mihi fur,* H. 3, et C. sed melius reliqui, *fur mihi.—Non ero furi. Refer*; omnes Nostri. Male Vulg. *i vero, refer.*——727. *Re resc.* omnes Nostr.—*quod,* plane scriptum exhibent quatuor Nostr. et reliqui contracte *qd'*; præter unum B. 1, ubi est *quæ,* et sic Bo: ob metrum; sed potest *quod* rapide pronuntiari.——728. *Magna res est,* omnes præter B. b, qui dat *est res,* et sic Bo: versu pro iambico perperam habito. Voluit HARE deleri *res;* uncis inclusit WEISE. Equidem omnino retinendum censeo, et *otiose* vel τρισυλλάβως pronuntiandum, vel hoc fortasse delendum ut glossema verisimill. in verba *si otium est.* Abest quoque ab uno optimæ notæ Codice, (H. 5,) si quem id movet.——729. *Bona, non.* Ita omnes Codd. quod cum haud spernendum judicem, *non* in versum proximum transtuli.——730. *Qui abstulerit,* omnes Nostr. et Vindd. præter C, ubi est *quis.* Tum *scias,* omnes. Bo: *scies.* Cæterum hic versus et sequ. confuse in Codd. exhibentur.——731. *Qui abstulerit,* iterum omnes Codd. qui etiam habent *indicabis,* quod sine causa in *indicassis* mutavit Bo.——732. *Indipisces,* Ita sex Nostri, et A, in marg. ubi vero est in textu *inde poscas.* Quatuor habent *inde posces;* et C, *unde posces.* Ald: et Parm: *indipisces.*—Tum *excipies,* sex Nostr. unus, H. 5, *excipias;* reliqui vitiose *expies.*—Pro *quiqui est* dant Codd: *cuique est,* aut *quoi sit,* aut *qui sit,* aut *cui sit.* Citat Non. *quiqui est.*

729. *Dic bona fide,* etc.] Confert Noster HARE, Capt. IV. II. 110. [817. B.]

H. "Dic, bonan' fide tu mi istæc verba dixisti?
E. Bona."

Ubi vero notandum *Bona* affirmandi vim habere, ut recte hoc loco *Bona non* exhibere Codd: videantur, cum apertam negationem sensus postulet. Vide in Nott. Critt.

732. *Neque furem excipies?*]

EU. Quid, si fallis?

LY. Tum me faciat, quod volt, magnus Jupiter.

EU. Sat habeo. Age nunc, loquere, quid vis.

LY. Si me novisti minus,

Genere quo sim gnatus: hic mihi est Megadorus avonculus;

Meus fuit pater Antimachus; ego vocor Lyconides;

Mater est Eunomia.

EU. Novi genus: nunc, quid vis?

LY. Id volo

v. 733. Decem nostri Codd: *Id fallis*, omisso *si*. Duo, A, H. 3, *Id faxis*. Unice B. a, *Ita. id si fallis.*—*Quod volt*, omnes præter R. 1, ubi corrupte legitur.——734. *Quid vis*, plane omnes Nostri præter C, ubi est *quicquid vis*, et tres, B. 2, H. 1, R. 2, ubi contracte legitur. Et sic Edd. Vett. Bo: *quod vis.*——735. *Quo*, omnes Nostri. et Edd. Vett. Bo: et Recentt: *qui.*—Pro *sim*, B. a, *sum*, solœce.——736. *Anthimachus*, B. a.—*Pater* autem, ultima producta, pronuntiand. Conjecerat HARE legendum, vel *Antimarchus*, (ut Trin. IV. II. 72. [883. B.] *Callimarchus*;) vel *Meus autem f.* sed nil opus.——737. Ita personas distribuunt Mss. omnes, et Nostr. et Vindd. Et ita Edd. Vett. *Nunc, quid vis?* Vid. Supra 132. Duo Codd. H. 5, R. 2, *numquid vis*, sed contracte. De hac abeuntium formula alibi locuti sumus, et locum hic habere nemo negabit, cum plane, auri quærendi causa, discedere ab homine importuno vellet Euclio. Aliter ordinaverunt Bo: et Recentt.—Haud male H. 1, *Ego id volo noscere.*

'Nor will you screen the thief.' i. e. Neque furem recipies ad te, et celabis. LAMB. Cæterum Non. laudato hoc textu, explicat *Excipere* per *excusare*, vel *celare*: 'to shelter; or harbour.' et ita Gloss. in Cod. H. 2. Citat GRON: Cic. Pro Leg. Manil. de Mithridate; "Hunc in illa fuga Tigranes rex *excepit*, diffidentemque rebus suis confirmavit." Nam qui *recipit*, dat locum delitescendi.

733. *Quid, si fallis?*] Confert LAMB: Amph. 239.

So. "Quid, si falles?
Me. Tum Mercurius Sosiæ iratus siet."

Hoc autem, *Tum me faciat*, etc. dictum est εὐφήμως pro, Tum magnus me perdat Jupiter. *Me*, pro *in me, adversus me*, aut tale aliquid. 'Let him do with me as seemeth to him good.' Est duplicis accusativi constructio.

734. *Si me novisti minus.*] Id est, Si parum me novisti; si nescis qui sim, aut quibus ortus parentibus.

737. *Id volo noscere.*] I. e. Volo certior fieri quid tu velis de filia tua; nimirum an mihi, an Megadoro, nuptum dare destines. Sed vide in Nott. Critt.

Noscere :—filiam ex te tu habes.—
Eu. Imo, eccillam domi.
Ly. Jam tu despondisti, opinor, meo avonculo.
Eu. Omnem rem tenes.
Ly. Is me nunc renuntiare repudium jussit tibi.
Eu. Repudium rebus paratis, atque exornatis nuptiis?
Ut illum dii immortales omnes deæque, quantum est, perduint,
Quem propter hodie auri tantum perdidi, infelix, miser!
Ly. Bono animo es, et benedice! Nunc, quæ res tibi et gnatæ tuæ
Bene feliciterque vortat...Ita dii faxint, inquito.

v. 738. *Noscere,* Sic omnes Codd. præter H. 5, qui habet *Noscere te;* et sic Ed. Parm. Bo: et Recentt: *Noscere ex te;* sed omnes Mss. dant *filiam ex te,* et recte credo. Ita et Ald. Parm. Lamb. &c.—*Imo,* non elidend. hiatum bene patitur sensus, ut sine causa conjecerit Hare, *immo, habeo, ecc. d.*——739. *Jam,* omnes Nostr. Codd. et sic Ed. Parm. *Eam* vero Ald. Lamb. et Recentt. *Jam* autem valet *modo,* et opportune, credo, quod ad sensum, huic loco convenit. *meo* autem μονοσυλλάβως, et *avonculo,* contracte, [ut Supra v. 638,] pronuntiand. Maluit Noster Hare, *avunclo,* sed illud melius.——741. *Atque exornatis,* omnes Codd. rejiciendam esse copulam conjecit Hare, quia sic citaverit Non. M. et ita edidit Weise. Sed potest *p'ratis,* ablato priore *a,* legi.——742. *Illum,* prior syll. corripitur, ut sit versus idem cum cæteris; insulse pro Iambico habuit Bo.——744. *Benedic,* ob metrum legi jubet Noster Hare, et sic scribitur in B. b. Cæteri habent vel conjunctim *benedice,* vel *bene dice* solute scriptum.—*B'no* rapide pronuntiand——745. *Vortat;* Quatuor Codd: vel *vertant,* vel *vertant;* sed melius singulari numero legitur; Vide Supra 175.

738. *Imo, eccillam domi.*] 'To be sure I have, her at home.' Imo habeo, ecce illam domi. Admirantis sunt verba Euclionis, quorsum tendat ista interrogatio.

740. *Renuntiare repudium.*] Me quasi *nuntio* usus est, qui tibi repudium sponsæ futuræ, filiæ nempe tuæ, remittam. Vide Gloss.

742. *Quantum est.*] Plena constructio esset, *Quantum est deorum dearumque.* Confer Pseud. 35.

Ca. "At te dii deæque, *quantum est*...
Ps. Servassint quidem."

744. *Bono animo es.*] Supra 689.

— *Quæ res tibi,* etc.] Fausta precatio, qua utebantur, initio rei cujuslibet gerendæ, negotiique contrahendi. Lamb. Vide Supra 105. 175.

745. *Ita dii faxint.*] Ita dii faciant. 'Amen'. Deus omen confirmet: ratum sit quod loquor.

EU. Ita dii faciant!
LY. Et mihi ita dii faciant! Audi nunc iam.
Qui homo culpam admisit in se, nullus't tam parvi pretii,
Quem pudeat, quom purget sese:—nunc te obtestor, Euclio,
Ut quod erga te imprudens peccavi aut gnatam tuam,
Id mi ignoscas, eamque uxorem mihi des, ut leges jubent!
Ego me injuriam fecisse filiæ fateor tuæ,
Cereris vigiliis, per vinum atque impulsu adulescentiæ.

v. 747. *Qui*, non liquescit.—*Culpam admisit*, Ita plures Codd. quinque dant *adm. culp.* metro duriore.——748. Duo Vindd. et omnes Nostri, *Quin pudeat, quin* etc. nisi quod R. 1, habet *Quam pudeat*, (*quam* contracte scriptum,) et C. *quin pudeat et quin p. s.* In V. 3. est *quin pudeat quom purget s.* sed illud *quom* ab altera manu effictum ex contracta forma τοῦ *quin*; unde tamen nostrum dedi, cum vulgatum recte Bothio insulsissimum videatur; quem videsis in Notis Criticis majori Editioni suæ additis.——749. *Ut quod*, Ita Codd. Vindd. et omnes Nostri, præter H. 2, ubi est *Id quod*, unde *Id* pro *Ut* in versu sequenti dedi. Unice H. 6, habet in marg: "al. *si quid*." et sic edidit Bo. —*Ego* autem, quod ante *erga* in pluribus Codd. apparet, abest a duobus Nostris, (B. a. H. 3.) et ejiciendum censui quia et rhythmo officit, et potuit facillime in textum irrepsisse ob similitudinem vocis sequentis quæ in Scriptis plerumque contracte exhibetur.—*te*, non elidendum.——750. *Id mi*, Vide in vers. præced. Codd: *Ut mihi*; et ita Edd. Vett. nisi quod Parm. et Ald. habent *Mihi ign.* omisso *ut*; et sic Recens Editor C. H. WEISE, sed vitandus est hiatus insolentior inter *mihi* et vocem ab *i* incipientem.—*Jubent*, Ita quatuor Nostr. Codd. male reliqui *jubeant*.——751. *Fecisse fil.* Ita H. 5. B. a. apud cæteros perverse hæc verba leguntur.——752. *Impulsum*, unice H. 2. sed pro vitioso ab altera manu notatum.—*et imp.* C.

747. *Nullus 't tam parvi pretii*, etc.] 'He is not so much to be despised.' Non est ita pro vili æstimandus. Nam ingenui est confiteri, et hunc solum suorum ipsius peccatorum pudet pœnitetque.

748. *Quem pudeat, quom* etc.] 'Who feels a sense of shame, when he excuses himself.' Vide in Nott. Critt. Sed nescio an sic loco parum perspicuo succurratur.

749. *Imprudens peccavi.*] Vide Supra 23. Gloss. Ignorabat nimirum Lyconides Phædram esse filiam Euclionis, ideoque, quod ad hunc attinebat, *imprudens*, h. e. inscius, (Undesignedly,) peccaverat.

750. *Ut leges jubent.*] Vide Supra 715.

752. *Cereris vigiliis.*] Supra Prol. 36.

Eu. Hei mihi, quod facinus ex te ego audio?

Ly. Cur ejulas?

Quem ego avom feci jam ut esses filiæ in nuptiis.

Nam tua gnata peperit decumo mense post, (numerum cape:)

Ea re repudium remisit avonculus causa mea.

I intro: exquære, sitne ita, ut ego prædico.

Eu. Perii oppido:

Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se adglutinant.

Ibo intro: ut, quid hujus veri sit, sciam.

Ly. Jam te sequor.

v. 753. *Cur ejulas?* Ita primus, quod reperio, edidit Lambinus, et hunc Recentt: secuti sunt. Ed: Parm: et Ald: *curre i vise.* Codd. varie exhibent, sed nulli non corrupte; siquidem A dat, *curre i per vias;* tres Vindd. et reliqui Nostri *curre ī vias,* aut simile quid. Non male H. 6, in marg. *Cur renuas;* quod pene reposueram, (priore syll. τοῦ *renuas* producta, ut vidimus jam factum in vv. 197, 472;) unde optimus efficeretur sensus, et quam proxime ad ductum litterarum, *curreuuas,* quales in Scriptis plerisque exstant, hæreretur.——754. *Filiæ,* Ita omnes Codd. a quibus abest *in,* quod ob metrum inserendum, et diphthongus non elidend.——757. *I intro,* Ita unice B. b. a reliquis abest *I,* ut solet, ob sequent. vocal.—*Exquære,* Ita hunc textum citat Priscian. ut notat gloss. in Cod. H. 6. et sic exhibent sex Nostri plane; duo contracte; reliqui *exquire.*—*Sitne intro,* B. a. sed alterum melius.——758. *Sese,* B. b.—*Adgl.* B. b. reliqui vel *aggl.* vel *agl.*——759. *Veri,* [Vid. Infra 764.] Sic plane H. 8. reliqui *hujus ue si sit,* vel *hujus ne si sit;* B. a. *hujus si sciam.* Nullus, quot vidi, habet aut *rei* aut *reii* sicut Recentt: ediderunt.—*Sequor,* autem plane Mss. et Edd. Vett. Bo: *sequar.*

754. *Quem ego avom feci,* etc.] Constructio mixta, de qua Supra 397. 651; pro eo quod esset, Quem ego feci avum esse in filiæ nuptiis, vel, Feci ut avus esses, etc.

755. *Decumo mense post.*] Decimo mense post Cereris vigilias, quo die filiam tuam compressi. Lamb. Sic esse hanc phrasin accipiendam, nempe ut sit, decimo mense incepto, non exacto, apparet ex Aul. Gell. Lib. III. cap. xvi; quem super hac re fusius disputantem operæ erit adire. Exemplis vero ab illo adductis, nonnulla alia, quæ mihi ad rem potissimum visa sunt, in Gloss. contuli. Vide et Commentt. ad Herod. Lib. VI. capp. 63. 69; de Demarato Spartanorum rege, quem mater partu ediderat, "Οὐ πληρώσασα τοὺς δέκα μῆνας."

— *Cape.*] Computa. Com. Ms.

758. *Ad malum malæ res,* etc.] Græci dicunt Ἐπὶ κακοῖς κακά. Simile est in Men. 6.

"Homini misero si ad malum accedit malum."

Hæc propemodum jam esse in vado salutis res videtur.
Nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum, non reperio;
Nisi etiam hic opperiar tamen paulisper; postea intro
Hunc subsequar: nunc interim spacium ei dabo exquirendi
Meum factum ex gnatæ pedissequa nutrice, an vera novit.

ACT. IV. SCENA VII.

STROBILUS. LYCONIDES.

St. Dii immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis!
Quadrilibrem aulam auro onustam habeo; quis me divitior?
Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo cui dii sint propitii?

v. 763. *Exquirendi,* omnes Codd.——764. *Pedissequa,* Ita Mss. nisi quod unus H. 5, *pedissica;* Vid. Supra 455.—*an vera novit,* hæc cum planissime in omnibus Scriptis et Nostr. et Vindd. exstent, nescio cur aliquis abjicere velit, et insulsum illud *ea rem novit* reponat. Certe non est cur quis hæreat in voce *vera,* plurali numero posita, nec postulant leges grammaticæ ut *norit,* pro *novit,* (sicut in Ed. Parm. factum est,) legamus. Tum, quod ad sensum, nonnihil hic locus confirmat alterum illum v. 759, quem alii, sine causa, credo, immutaverunt.——766. *Onustam,* non elid. Bo: *onust. ego hab.* sed recte abest *ego* ab omnibus Mss. et Nostr. et Vindd.—*Quis me divitior,* Ita V. 1. 2. et sex Nostri. Tres *quis est me d.* Reliqui *quis me est,* et sic edidit Bo.——767. *Magi'* ablata litt. ult. pronuntiand. Bo: contra fidem Codicum, *mage.*

760. *In vado salutis.*] 'In the haven of safety.' In securitate: in tuto. Nam ut in profundo periculum est, ita in vado securitas. Don. ad Ter. Andr. V. ii. 4.

"Omnis res est jam in vado."

Idem est, Andr. III. i. 22.

"Ego in portu navigo."

Ly. Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum.

St. Hem!

Herumne ego aspicio meum?

Ly. Video ego Strobilum nunc, servom meum?

St. Ipsus est.

Ly. Haud alius est.

St. Congrediar.

Ly. Contollam gradum.

Credo ego illum, ut jussi, eampse anum adisse hujus nutricem virginis. 771

St. Quin ego illi me invenisse dico hanc prædam, atque eloquor?

v. 768. Hic versus usque ad *aspicio meum* Strobilo continuatur apud omnes quos vidi Codd. sed aliter Libri Editi, dubitantius Bo: secutus sum.——769. Codd. omnes, et Nostr. et Vindd. habent *ego aspicio;* nec video cur *ego* ob metrum eliminetur, siquidem in hujusmodi scenis fit ut verba solito celerius enuntientur. Prius igitur *ego* et *'rumne* rapide pronuntiand. et prius *meum* pro monosyll. habend.—Tum fere omnes dant *Video ego nunc Str. s. m.* Unus tantum, C, omittit *nunc;* et tres, B. 1. H. 2. 5, dant, *Videon ego nunc.* Unde levissima transpositione textum confeci. Longius alii a Scriptis discesserunt, sed nil opus.——770. *Haud alius est,* Ita plures Codd. at V. 1. et quatuor Nostr. *Haud aliud,* omisso *est.* V. 3, et duo Nostr. H. 6. R. 1, *Haud aliud est.*——771. *Eampse,* Unice H. 2. et A, ex correctione. Cæteri *eam ad se anum.* Unus, C, *eam ad sese.*—Tum *adisse,* omnes, ut *perisse,* Supra 256. Prior syll. τοῦ *illum* corripitur; *eampse* δισσυλλάβως pronuntiand.——772. Mss. *dico... atque eloquar,* solœce; sed *eloquar* ortum est ex versu sequ. Unice B. a, *dicam...... atque eloquar;* sed melior indicativus, et sic Edd. Vett.

768. *Certo enim,* etc.] Nihil habet τὸ *enim* cui referatur, nisi per ellipsin sententiam expleas, aut, quod est melius, *gestum* Lyconidis, subito se dextrorsum seu sinistrorsum convertentis, respicias. Cæterum pene suspicor hæc verba, ad Mstorum fidem, Strobilo continuanda esse, qui, audita voce ex proximo, sermonem subito intermittit. Quæ sequuntur, usque ad v. 773, referas ad scenæ antiquæ longitudinem, de qua plura in Men. 649. Non vero tam longa fuit scena, quam arte quadam singulari conficta, ut spectatoribus, e longinquo per cuneos sedentibus, vastum et enorme spatium vicorum ostendere videretur. Exemplum cernere est etiam hodie in Italia apud Urbem *Vicenza,* ubi exstat theatrum, mutilum illud quidem, sed ad antiquam normam effictum, quemadmodum a Vitruvio descri-

Igitur orabo, ut manu me mittat. Ibo atque eloquar.
Reperi....
LY. Quid reperisti?
ST. Non, quod pueri clamitant
In faba se reperisse.
LY. Jamne autem, ut soles, deludis?
ST. Here, mane; eloquar jam: ausculta.
LY. Age ergo, loquere.
ST. Reperi hodie,

v. 773. H. 6. ex correctione, *manu me emittat,* sicut Infra 779-80. B. b, ἀμέτρως, *me manu mittat.*—Tum *Iboque atque eloquar,* quatuor Nostr. *Iboque atque alloquar,* C. *Iboque at eloquar,* A. *Iboque,* B. 2, omissis reliquis.——774. *Reperi,* Ita omnes fere Codd. Vide Supra 197. Non constant autem secum in hac voce Scripti.——775. *Jam nunc ut sol.* V. 3. B. 1. *Jam me aut.* A.——776. B. a, *eloquere;* sed nil opus mutare. Idem habet *Reperi ego hodie,* sed melius abest *ego,* cum prima syll. τοῦ *reperi* producatur. Vide in vv. 774. 782.

bitur, quodque libentissime viset Comœdiæ antiquæ amans. Erexit celeberrimus *Palladio, Archit:* Anno MDLXXXIV.

773. *Manu me mittat.*] 'That he set me free.' Ut donet libertate. Notum est servorum, volente magistro, *manumissio:* nunc autem servus, quia thesaurum nactus est, libertatem suam vult pretio emere, quod leges sinebant, et ad hoc haud raro servi frugi peculium suum conservabant. Vide Gloss.

774. *Non, quod pueri,* etc.] Servus, significans non parvam rem neque levem reperisse se, negat inventum sibi nihil majus quam quod pueri clamitant se reperisse in faba; nempe vermiculum quem *Midam* vocant: eum enim pueri in fabis quærere solebant, quique inveniebat inde exultare ac velut triumphum agere. GRON: qui confert simile quid ex Juv. Sat. VIII. 29.

"Exclamare libet, populus quod clamat, Osiri
Invento."

Εὑρήκαμεν, scil. εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν.

775. *In faba se reperisse.*] In fabis nimirum vermiculus iste *Midas* abundabat, sicut in tritico et farre Curculio; cui alludit Virg. Georg. I. 186. et Noster Curc. 588.

"In tritico facillime
Vel quingentos curculiones faxo reperies."

— *Ut soles, deludis?*] Suspicatur herus ludos facere servum; nam ita locuti sunt cum rei alicui narratæ minus crederent. Sic Hor. Sat. II. VI. 53.

"Ut tu semper eris derisor."

Here, divitias nimias.

Ly. Ubinam?

St. Quadrilibrem, inquam, aulam, auri plenam!

Ly. Quod ego facinus audio ex te?

St. Euclioni huic seni surripui.

Ly. Ubi id est aurum?

St. In arca apud me: nunc volo me emitti manu.

Ly. Egone te manu emittam, scelerum cumulatissume?

St. Abi, here! scio, quam rem geras! lepide hercle animum tuom tentavi!

Jam, ut eriperes, apparabas: quid faceres, si reperissem?

Ly. Non potes probasse nugas. I, redde aurum!

St. Reddam ego aurum?

Ly. Redde, inquam, ut huic reddatur.

St. Unde?

Ly. Quod modo fassus es,

v. 777. Pro *nimias*, R. 2, et C, *multas*, nimirum ex glossem. et sic H. 2, in marg: habet *miras*. ——778. *Euclioni*, per crasin τρισυλλάβως pronuntiand. ne cum Bothio versum Asynartetum efficias. ——780. *Manu*, non liquescit; et sic Noster Hare. Codd: autem omnes dant *te emittam manu*, servato ordine quem in versu priore dederunt.——781. H. 3, *geris*.——782. *Jam*, non liquescit. De *reperissem*, vide in v. 774.——784. *Redde*, non liquescit.—Tum quæ sequuntur varie in Mss. exhibentur. A plerisque tota sententia Lyconidi continuatur, et pro *unde*, vel *inde* vel *vide* legitur; Unus, H. 5, *Ah unde;* et Strobilo hæc verba tribuit. Non omnino absimile est quod dat Cod. B. b, *ut huic reddatur amme;* (fortasse *a me*, et hoc pene reposueram.)—Tum *quod* omnes, credo, vel plane vel contracte scriptum, nisi unus B. a, mendose *quodam modo fassus es*.

777. *Divitias nimias.*] Id est, amplas, largas, quo sensu *nimis* et *nimium* pro *valde*, Supra 22. 492.

779. *Apud me.*] Supra 200.

780. *Scelerum cumulatissume.*] Sceleribus coopertissime, sceleratissime. Lamb. Vid. Supra 587. Gloss.

781. *Abi, here!*] Jocantis et recusantis locutio. 'Out upon you! master; I know what you would be at.' Sic Ter. Ad. II. ii. 12.

"*Abi*, nescis inescare homines."

784. *Huic.*] Euclioni nempe, cujus aurum fuisse dixerat in v. 778.

Esse in arca.
St. Soleo hercle ego garrire nugas: ita loquor.
Ly. At scin', quomodo?
St. Vel hercle eneca, nunquam hinc feres a me.

* * * * * * * *

v. 786. *Eneca,* omnes, credo, præter B. b, ubi est *enica,* ut dedit Bo. Vid. Supra, v. 700.—*Nunquam hinc feres a me,* his verbis finitur hæc fabula in omnibus quos vidi Codd. et Nostr. et tribus Vindd. Pessime huc inseruit Bo: verba quædam a Nonio, tanquam hujus fabulæ, laudata.—Non male autem h. l. annotaverat Noster Hare, "In his desinit hæc Fabula, juxta omnes notæ melioris Codd. Quæ in Editis sequuntur supplementa sunt, non tantum spuria, sed Plauto maxime indigna. Ut vero hæc fabula in fine manca est, ita Bacchides ab initio; quæ cum hanc excipiat secundum literarum ordinem, nullus dubito, quin olim proxime post hanc collocata fuerit in antiquissimis Codd. quam et aliorum sententiam fuisse video: postea vero Bacchides ideo post Epidicum videntur collocasse, quod in Bacch. II. ii. 36, [179. B.,] *Epidicus* laudetur." Hæc ille. Apud V. 1. 3, Aulularium excipit Captivi; et sic plerique Nostri. V. 2, habet Casinam fabulam post Aulul. Sed de his vide Recensum Codicum in Prolegomenis Nostris.

786. *At scin', quomodo?*] Verba minandi vim habentia, de quibus Supra, v. 8. Gloss. quæ cum sic intelligat servus, reponit, *Vel* (h. e. *etiam,*) *eneca,* sis, nunquam tamen reddam tibi quod petis.

* * * * *

En Fabulæ nostræ abruptam terminationem, reliquis jactura temporis in perpetuum deperditis. Hiatum quidem nonnulli explere conati sunt, additis duobus supplementis; quæ si quis operæ ducat legere, is adeat apud vel Bothii vel Varr: editiones. Recentiores pleræque recte, ut opinor, omiserunt, quibus me libentissime adjungo. Nam cum prius supplementum putide ineptum sit; et posterius, quanquam melioris illud quidem notæ, vix aliud tamen præ se ferat quam centonem quendam ex cæteris Plautinis fabulis confictum; satius mihi visum est ad has quam primum edendas festinare, quam diutius in hujusmodi nugis vel me, vel Plauti mecum sectatorem, detinere.

GLOSSARIUM

IN

MENÆCHMOS.

GLOSSARIUM

IN

MENÆCHMOS.

Verborum proprietas ac differentia, omnibus, qui sermonem curæ habent, debet esse communis.—
QUINCT. Inst. Orat. Proœm.

Non obstant hæ disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus.——IB. Lib. I. c. VII. *fin.*

PROLOGUS.

v. 1. SALUTEM.] *Greeting.* *Salutem nuntio,* h. l. valet id. qu. *Salvere jubeo.*

— Propitiam.] *Auspicious.* Faustam. A *prope* et *itius,* ab *eo;* quia *præsentes* dicebantur Dii faventes, seu *propitii.* Virg. G. I. 10. "Agrestum præsentia numina, Fauni;" (i. e. *Propitia,* SERV.) Æn. I. 526. "*Propius* res aspice nostras." (i. e. *Præsens* sis, seu *Propitius.*) Sic *Novitius,* Juv. Sat. III. 265. (Ubi de *noviter adveniente* loquitur.) Male Alfenus apud Gell. VI. 5. "Novum novicium dicimus, et proprium *propicium,* augere atque intendere volentes novi et proprii significationem."

3. Apporto.] Vide Nott. Ludit iterum in verbo, Merc. 159. AC. "Tibi equidem a portu *apporto* hoc. CH. Quid fers? AC. Vim, metum, cruciatum, curam, jurgiumque, atque inopiam. CH. Perii, tu quidem thesaurum huc mi *apportavisti* mali."

5. Animum advortite.] Græce Προσέχετε τὸν νοῦν. Hinc autem factum est *animadvertite;* ut a *magnus animus,* magnanimitas; ab *æquus animus,* æquanimitas; et simill.

7. Atque.] *Now.* Qui sensus nonnunquam in exordiis usurpatur; omisit autem Gell. X. 29. ubi, de hac particula agens, ait; "*Atque* plerumque sane conjungit verba et connectit: sed interdum alias quasdam significationes habet non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis." Infra 472.

8. Autumant.] *Give out.* Dicunt, narrant; quasi *auctores sunt;* ut sit pro *auctumant:* Sic *Autumnus,* pro auctumnus, ab augeo, *auctus;* (quia *auget* terram frugibus.) Infra 662.

11. Græcissat.] *Adopts the Grecian customs.* Græcos imitatur: Par. Formatur ut Atticissat et Sicilicissitat, a Græca terminatione in ιζω. Nam docet Valla ex Prisciano, "Latinos consuesse *z* litteram in geminum *ss* convertere, ut *patrisso* pro patrizo, [Ter. Ad. IV. ii. 25. Nost. Pseud. 435. etc.] Ita *Græcisso* pro Græcizo." Aliquando etiam per *z* enunciare, ait, et Ciceronem, et ipsum Plautum; in cujus Comœdiis habemus *badizo, apolactizo,* &c.

12. Atticissat.] 'Αττικίζει. Atticos imitatur: Facc: ex Festo, qui citat Apulei: in Florid. n. 18. "Quamvis optime Latine possit, tamen hodie nobis *Atticissabit.*"

— Sicilicissitat.] Siculos imitatur. "A *Sicilia* autem fit *Sicilus,* Siculus, et *Sicilicus:* unde *Sicilicisso,* et *Sicilicissito;*" Par. Græce Σικελικίζω. [Quamvis longe alio sensu κατεσικέλιζε usurpaverit Arist. Vesp. 911.] Vox nusquam alibi occurrit. De *Siculis* autem, tanquam *Græcis,* loquitur Cic. Verr. II. 129. "Est consuetudo *Siculorum,* cæterorumque *Græcorum.*"

13. Antelogium.] *Preamble; preface.* Fabulæ prooemium. Ex *ante* et λόγος. Vel ex *elogium;* (quod est titulus brevis, seu inscriptio in rem aliquam.) Videsis Rostii Opusc. Plaut. p. 93.

14. Demensum.] *Measured out.* DONAT. in Ter. Phorm. I. i. 9. "Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem: et id *demensum* dicitur. Et utrum a *mense,* an a *metiendo* incertum est." Imo ipsum *mensis* a *metior,* "quia *mensa* spatia conficit:" (Ut ait Cic. De N. D. 27.)

15. Modio.] *By the peck.* *Modius,* mensura est aridorum et liquidorum, continens sextarios sexdecim; (rather more than a peck English;) ut docet, ex optimorum auctoritate, FACC. Cæterum est a *modus,* quia hac mensura plurimum usi sunt Romani. Ita nos κατ' ἐξοχὴν dicimus, 'a measure.' Cic. Att. VI. 1. *post med.* [cit. ap. GRON.] "Habent, *pleno modio,* verborum honorem."

— Trimodio.] *By three pecks.* Trimodium, mensura trium modiorum. Plin. XXXIII. 1. "Neque enim aliter potuissent *trimodia* illa anulorum Carthaginem mitti."

— Ipso horreo.] *By the barn-full.* *Horreum,* dictum fortasse quasi *hordeum,* "quod proprie fuerit locus hordeo asservando accommodatus, ut *farreum* in quod reponeretur *far:* sed postea dici cœperit de quarumlibet frugum repositorio." FACC. Alii ab ὡρέω curo. Alii pro ὡραῖον, vel ὡρεῖον, ab ὥρα.

16. Benignitas.] *Bountifulness.* Cist. 498. "Ne bene merenti sit malo *benignitas.*" (The free and liberal manner in which she has told us all.) Differt autem a liberalitate, ait FACC. "Nam *liberalitas* versatur tantummodo in largitione: *benignitas* significat inclinationem ad benefaciendum quocunque modo possumus. Differt etiam a *comitate,* hæc enim consistit in blandis ac benevolis *verbis,* illa in re et *factis.*"

19. Mater.] *Foster-mother; nurse.* Τιτθή. Nonius Cap. V. 9, (qui hunc locum citat,) ait, "*Genitrix* a *matre* hanc habet distantiam: quod genitrix, semper quæ *genuerit,* nuncupatur; *mater* vero ali-

quando pro nutrice ponitur. Virg. Æn. VIII. 632. "Geminos huic ubera circum, Ludere pendentes pueros et lambere *matrem*." Qua voce designatur *lupa*, quæ Romulo Remoque mammam dedit." Noster Truc. 863. "Puero opust cibum; opus est autem *matri*, quæ puerum lavit." Adde Cist. 192. sqq. (Ubi non de matre quæ pepererat, *sed quæ educaverat*, loquitur.) Gell. XII. 1. "*Matris, quæ genuit*, neque sensum ullum neque desiderium capit."

20. Internosse.] *Distinguish between them.* Amph. Prol. 142. "*Internosse* ut nos possitis facilius."

— Mammam.] *The breast; pap.* Τιτθός. Tam in bestiis quam in homine, sed in hoc fortasse sæpius: ut fallantur qui dicunt de homine solo usurpari. *Uber* contra sæpius in bestiis quam in homine. Sunt etiam qui ita distinguunt, ut sit *mamma* quæ exterius apparet, *uber* interior officina lactis: conjunctim enim haud semel leguntur; Lucr. V. 883. et Gell. XII. 1. "Ubera mammarum."

21. Neque adeo.] *Nay not even.* Infra 211. Pro, *quin imo*, vel, *quod plus est*; (amplificatione sententiæ.) Curc. 337. "Respondit paucis verbis, *atque adeo* fideliter." Vide Aul. 600. Nott. et adde Pœnul. 511. "Nec damus,...*neque adeo* volumus datum." Cic. Catal. I. 2. "Ducem hostium intra mœnia, *atque adeo* in Senatu vidimus." Att. I. 17. *ad fin.* "Ego princeps, *atque adeo* secundus." Phædr. Fab. IV. 7. "*Nec* quem petebat potuit *adeo* attingere."

24. Septuennes.] *Seven years old.* Infra 1014. Qui septem sunt annorum. Pœnul. Prol. 66. "Puer *septuennis* surripitur Carthagine." Scribitur et *septennis*, (ut quinquennis, sexennis, octennis, &c.) contra sep*tua*ginta, non sep*ta*ginta, legitur.

25. Oneravit.] *Freighted.* Onero, ἐπιφορτίζω. "Ex hoc verbo navis *oneraria* dicta, quam Græci φορτηγὸν, et ὁλκάδα, nominant." Lamb.

26. Alterum.] *One of the two.* Hoc enim *alter* ab *alius* distat, quod hic de pluribus dicatur, ille de duobus tantum. "Quidam," ait Festus, "arbitrantur factum esse a Græcis dictionibus ἄλλος ἕτερος." Sic *Neuter,* Infra 688, pro *ne uter,* (h. e. *ne* ἕτερος.)

27. Tarentum.] Hodie *Tarento.* "Urbs ampla in ea parte Italiæ quæ dicitur Magna Græcia, ad sinum Tarentinum sita, olim valde potens, et præcipue mercaturæ dedita. Conditor fuit Taras Neptuni filius." Facc.

— Ad mercatum.] *To traffick.* Merc. Prol. 11. "Pater *ad mercatum* hinc me meus misit Rhodum." Infra 1010.

30. Mortales multi.] *A great crowd.* Gell. XIII. 28; Longe esse amplius, ait, in significanda totius prope civitatis multitudine, *mortales* quam *homines* dixisse: "Nam *multorum hominum* appellatio, inter modicum quoque numerum cohiberi atque includi potest, *multi* autem *mortales* nescio quo pacto, et quodam sensu inenarrabili, omne fere genus quod in civitate est, et ordinum et ætatium et sexus, comprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius, ingentem atque promiscuam multitudinem volens ostendere, '*cum multis mortalibus* Metellum in Capitolium venisse' dixit, ἐμφατικώτερον quam si cum multis hominibus dixisset." Hoc sensu Cic. Div. 5. "Defendo enim *multos mortales,* multas civitates, provinciam Siciliam totam." Addas Sall. Cat. cap. 52. "*Multos mortales* ea causa adversos habeo." Et Jug. c. xx. "*Multos mortales* cum pecore atque alia præda capit." Ib. c. xxviii. "*Multos mortales* et urbes aliquot pugnando capit." Similiter Ib. "*Omnes mortales* pecunia aggrediantur." Quo sensu etiam Horat. Sat. I. vi. 37. "*Omnes mortales* curare et quærere cogit."

— Ut ad ludos.] *As is usual to shows.* *Ut* hac significatione non raro occurrit. Ov. Trist. I. i. 17. "*Ut* in populo." (As is the case.) &c. Ita apud Græcos ὡς usurpatur.

31. Aberravit.] *Strayed; lost his way.* Plerumque translata significatione occurrit: sed Vide loc. Petronii, cit. in v. 46.

32. Epidamniensis.] Formatur a substantivo Epidam*nium,* eodem modo quo fit ex Rheg*ium,* Rhegiensis; Apollo*nia,* Apolloniensis; Hispa*nia,* Hispaniensis; Massi*lia,* Massiliensis; [Infra 152.] &c. Contra ex Lip*ara,* Liparensis; Myce*næ,* Mycenensis, &c. Ut nihil opus sit Bothium audire, Epidamnium adverbialiter accipientem. Athen*ien*ses inusitatius ab Athe*næ,* legimus. Et contra, Illur*ios* ab Illuria. [Infra 152.] Epidam*nius,* Infra 175, ab usitatiore Epidam*nus* formatur.

33. Epidamnium.] *To Epidamnum.* Urbs Macedoniæ inter gentes Illyricas sita, in ore maris Hadriatici; Postea Dyrrachium, (unde hodie *Durazzo,*) appellata. Forma autem substantivi est minus usitata pro vulg. *Epidamnum;* quod dant codd. nonnulli. Et hinc Epidamniensis, versu superiore. Vide Infra 180. Nott.

35. Animum despondit.] *Took it to heart.* "Est proprie *animum despondere,*" ait Saracenus, "omnem vivendi spem amittere, et veluti ex desperatione mori." Mil. 6. "Neve *animum despondeat.*" Ibid. 1044. "Nisi tu fers suppetias *animum despondebit.*" Merc. 607. Eu. "Quæso hercle: *animum* ne *desponde!* Ch. Nullust, *quem despondeam.*" Liv. III. 38. "Nec ipsi solum *desponderant animos,* sed contemni cœpti erant a finitimis." Citat Facc. Varro Lib. V. L. L. c. 7. "*Despondere animum* dictum est, eo modo quo *despondere filiam:* quia quemadmodum qui filiam alteri uxorem promittit, finem statuit suæ *spontis,* seu voluntatis, hoc est omnem de filia voluntatem et curam deponit, et in sponsum transfert; ita qui *despondet animum,* omnem deponit spem curamque sui."

— Ægritudine.] *Grief.* Proprie, ut h. l. *animi.* Funcc. Vir. Æt. L. L. Pars. II. Cap. viii. §. iii. "Omnibus, vel ex Terentio, nota est propria *ægritudinis* significatio, quod sit *animi ægri* affectio atque dolor; et non perinde ut *ægrotatio* ad corporis morbos trans-

feratur." Et citat Cic. Tusc. Lib. III. 10. "Ut *ægrotatio* in *corpore*, sic *ægritudo* in *animo* nomen habet non sejunctum a dolore." Tum recte subjungit: "At sequioris ævi scriptores eam linguæ Latinæ castitatem vix satis observabant."

36. Paucis diebus post.] *Post*, hoc loco adverbialiter sumitur; ut Mostell. 430. "*Triennio post.*" etc. Liv. XXXII. 5. "Ipse *post paucis diebus* secutus." (A few days *after*.) Sed vide Infra 1029. Gloss.

— Est mortuos.] *Mortuus est.* Antiqui enim, si in qua voce litera *u* geminaretur, posteriorem in *o* commutabant. E. g. *avom, tuom, clavom, servolum, instruontur*, &c. Vide Aul. 271. G. in vocem *miliios*.

37. Nuntius.] *News.* Aliquando plurali numero; Cic. Att. III. 17. "*Nuntii* nobis tristes, nec varii venerunt." Duplici significatione occurrit pro re nuntiata, et ipso nuntio. Par. *Lex. Plautin.*

42. Indit.] *Imponit.* Indo, is, ere; ab *in, do, dare.* Infra 4. 180. Capt. 1. "Juventus *nomen indidit* scorto mihi." &c. Tac. Annal. II. 56. "Quod illi vocabulum *indiderunt.*" Cæterum in vers. prox. *Menæchmo* in *dativo* legitur, ad appositionem τοῦ *Illi.* Constructio est frequentissima apud Nostrum; e. g. Merc. 506. "Quod nomen tibi dicam esse? P. Pasicomp*sæ*." Sic Hor. Sat. II. iii. 25. "Mercuri*ali* Imposuere mihi cognomen compita." Virg. G. III. 147. "*Cui* nomen asi*lo* Romanum est." Sall. Jug. c. V. "*Cui* postea Afric*ano* cognomen fuit." &c.

44. Ipsus.] Vett. pro *Ipse*: Præcipue apud Comicos.

46. Flagitarier.] Cum strepitu et clamore quæri. Petron. Sat. Cap. 92. "Non minore clamoris indignatione Gitona *flagitabat.*" Nostro fortasse loco valet, *Proclamari*; Vide Nott. Et confer Petron. Sat. Cap. 97. "Præco hæc proclamavit: 'Puer in balneo paullo ante aberravit, annorum circa XVI. crispus, mollis, formosus, nomine

Giton. Si quis eum reddere, aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.'"

47. Prædico.] Τὸ *prius* additur per pleonasmum; ut sit prædico, *is*, (penult. longa;) non prædico, *as*, (penult. brevi.) Sic v. 1. Supra, "*Primum a principio.*" Infra 55. "*Mage majores.*" &c.

49. Pedibus.] Scilicet *Carminis*. Ut Hor. Sat. I. x. 59. "*Pedibus* quid claudere senis." Sed verbo ambiguo joci causa usus est, quasi aliquis crederet eum revera, et suis pedibus, in Epidamnum iturum esse.

50. Examussim.] *Exactly, accurately*. Alibi, *Ad amussim*. Quasi, 'ad regulam fabrorum.' Noster in Amphitr. (Sc. Quis tam, &c. 44.) "Hic rem *examussim* enarrat." Ibid. 62. "Omnia *examussim* loquitur." Nonius Cap. I. 28. "*Examussim* dicitur, examinate ad regulam. Est enim *amussis* regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt." Etymologici conflatam putant hanc vocem ex *am* circum, et *assis*, pro *asser*, tabula.

53. Unde.] *Wherewithal*. Ter. Ad. I. ii. 41. "Est (Diis gratia,) et *unde* hæc fiant." (I have wherewithal to accomplish this.)

54. Nugas egerit.] *Nugas agere*, id. qu. Nugari. Infra 523, &c.

55. Mage majores.] Infra 872. Hellenismus: Ut Eurip. Hec. 377. Μᾶλλον εὐτυχέστερος. Herod. I. 32. Μᾶλλον ὀλβιώτερος. &c. Noster Amph. 148. "*Mage* modum in *majorem*." Stich. 665. "*Mage dulcius*." Capt. 570. "*Magis* hoc certo *certius*." &c.

— Mage.] Vett. pro *magis*. Infra 273. 295. &c.

56. Adsto.] Pro simpl. *sto*. Infra 304. Æn. II. 328. "Mediis in mœnibus *adstans*." Noster Merc. 128. "At etiam *adsto?*"

57. Illic.] Vett. pro *ille*. Infra 22. Passim apud Nostrum.

59. Nisi.] *Except.* Per jocum; quasi divitiæ *liberorum* loco ei essent. Sic Rud. 816. "Neque piscium unciam cepi, *nisi hoc,* quod fero hic in rete." (ubi *vidulum* intelligit.)

61. Dotatam.] *With a great dower.* Vide in v. 670.

62. Obiit diem.] *Died.* Varie hanc phrasim usurpabant: Nam et *obire diem;* [Aul. Prol. 20.] et *suum diem;* [Pœnul. 773. Cist. 175.] et, *supremum diem;* et, *mortem;* [Aul. Prol. 15.] et, *obire,* absolute dixerunt.

63. Pluverat.] A *pluo,* perf. *pluit,* et *pluvit.* Confert Lamb: Lucr. I. 387; *Fuvat* pro fuat, (idque pro *fuerit.*) Scaliger, "*Annuvit,* apud Ennium, ab annuveo; ut sit *pluverat* ab antiqua forma *pluveo.*"

66. Crucem.] Infra 749. 814. Aul. 585. Crux erat lignum in quod nequam homines figebantur: inde pro *omni cruciatu seu calamitate* translate sumitur. Similiter Aristoph. ἐς κόρακας ἐλθεῖν. Avv. 28. Pax 117. etc. Cæterum, quam indigne hoc supplicium tulerint Romani, colligitur ex Cic. pro C. Rabir. V. 16. "Carnifex vero, et obductio capitis, et *nomen ipsum crucis,* absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus." et sqq.

69. Habet.] *Lives.* Pro *habitat.* Nos vulg. *Keeps.* Aul. Prol. 5. "Qui nunc hic *habet.*" Bacch. 80. "Qui istic *habet.*" Sic Græce, Ἔχει. Soph. Phil. 22. etc.

71. Quæritatum.] *In quest of.* Infra 157. Plus autem *quærito* quam *quæro;* nam valet 'multum et anxie quærere:' quæ vis est verborum frequentativorum. Ter. Ad. III. iii. 8. "Si me senserit eum *quæritare,* nunquam dicet carnufex." i. e. sollicite quærere. Sic *rogito* a rogo; Aul. 327. G. *ito* ab *eo;* Bacch. P. 66. *purgito* a *purgo;* Aul. 710. *clamito* a clamo; Aul. 774. *dictito,* a dico; *ventito,* a venio: *gestito.* a gero: cum multis aliis.

74. Familiæ.] *Our company.* Subaud. *histrionum;* cum plerumque *familia* de servorum cœtu dicatur; (unde *Familiares,* Infra 525.) *Grex* frequentius de histrionibus.

75. Adstat.] *Appears before you.*

76. Hariolus.] *A soothsayer.* Ducunt a *fari;* unde aliquando *Fariolus* scribitur; (nonnunquam etiam sine aspiratione *Ariolus;* quapropter sunt qui ab *ara* derivari vellent.) Videtur scriptura per aspirationem in hoc verbo, (ut in *Haruspex,* et aliis ejusmodi,) antiquior fuisse. Videsis Catull. Ep. 84. in quendam Arrium, passim spiritum asperum vocalibus præfigentem.

---

v. 1. Juventus.] *The young men.* Pro *juvenes.* Pœnul. 1037. "Ab *juventute* irridiculo habitæ." Amph. 2. "*Juventutis* mores qui sciam." Hor. Ep. I. ii. 29. "In cute curanda plus æquo operata *juventus.*" &c. Sic *paupertas* pro *pauperes,* Aulul. 163. *Servitute* pro *servis,* Amph. 21.

— Fecit.] *Gave.* Infra 1024. 1026. pro *dedit;* rariore usu, quem tamen apud optimos scriptores reperire est. Liv. Lib. I. 3. "Cognomen colli *fecit.*" Virg. G. I. 137. "Stellis numeros et *nomina fecit.*" IV. 271. "Cui *nomen* amello *Fecere.*" Ov. Trist. I. i. 90. "Icarus Icariis *nomina fecit* aquis." Fast. VI. 461. "Sibi Brutus cognomen *fecit.*" Contra *dedit* pro *fecit,* Virg. Æn. II. 482. "Ingentem lato *dedit* ore fenestram."

— Peniculo.] Infra 201. 300. Paulus in Festum, "*Peniculi* spongiæ longæ propter similitudinem caudarum appellatæ: *penes* enim vocabantur caudæ." In Rud. 910, plane est pro *spongia.* "Ego te, quasi *peniculus* novos exurgeri solet, Ni hunc amittis, exurgebo, quicquid humoris tibi est." Festus, "*Peniculi* ab antiquis vocabantur, queis calciamenta tergentur, quod e caudis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea: dictum est forsitan a *pendendo.*" Sed et aliis usibus nonnunquam inserviebat, quod vel ex Ter. Eun. IV. vii. 7. apparet, Th. "*Peniculon'* pugnare, qui istuc huc portes, cogitas? S. Egone? imperatoris virtutem noveram, et vim militum, Sine sanguine hoc fieri non posse, *qui abstergerem vulnera.*" Notum est Veteres *spongia* usos esse ad mensas detergendas: Hom. Od. XX. 151. Αἵ δὲ σπόγγοισι τραπέζας πάσας ἀμφιμάσασθε. Ex hoc verbo formatur *penicillus,* Anglice *pencil.*

2. Detergeo.] *Wipe clean; clear the table.* Probe tergeo; quæ est vis præpositionis *de,* ut in *de*mirari, [Infra 608.] *de*bacchari, *de*albare, &c. Eadem voce in Amph. usus est sensu consimili; (Sc. Quis tam, &c. 23.) "Lances *detergam* omnes, omnes trullas hauriam."

3. Homines captivos.] Hanc locutionem frequentat Noster. Aul. 377. "Mendice *homo.*" Asin. 451. "Servom *hominem.*" Stich. 414. "*Homines* servolos." Cæs. B. G. VI. 28. "*Homines* adolescentes." Ter. And. V. i. 9. "*Homini* adulescentulo." &c. Similiter Aristoph. Ran. 1008. 'Ανὴρ ποιητής.

4. Indunt compedes.] *Clap on fetters,* or *shackles.* Vide Gloss. in Prol. v. 42. Capt. 44. "His *indito catenas* singularias."

— Compedes.] Πέδαι. Aul. 556. Vincula quibus *pedes* captivorum, ut *manicæ* quibus *manus,* vinciebantur. Tibull. II. vi. 25. "Spes etiam valida solatur *compede* vinctum: Crura sonant *ferro,* sed canit inter opus." Unde ut ex Ov. Ep. Pont. I. vi. 31; aliisque locis, apparet non tantum *ligneas* (quod ait Lambinus), imo plerumque *ferreas* fuisse compedes.

5. Nimis.] Pro *valde;* passim apud Nostrum; Infra 18. Aul. 451. 624. Amph. 65. "*Nimis* pulcris armis." 352. "*Nimis* scitus sycophanta." Most. 260. "*Nimis* velim lapidem." &c. Similiter ἄγαν et λίαν apud Græcos usurpantur; Æsch. Eumen. 324. Οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.

6. Ad malum malum.] *Trouble upon trouble.* Posterius *malum* est, *severitas,* (hard usage.) Prius, *iniqua serviendi conditio.* Amph. 571. "Oportet *ad malum malum* dari." Vide Aul. 758.

— Accedit.] *Is accumulated.* Alii male *accidit, befals.*

7. Facere nequiter.] Mostell. 401. "Quamvis desubito facile est *facere nequiter.*" Nostro fortasse loco nihil aliud quam *ignave, segniter* agere, significat; et est pro *cessare,* (To be idle.) Nihil enim hic de pravitate, seu vitiis servorum. Hoc sensu plerumque vox *nequiter* apud Nostrum occurrit. Amph. 162. "Pessumum est facinus, *nequiter* ferire malam maledicis." i. e. *ignave,* aut *remisse* ferire. Asin. 654. "Genua ni tam *nequiter* fricares." i. e. *languide, otiose.* Adde notabile exemplum, Most. 101. "Ubi illo immigrat

nequam homo, indiligens. Cum pigra familia, immundus, instrenuos: Hic jam ædibus vitium additur, bonæ quom curantur male." Hor. Sat. II. vii. 100. "*Nequam,* et cessator Davus." (de servo ultra justum tempus commorante.) Plin. Lib. XIX. Cap. 4. "*Nequam* esse matrem familias, ubi indiligens esset hortus." i. e. non diligenter cultus.

8. Eximunt se.] *Extricate themselves.*

9. Compediti.] *Fettered.* i. qu. *compedibus vincti.* Captiv. 871. "In lapicidinas *compeditum* condidi." Petron. Sat. Cap. 39. "Mulieres, et fugitivi, et *compediti.*"

— Anum.] *The ring.* Anus, vel annus, (unde annulus) est *circulus,* teste Varr. Lib. V. L. L. Cap. 2. Unde nomen inditum est *annuo* spatio per quod Sol cursum suum explet, et in sua redit vestigia. H. l. significat *ferreum circulum,* quorum binos habent singulæ compedes, et in quos crura inseruntur. Salm: apud Gron: "*Anatus* exponitur δακτυλιοφόρος, συμποδισθείς, in Glossis Vett."

10. Clavom.] *The rivet.* Qui vinculum compedis utrique annulo arcte colligat. Asin. 140. "Fixus hic apud nos animus tuos *clavo* est cupidinis." (Is riveted to us.) Translate, pro necessitate quadam, unde effugere nequeat. Cæterum *clavus* a *claudo* derivatur.

12. Esca.] *Meat; victuals.* Ab *edo;* ut *potio* a *potando.*

13. Rostrum.] *His snout.* Translate pro *ore* positum. Est a *rodo;* ut *claustrum,* a claudo; *rastrum,* a rado. "Dicitur non avium solum, sed etiam piscium et quadrupedum:" Lamb: qui citat Nonium, ubi plura exempla hujus vocis in os *hominis* translatæ.

— Deliges.] *Pin down; fasten. De* et *ligo.* Curc. 688. "*Deligatum* te hodie faciam cum catello ut accubes." (alii *delicatum.*)

14. Edit.] Vett. pro *edat.* Hor. Sat. II. viii. 90. "Quam si cum lumbis quis *edit.*" Epod. III. 3. "*Edit* cicutis allium nocentius." Plaut. Capt. 391. "Qui ipsi, quod *edit,* quærit." Pœnul.

Prol. 9. *Edit.* Ib. 406. *Edimus,* pro edamus. Et quidem passim apud Nostrum. In Aul. 384, dedi *edam* omnium Mstorum auctoritate fretus; at Both. *edim.*

15. Suo arbitratu.] *At his own pleasure, discretion; to his heart's content.* Ad libitum. Infra 843. Aul. 601. "Agedum, excutedum pallium. S. *Tuo arbitratu.*" Epid. 676. "*Tuon' arbitratu?* Ep. Meo hercle, atque haud tuo."

— Affatim.] *In abundance.* Ἄδην. Abunde, large. "*Adfatim* Terentius dixit pro eo, quod est, *ad lassitudinem:*" Festus. Alii ab ἀφάτως, (inexpressibly,) ultra quam verbis assequi potes, ducunt.

— Cotidie.] *Daily.* Pro *quotidie,* (i. e. quot diebus, Quinct. Inst. I. vii. init.) Aul. Prol. 23. Etc. Sic *Cocus* pro coquus, Infra 65. Ita *cum* et quum, *cur* et quur, *cui* et quoi, leguntur.

16. Edepol.] *By Pollux.* Per ædem Pollucis. Vide plura de hujusmodi exclamationibus, Infra 130.

— Capital.] *A capital offence.* Merc. 604. "*Capital facis.*" Festus, "*Capital facinus* est quod capitis pœna luitur." Nonius, "*Capital* dictum est, capitis periculum." et citat Lucil. Lib. XXVI. "Facile deridemur, scimus *capital* esse irracier." Asin. 116. "*Capitis* te perdam." h. e. *capitali* crimine.

20. Ad Menæchmum.] *Ad* Menæchmi *domum.* Infra 32. 332. Ter. Eun. III. iv. 7. "Quisnam *a Thaide* exit?" Hom. Il. I. 423. Ζεὺς ἐς Ὠκεανὸν ἔβη. i. e. Ἐς Ὠκεανοῦ δῶμα. &c.

— Quo.] *In quam domum.* Ut, unde, *ex qua domo;* (Aul. Prol. 3. &c.) Gronov: citat, Aul. 443. "*Quo* illæ nubent?" qu. vid. Stich. 122. "Nam, *quo* dedisti nuptum, abire nolumus."

21. Judicatus.] Vide Nott. Sic Asin. 911. "*Judicatum* me uxor abducit domum." Huc quoque pertinet, Ter. Phorm. II. ii. 20.

22. Non alit.] *Does not* merely *support*. Nonius, " *Alere* est victu temporali sustentare: *Educare* vero ad satietatem perpetuam educere." Ter. Ad. III. iv. 35. " Geta *alit* illas;" (maintains them,) " solus omnem familiam sustentat." Phorm. II. ii. 20. " Dices, ducent damnatum domum—*Alere* nolunt hominem edacem." (To keep.) Hec. IV. iv. 48. " Quem ipse neglexit pater, ego *alam*?"

— Educat.] *Fosters*. Infra 804. Vide in voc. præced.

23. Recreat.] *Recruits; refreshes*. Quasi macie et inedia confectos reficit; quod *medicorum* proprie est officium.

— Medicinam facit.] Pro *medetur*. Phædr. Fab. I. viii. 9. " Periculosam *fecit medicinam* lupo." Et xiv. 2. " *Medicinam* ignoto *facere* cœpisset loco." Amph. Prol. 90. " *Facere histroniam*." Ubi simill. congerit Lamb: " *Facere* argentariam; piraticam; unguentariam; mercaturam." &c. Idem citat Cist. 74. " Huic morbo *facere medicinam*." Curc. 163. " Anus tremula *medicinam facit*."

25. Exstruit.] *Piles up*. Ovid. Met. XI. 120. " Mensas *exstructas* dapibus." Cic. Tusc. V. 62. " Mensæ conquisitissimis cibis *exstruebantur*." De Sen. 44. " Epulis, *exstructisque* mensis."

26. Struices patinarias.] *Heaps of dishes*. Festus: " *Struices* antiqui dicebant omnium rerum exstructiones." Livius, " Per *struices* saxeas lapsu accidit." Vide Aul. 499. Gloss. Cæterum, hæc vox, ni fallor, media syll. producta, pronuntianda est: Si regula sit, Voces recto casu in *ix* desinentes, genitivum per *icis*, (*i* longa,) efficere; modo *feminini generis* sint, et a *verbis* deriventur.

— Concinnat.] *Sets out; arranges*. Festus: " *Concinnare*, apte componere." Asin. 200. " Auceps quando *concinnavit* aream." (has prepared.) Nonius; " *Cinnus* est commistio plurimorum; unde et *concinnare*." Apud Nostrum est fere, efficere, reddere: Amph. 375. " Lacrumantem ex abitu *concinnas* uxorem." 576. " Nulla res tam delirantes homines *concinnat* cito."

27. Lecto.] *Couch.* Intell. *triclinium;* in quod *accumbentes* cibum sumere mos erat; sed h. l. tam in altum aggerantur fercula, ut necesse sit *stare*, si quis de summa struice quid velit.

28. Hos dies multos.] *These many days past.* i. e. Jam multi dies sunt ex quo harum rerum mihi intermissio fuit. Rud. 55. "Intervallum *jam hos dies multos* fuit." Asin. 409. "*Triduom hoc unum.*" (These three *last* days.) Cist. 219. "Detinuit me *hos dies sex* ruri continuos." (For the *last* six days.) Pseud. 7. "*Jam hos multos dies.*" Phædr. Fab. I. i. 10. "Ante *hos sex menses* male dixisti mihi." Sall. Jug. c. xxxi. "*His annis quindecim.*" (For the *last* fifteen years.) Vide Infra 285; ubi similis dictio de tempore *futuro* usurpatur.

29. Domitus fui.] *I have been tamed.* Vide Nott.

— Caris meis.] Vide Nott. Hoc sensu Ov. Met. XI. 88. "Non aureus illo Tempore, nec *caris* erat invidiosus arenis." (De fluvio Pactolo.) Aul. 327. "Venio ad macellum, rogito pisces; indicant *caros*, agninam *caram*, *caram* bubulam,.... *cara* omnia; atque eo fuerunt *cariora:* æs non erat."

31. Instruontur.] *Are drawn up in array.* Verbum militiæ proprium. (Vid. in Nott.) Amph. 68. "Nos nostros nostro *instruximus* more; Item hostes contra suas legiones *instruont.*" &c.

32. Ad eum inviso.] Merc. 546. "*Ad me invisam* domum." Stich. 46. "*Ad meam filiam inviso* domum."

33. Eccum.] *Ecce eum.* Sic *ecca,* ecce ea; *eccam,* ecce eam; *eccos,* ecce eos; *eccillum,* ecce illum; *ellum,* en illum; &c.

34. Indomita.] *Intractable.* Pervicax, contumax: Quæ domari non potest.

— Impos animi.] Cui mens sana non est. *Impotens.* Contra *compos* mentis. Cas. 514. "Eripite isti gladium, quæ sui est *impos animi.*" Æn. IV. 300. "*Inops animi.*" Et simill.

36. Præterhac.] *Henceforward.* Posthac. Infra 627. Most. 71. "*Præterhac* mihi non facies moram." Stich. 322. "*Præterhac* si me irritassis!" Sic, Infra 161, *Præterea.*

37. Faxis; faxo.] Vett. pro *feceris,* et *fecero,* et *facias.* Vide Aul. 745. Gloss. Infra 240. 422. Etc. Sic *adaxint,* pro *adigant,* vel *adegerint,* Aul. 11.

— Vidua.] *Viro disjuncta.* Infra 622. "Omnino enim *vidua* ea est quæ, postquam nupsit, viro caret." Lamb. Hoc sensu Ovid. Heroid. Ep. I. 10. "Lassaret *viduas* pendula tela manus." Catull. C. VI. 6. "Te non *viduas* jacere noctes, Nequicquam tacitum cubile clamat." Stich. 1. "Miseram credo Penelopam, Quæ tam diu viro *vidua* caruit."

38. Quotiens.] Infra 690. "Cum mos esset apud priscos Romanos vocales longas a brevibus *apice imposito,* [Quinctil. Inst. I. VII. *init.*] distinguere, (ad hunc modum, Ā, Ē;) et eandem lineam seu virgulam librarii ad exprimendas N vel M literas scriptitantes in antiquioribus invenerint; non male suspicatur Justus Lips. (De rect. pron. Lat. Lingu. Cap. 5.) hinc malam scripturam provenisse vocum, Quotiens, Totiens, Vicensimus, Formonsus; etc." Funcc. De Vir. Æt. L. L. Cap. 8. §. IX.

41. Portitorem.] *Custom-house officer.* Cujus erat *portum* obsidere, et omnia sciscitari, ut ex iis vectigal sumeret. Confert Nonius, Cic. Rep. IV. "Nolo eundem populum imperatorem, et *portitorem* esse terrarum." De Off. I. 42. "Improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut *portitorum.*" Ter. Phorm. I. II. 99. "Epistolam audivi ad *portitores* esse delatam." Noster Asin. 143. Trinum. 764.

— Domum duxi.] *I have married.* Hinc absolute *duxi;* quod ad *virum* solum pertinet, ut *nubere* ad *feminam.* Vide Aul. 443. G. Notabile exemplum præbet Ov. Met. IX. 764. "Sacra, quibus qui *ducat* abest, ubi *nubimus* ambæ." (De nuptiis quas Iphis

femina, post *vir* factus, cum Ianthe initura erat.) Mart. Ep. VIII. 12. 2. "Uxori *nubere* nolo meæ."

43. Facturus.] Intell. *sim;* Sic, Infra 851, &c.

44. Penum.] *Stores; household stuff.* Apud A. Gell. IV. 1. *sub. fin.* "Non quæ esui tantum et potui sunt, sed tus quoque, et cereos, in *penu* esse," legimus; "Ligna quoque, et virgas, et carbones, quibusdam videri esse in *penu.*" Idem notat, "*Penus* dicta esse, quod non in promtu sint, sed intus et *penitus* habeantur." *Penus* quoque, (inquit,) variis generibus est, et varie declinatur. Nam et *hoc penus,* et *hæc penus,* et *hujus peni,* et *peneris,* et *penitoris,* et *penoris,* Veteres dictaverunt.

— Aurum.] *Trinkets of gold.* Vide Nott. Hoc sensu Mil. 1089. "*Aurum* atque vestem muliebrem omnem habeat sibi." Virg. Æn. XI. 576. "Crinali *auro.*" ubi de ornatu muliebri agitur.

45. Bene præbeo.] *Allow you handsomely; liberally.*

— Quicquam eges.] *Egeo,* et simill. cum *accus.* apud hujus et proximi ævi scriptores construuntur. Sall. B. J. 103. "Locus *pauca munimenta egebat.*" Vide in v. 140.

— Malo cavebis.] Infra 166. "*Discaveas malo.*"

47. Atque adeo.] *Nay more.* Prol. v. 21.

— Serves.] Pro *observes.* Vide Infra 133.

— Ob eam industriam.] *For this very purpose.* Ob istud ipsum. Casin. 168. "Quasi *ob industriam* mi adversatur." 666. "Quid tam diu remorantur, quasi *ob industriam?*" Infra 693.

48. Cœnam.] *Dinner.* De hac Infra 94. (in voc. *Prandium.*) est autem a κοῖνος; vel, ut alii volunt, a *θοίνη convivium.*

— Condicam.] *Will make an appointment.* Stich. 405. "Eæ *condixi* in symbolam." Ibid. 415. "Potare, atque *ad cœnam condicere.*" Absolute, Cic. Fam. I. 9. "Cum mihi *condixisset.*" Hinc Curc. 5; "Dies *condictus.*"

49. Illic.] *Ille.* Prol. 57.

51. Euax.] *Bravo!* Exultantium interjectio, ab *euoe,* quæ bacchantium vox est. (Εὐοῖ.) Casin. 692. "*Euax,* nunc demum sum liber." Curcul. 98. "*Euax,* habeo!" Sic *euge, eugepæ.* &c.

— Jurgio.] *By my scolding.* Nonius Cap. V. 34. "*Jurgium* et lis hanc habent distantiam; quod *Jurgium* levior res est: siquidem inter benevolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio, *Jurgium* dicitur; inter inimicos dissensio, *Lis* appellatur." Cic. De Rep. Lib. IV. "Admiror verborum etiam elegantiam. Si *jurgant,* inquit, benevolorum concertatio, non lis inimicorum, *jurgium* dicitur: *Jurgare* igitur lex putat inter se vicinos, non litigare."

54. Pallam.] *A shawl; cloak.* Vestem superiorem mulierum, quam in publicum proditura induebant. Aul. 125. G.

55. Dari verba.] Oritur hæc phrasis ex iis qui cum aliquid promiserint, facta verbis haud exæquent; ut *verba* tantum, (et nihil ultra,) *dedisse* videantur. Aul. 23. "Ne mihi ex insidiis *verba* imprudenti *duit.*" Persius, Sat. III. 19. "Cui *verba?*" Ter. And. I. 3. 6. "Cui *verba dare* difficile est." &c.

— Catæ.] *Crafty; cunning.* Callidæ. Pers. 617. "Ita *cata* est et callida." Vox a Sabinis ducta, ait Varr. L. L. VI. 3.

56. Lepidum.] *Pretty.* Infra 71. Mil. 1132. "Ut *lepide* deruncinavit militem." 1151. "Militem *lepide* ludificarier." Aul. 451.

— Fabre.] *Cleverly; in a workman-like manner.* Apul. Met. L. XI. "Navem *faberrime* factam." Hor. Sat. II. iii. 22. "Quid sculptum *infabre.*"

60. Insidias.] *An ambuscade.* Ab *in* et *sedeo;* ubi quis adversus alterius salutem insidiatur.

— Præsidium.] Quod alicui, auxilii causa *præ*ponitur. *Subsidium* autem, ait Festus, "quod *post*ponitur ad subveniendum laborantibus." Mæcenatem, "*Præsidium suum,*" vocat Horat. Od. I. i. 2.

61. Mea commoditas.] *My convenient friend.* Res pro persona; quia *commodum* obviam venit; ut qui ipsum *commoditatis* articulum sciat. Infra 64. Epid. 604. "Quid agis, *mea commoditas?*" Mil. 1371. "Salve, vir lepidissime, Cumulate *commoditate.*" Pœn. 290. "Mi Milphidisce, *mea commoditas,* mea salus."

— Mea opportunitas.] *My welcome Sir.* Quia *opportune* ad se gratulandum adest. Curc. 309. "O *mea opportunitas.*"

62. Quid agis?] *How fares it?* Aul. 491. Frequentissima salutandi formula, et quidem *maxime familiarium;* qua in re præcipue constat jocus in illa lepidissima scena, Hor. Sat. Lib. I. IX. 4. "Arreptaque manu: *Quid agis,* dulcissime rerum?" Ubi obiter observare libet quantum ex festivitate loci detrahant, qui τὸ *rerum* arcte cum *quid agis* conjungendum sentiant. Nam licet haud negandum sit formulas, '*quid rerum agis,*' '*quid rerum geritis,*' et simill. apud optimos auctores occurrere, (e. g. Catull. Carm. 25. "*Quid rerum geritis?* satisne frigora, et famem tulistis?") multo tamen sæpius, ac præcipue in sermone quotidiano, *quid agis* per se invenire est. Ad rem pulcre facit Epigramma Martialis, Lib. II. 67. "Occurris quocunque loco mihi, Postume, clamas Protinus, et prima est hæc tua vox, *quid agis?*" Ubi citant Plin. Lib. III. Ep. 20. "Quousque illa vulgaria? Eho, *quid agis?* Ecquid commode agis?" Quod vero ait Doering, "Si in usu fuisset hæc adulandi formula, (*Dulcissime rerum,*) vix Plautus, Terentius, et alii ea abstinuissent;" id credo de industria caverunt, ne nimis in heroici carminis rhythmum versus sui degenerarent.

— Genium meum.] Ita patronos appellabant parasiti. Curcul. 305. "Phædromum, *genium meum?*" Capt. 806. "Tuom gnatum, et *genium meum.*" In Curc. 628, "Tanquammet *genium meum;*" Phædromus sic parasitum suum appellat. Unde colligo *genium* eodem sensu et hic et illic usurpari, nempe pro illo qui *hominem,* (sicut 'Genius natale comes qui temperat astrum,') *per vitam usque comitatur,* (quod est parasitorum.) Apte igitur tum

patronus parasiti *genius,* tum parasitus patroni, nuncupatur; siquidem alter alterius comes est, et quasi umbra indissociabilis.

63. Per tempus.] *Tempestive.* Glossæ loco erit, Mostell. 557. "Nunquam potuisti magis *opportunus* advenire quam advenis."

64. Articulos.] Sumitur pro opportuno occasionis momento in quo aliquid fieri oportet. Epid. 479. "Ipso hanc in *articulo* emit." Ter. Adelph. II. II. 22. "Ut in ipso *articulo* oppressit."

65. Luculentum.] *Splendid; rich.* Λιπαρόν. Pro *insigne.* Vide Nott. In hominem transfert, Cic. Att. II. 12. *fin.* "Dicæarchum recte amas: *luculentus* homo est." Idem, Att. VII. 15; Pompeium, "*luculentum* scriptorem," vocat. Noster Mostell. 796. "Vestibulum et ambulacrum *luculentum.*" Merc. 416. "*Luculente* vendere." Fragm. 3. Cornicul. "Pulcrum et *luculentum* hoc nobis hodie evenit prœlium."

— Cocus.] Vett. pro *coquus.* Vide Supra 15.

66. Titubatum.] Particip. a *titubo;* (*to stumble,* or *make a false step.*) Metaphorice hoc loco ad vitiosam coctionem transfertur. Confert Gron: Hor. Ep. I. XIII. 19. "Cave ne *titubes.*" Ter. Heaut. II. III. 120. "Verum illa ne quid *titubet.*" Adde Cic. Fam. XII. 10. "*Si quid forte titubatum est,* ut fit in bello." Nost. Pseud. 942. "At vide ne *titubes.*"

— Reliquias.] *The relics.* Quæ post cœnam *reliquæ* sunt ex cibis; et in spem quarum haud raro veniebant parasiti, si serius convivio affuissent. Phædr. Fab. I. XXII. 6. "Ut fruaris *reliquiis.*" Infra 365. Curc. 325. "Si scias *reliquiæ* quæ sint." &c.

68. Catamitum.] *Ganymedem,* quem Priami filium Jupiter in monte Ida sub aquilæ specie rapuit, et in cœlum avexit.

— Adoneum.] *Adonim,* cujus cum Venere amores narrat Ov. Met. X. 524. sqq. Catull. Carm. 27. 9. "Ut albulus columbus, aut *Adoneus.*"

70. **Assimulo.]** *Resemble.* Forma et ornatu refero. Plerumque transitive legitur, ut Infra 735. Amph. Prol. 115. "*Assimulavit se,* quasi Amphitruo siet." Mil. 1153. "*Assimulem me* amore istius differri."

— **Ornatus.]** *Dress.* Pro simplici *cultus.* Infra 611. Et sæpe apud Comicos. Amph. 855. "*Ornatum* capiam, qui potis decet." Curc. 2. "Cum istoc *ornatu.*" Mil. 1167. "Ornatus *ornatu* nauclerico." Ter. Eun. II. ii. 6. "*Quid istuc ornati est?*" III. iv. 8. "*Qui hic ornatus est?*" &c.

71. **Lepidissumum.]** *A jolly fellow.* Infra 91. Supra 56. Aul. 658. Ter. Andr. V. iv. 45. "O *lepidum* patrem." Adelph. V. vii. 13. "Pater *lepidissime.* D. Euge, jam *lepidus* vocor." &c.

73. **Audes.]** H. e. *potes,* (*Can't you?*) aut *visne,* (*Won't you?*) Asin. 457. "Non *audes* mihi, sceleste, subvenire?" Ita *sodes* est pro *si audes,* at significat semper *si vis.* Vide Infra 445. Sic Græce, "Οὐδέ τι—τέτληκας εἰπεῖν ἔπος." Hom. Il. I. 543.

74. **Qua gratia.]** *For what good.* Qua *mercede.* Asin. 516. "Non veto te amare, qui dant *qua* amentur *gratia.*" Ter. Eun. I. ii. 79. "Excludor ego: ille recipitur: *qua gratia?*"

75. **Litigium.]** *A falling out; quarrel; squabble.* Infra 668. Minus est quam *lis,* de qua v. 51. (in voce *jurgio.*) Casin. 452. "Aliquid contrahere cupio *litigi* inter eos duos." (A misunderstanding.) Ter. Andr. V. ii. 12. "Cum illa *litigat.*"

— **Abs te.]** Infra 183. 259. Ter. Eun. V. ii. 44. "*Ab istoc* tibi *cavendum* intelligo."

76. **Obloquere.]** Curc. 41. "*Obloquere?* etiam taces?"

— **Effodito.]** *Knock out.* Ἔκκοπτε. Curcul. 399. "An aula quassa cum cinere *effossus* siet," (oculus.) ubi de *Unoculo* parasito sermo est. Catull. Ep. CVIII. "*Effossos oculos* voret

atro gutture corvus." Ter. Eun. IV. vi. 2. "Oculi illi *effodientur.*" Virg. Æn. III. 663. "Luminis *effossi.*" (de Cyclope.)

76. Oculum persolum.] *My only eye.* Luscus enim fuit. *Persolum,* plane et omnino solum, et eo nimirum cariorem. Theocr. Id. XI. 53. Καὶ τὸν ἕν' ὀφθαλμόν, τῶ μοι γλυκερώτερον οὐδέν. Vide etiam Infra 593. et conf. Pseud. 503. Jocus vulgaris apud Nostrum *Luscos* in scenam proferre, qui *facie magis quam facetiis ridiculi* viderentur. Mil. 1295. "Quid oculo factum est tuo?" Inde, quia infimorum erat hominum hos irridere, ait Persius, (Sat. I. 128.) cum indignatione, "Sordidus, et lusco qui possit dicere, Lusce!"

77. Ullum verbum.] Infra 613. Eodem sensu Ter. Andr. II. iv. 8. "Nunquam hodie tecum commutaturum *unum* esse *verbum.*" Ib. I. ii. 7. "Nunquam cuiquam nostrum *verbum* fecit." Ad. I. ii. 55. "Jam si *verbum unum* posthac!" Asin. 601. "*Verbum* cave faxis, verbero," (i. e. Cave ab importunis istis verbis.) Rud. 1020. "Si præterhac *verbum unum* faxis hodie: ego tibi comminuam caput."

78. Clam.] Cum. *accus.* Amph. Prol. 107. "Clam *virum.*" Aul. Prol. 7. "Clam *omnes.*" &c. Merc. 536. Cum *acc.* et *abl.* "Emta est amica clam *uxorem* et clam *filio.*" (si sana sit lectio.)

— Comburamus.] *Burn.* Nam mortuos in rogum componere, et comburere mos erat. Virg. Æn. I. 374. "Ante diem clauso *componet* Vesper Olympo." Ecl. IX. 52. "Longos memini me *condere* soles." Hor. Od. IV. v. 29. "*Condit* quisque diem collibus in suis."

80. Umbilicum.] *The middle.* Ὀμφαλόν. Metaphorice usurpatur. Liv. XXXV. 18. "Qui *umbilicum* Græciæ incolerent." Cic. De Div. II. 115. "Qui *umbilicum* terrarum obsides." Verr. IV. 106. "Qui locus, quod in media est insula situs, *umbilicus* Siciliæ nominatur." Milton, *Comus.* "Within *the navel* of this hideous wood." Collins, *Ode to Liberty.* "'Midst the green *navel* of our isle." Eur. Med. 666. "Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης;"

80. Dimidiatus.] Subtilissime de hoc verbo disputat A. Gell. III. xiv. "*Dimidiatum* est quasi *dismediatum,* et in partes duas pares divisum, *dimidiatum* ergo nisi ipsum quod divisum est dici haud convenit. *Dimidium* vero est non quod ipsum *dimidiatum* est, sed quæ *ex dimidiato* pars altera est..... Propterea Plautus in Bacch. [286; et 1158;] *Dimidium auri* dicit, non *dimidiatum aurum.* Item in Aulul: [247; qu. vid.] *Dimidium obsonii,* non *dimidiatum obsonium.* In Menæchm. autem *Dimidiatum diem,* non *dimidium.*" Sic Bacch. Prol. 50. "*Dimidiatas* imputes has si videres."

81. Concede huc.] *Draw this way.* Infra 723. Aul. 620.

— Fiat.] *Be it so; I will.* Formula obsequendi. Curcul. 672. Pl. "Mi frater, cupio. Th. *Fiat.*" &c.

— Etiam.] *Still further.* Aulul. 16.

— Licet.] *Well.* Infra 130. 141. Est assentientis; et sæpissime apud Nostrum occurrit. Curc. 95. Ph. "Occultemus lumen et vocem. Pal. *Licet.*" Aul. 283. Gloss.

82. Cavo.] *Cavum,* (seu *cavus*) latebra ferarum. Hor. Sat. II. vi. 80. "Murem mus paupere fertur Accepisse *cavo.*" et v. 116. "*Cavus*que Tutus ab insidiis." Aliud est *cavea,* in qua clathris et cancellis feræ *captivæ* continentur.

83. Heu.] *Excellent!* H. l. laudantis exclamatio; ut in Mil. 1136. "*Heu* probe!" &c.

— Edepol næ.] Ναί. Certe; profecto. Haud raro hæ voces apud Nostrum junguntur. Aul. 535. 564. Curc. 389. Asin. 536. 543. &c. Confert Hare, Most. III. i. 58. [569. B.] "*Heu hercle, næ tu* abi modo."

— Agitator.] *A charioteer.* Auriga, qui equos in curriculo *agit.* Æn. II. 476. "Equorum *agitator* Achillis." Cic. Att. XIII. 21. "Sustineat currum, ut *bonu'* sæpe *agitator* equosque." Acad. "Ut *agitator callidus,* priusquam ad finem veniam, equos sustinebo."

84. Quidum?] *How so?* Vide Infra 88. Videtur præcipue dictum ubi aliquid nec opinato quæritur, et sæpissime in re absurda. Conf. Asin. 596. Epid. 292. &c.

— Respectas.] *You look back.* "*Respectare* est *crebro* retro aspicere, et oculos retorquere." LAMB.

— Identidem.] *Every now and then; from time to time.* Catull. LI. 3. "Qui sedens adversus *identidem* te Spectat et audit."

85. Enim.] *Why, to be sure.* Serviliter supparasitantis. Aut potest per ellipsin, (ut sæpissime Græcum *γάρ*,) accipi: Sensus ergo erit, '*Egone?*—(Quid ego aiam? nempe nihil—) aio *enim* id, et nego, quod tu ais et negas.' Quod Sophocles vocat, Σοὶ δ' ὑπίλλουσι *στόμα*. Antig. 509. Adde ex LAMB: Ter. Eun. II. II. 21. "Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperavi egomet mihi, omnia assentari."

86. De odore.] Curc. 81. "*De odore* adesse me scit."

87. Facere conjecturam.] *To divine.* Id. qu. *conjicere.* Est vox propria augurum, seu haruspicum; qui nonnunquam *Conjectores* appellantur. Amph. 976. "Tiresiam *conjectorem* advocabo." Cistell. 204. "Hanc ego *de me conjecturam* domi *facio.*"

— Captum.] *Consulted.* Εἰ παρακαλοῖτο. GRON: Lect. Plaut. "*Capere*, etc. est id. qu. adhibere, consulere. Sic, *Capere judicem, arbitrum;* Mostell. 541. Amph. Arg. 7. ["Blepharo, *captus* arbiter."] Pro assumere, eligere." Ita Ter. Heaut. III. I. 94. "Me *cepere* arbitrum." Virg. Æn. V. 712. "Hunc *cape* consiliis socium." LAMB: "*Adhibitum*, et advocatum sit collegium augurum: quasi de avium occentu, aut volatu, aut tripudio solistimo agatur."

— Collegium.] Subaud. *augurum;* (quæ vox nonnullis editt. ex glossemate additur.) *The College of Augurs.*

88. Agedum.] *Come now.* *Dum* sæpissime apud Nostrum paragogice additur. Infra 182. 287. &c. De hac particula ait GRON.

(in Cic. Att. XIV. 14. "*Iteradum* eadem mihi;") "Formulam esse dicendi qua utebantur in rebus nec opinatis." Quod licet aliquando verum esse non negem, (e. g. *quidum,* Supra 84;) sæpius tamen cum petulantia quadam dictum invenietur. Et cum imperio nonnunquam; Ter. Andr. I. I. 2. "*Adesdum:* paucis te volo." Aul. 600.

89. Summum vestimentum.] Pro *summam partem vestimenti.* Frequentissima apud Nostrum, aliosque, locutio. Cistell. 514. "*Postrema* in comœdia." Curc. 4. "*Prima* vespera." 282. "Platea *ultima.*" Æn. I. 541. "*Prima* terra." III. 8. "*Prima* æstas." VI. 519. "*Summa* arce." Ovid. Met. II. 768. "*Extrema* cuspide." III. 195. "*Summas* aures." 681. "Falcata *novissima* cauda est." V. 284. "*Primas* intravimus ædes." Persius Sat. III. 108. "*Summosque* pedes attinge." Ter. Ad. Prol. 9. "In *prima* fabula." Cic. Att. XII. 27. "In *prima* provincia." Cæs. B. G. I. 22. "*Summus* mons." (Et apud Græcos;) Æsch. Suppl. 697. Οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεώς. (in *ultima* navis *parte.*) Hom. Il. I. 481. Μέσον ἱστίον. VI. 40. Ἐν πρώτῳ ῥυμῷ. &c.

90. Spurcatur.] *Offenditur.* Fœdatur, inquinatur. Nonius Cap. IV. 425. "*Spurcum* significat obscœnum, impurum, lutulentum." Plautus Asin. 783. "Noctes *spurcas.*" Etiam *fœtidum.* Lucr. VI. 782. "Acriter infesto sensu, *spurcæque,* gravesque." Catull. Ep. CVIII. 2. "Senectus *spurcata* impuris moribus."

— Nasum.] Vett. pro *nasus.* Curc. 112. "*Sagax nasum* habet." Mil. 1245. "Odore *nasum* sentiat." Citat Nonius eundem usum bis ex Lucilio, Lib. VII. et XXII. Sic Infra 765. *Stimulum,* (quod recentt. *stimulus* dixerunt.) Contra, *collus* pro *collum,* Capt. 288. et *dorsus* pro *dorsum,* Mil. 399. Etc.

— Illucido.] *Impure.* Fœtido. Translata significatione ab altero sensu in alterum. Sic Æn. III. 228. "*Tetrum* odorem." (noisome.) Cum proprie *nigrum* et *tenebricosum* significet.

91. Lepide.] *Waggish; humorous.* Paullum alio sensu

quam Supra, v. 56. Nam hoc loco est potius *jucunde, festive.* Sic Asin. 556. "Edepol senem Demænetum *lepidum* fuisse nobis."

— Ut fastidis.] *How fastidious you are.* Cum fastu et abominatione respuis. Mostell. 889. "Vide *ut fastidit* simia!" Curcul. 633. "*Ut fastidit* gloriosus!"

93. Erotium.] Ab ἔρως dicta, ut quæ *amori* inserviat. Cæterum blandiculam hanc formam nominis alibi feminis, et quidem plerumque meretricibus, tributam invenimus. Quales sunt, Eleusium, [Aul. 287.] Glycerium, Planesium, Silenium, Gymnasium; &c.

94. Prandium.] *Dinner.* Nam dies erat dimidiatus mortuus. Hinc apparet *prandium* et *cœnam* apud Veteres haud raro confundi; nam et hoc loco, et decies infra, *prandium* usurpat, cum nuper [v. 48.] dixerit, "ad *cœnam* aliquo condicam foras." Erat olim *prandium* primus qui *mane* cibus sumebatur, (*breakfast,*) a πρὰν, seu πρῷί: Unde *Impransus,* apud Horatium, pro eo qui ad id horæ nondum cibos gustaverit. Mox vero *jentaculum* ante prandium capiebant, et prandium in pomeridianum tempus dilatum est.

96. Expedite.] *Plainly.* Metaphora a *factis* ad *verba* translata. *Expedire alicui,* valet, certiorem facere. Infra 516.

— Fabulatu's.] *You have spoken.* *Fabulor,* plerumque hoc sensu apud Nostrum occurrit. Infra 238. Amph. 48. "Verbis quibus deceat *fabularier.*" Ib. 147. "Clara advorsum *fabulabor.*"

97. Cantharum.] *The cup.* Infra 105. Poculum ansatum, nomen habens ex similitudine navigii cujusdam, ut *cymbium* a cymba. Athenæus, cit. ap. Aristoph. Pax 143. "Κάνθαρος. ὅτι μὲν πλοίον ὄνομα. ὅτι δὲ καὶ ποτήριόν τι οὕτω καλεῖται." Notus est mos pocula ex forma nuncupandi; qualia sunt, *Carchesia, Scaphium, Gaulus,* ὄνος, [Arist. Vesp. 628.] οἶνος, &c. Hor. Od. I. xx. 2. "Vile potabis modicis Sabinum *Cantharis.*" Virg. Ecl. VI. 17. "Attrita pendebat *cantharus* ansa." Noster Asin. 880. Bacch. 35. Rud. 1221.

98. Pulta.] *Knock.* Proprius hujus verbi sensus. Ter. Heaut. II. III. 34. "Dromo *pultat* fores." Et passim.

— Samiæ.] Fragiles, ut vasa fictilia ex Samo insula oriunda. Bacch. 167. "Scis tu ut confringi vas cito *Samium* solet." Stich. 655. "*Samiolo* poterio;" (pro *vili.*)

99. Eapse.] *Herself.* "*Ea ipsa.*" Festus. Infra 675. Cistell. 136. "*Eapse* quod sibi supponeret." Mil. 863. Curc. 164. &c.

— Solem.] De *Erotio.* Contra si minus placebat aliqua, *Tenebras* designabant. Epid. 468. "Quas tu mihi *tenebras* trudis?"

100. Satin' ut.] "Hæc phrasis priscis in usu fuit pro *nonne satis,* nonne satis (causæ est) ut hoc vel illud facias?" Both: in Amph. 478. "Genus loquendi Plauto frequentissimum." Gronov: in Mostell. 72. Sic Merc. 471. "*Satin' ut* oblitus fui, tibi me narravisse?" Trinum. 982. "*Satin'* in Thermopolio condalium es oblitus?" (*Itane es oblitus.*) Mil. 482. "*Satin'* ille abiit?"

— Occœcatu'st.] *Bedimmed.* (nempe *Sol;*) Obscuratus.

— Præ.] *In comparison with.* Curc. 101. "Nam omnium unguentûm odos *præ tuo* nautea est." Infra 285, "*Præut.*" Aul. 461, "*Præ quam.*"

101. Anime mi.] *My love; my dear.* Blandientis vox. Infra 272. Asin. 640. Ter. Andr. IV. II. 2. "*Anime mi,* noli te macerare." Eun. I. II. 15. "*Anime mi,* mi Phædria." &c.

— Extra numerum.] Gallice, *de trop.* In amicis meis οὐκ ἐναρίθμιος es. Theocr. Idyll. XIV. 48. "Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί. Ubi Schol. "Ἡμεῖς παρ' αὐτῇ οὐδ' ἐν ἀριθμῷ ἐσμέν. Ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς ὑπὸ τῆς Πυθίας ἐλέχθησαν—"Ὑμεῖς δ', ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,—Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ." Quinct. Inst. I. IV. *init.* "Auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino *exemerint numero.*" Contra Cic. Fam. I. Ep. x. "Ibi malis esse, ubi *aliquo numero* sis."

102. Adscriptivis.] *Supernumeraries.* Vide Nott. Varro, L. L. c. 3. "*Adscriptivi* dicti, quod olim *adscribebantur* inermes, qui succederent armatis militibus, si quis eorum deperisset."

103. Jussim.] Per sync. pro *jusserim.* Sed vide Nott. Critt.

— Prœlium.] Antiquitus *Proilium:* (quod dant aliquot MSS.) ut *coilum* pro cœlum; *coitus* pro cœtus; *Oinone* pro Oenone; &c. monente Bothio, ex J. Lips. *De recta pronunt. L. L.* c. XI.

107. Mea voluptas.] Formula blandiendi. Rud. 349. "Tibi, *mea voluptas,* quæ voles, faciam omnia." 352. "Jam hic ero, *voluptas mea.*"

109. Induviæ.] Vestimentum quo te *induam.* 'Ενδύματα.

— Exuviæ.] Quibus uxor *exuitur.* Infra 113. Perstat adhuc in metaphora ex re militari sumta. Translate usurpatur; Æn. II. 473. "Coluber, positis novus *exuviis.*" (The *cast skin* of a snake.)

— Rosa.] *My rose-bud.* Quæ mihi instar rosæ dulcedinem afflas. Est e blandis epithetis quæ in unum locum congeruntur, Asin. 640. "Meus ocellus, *mea rosa,* mi anime, mea voluptas."

110. Impetrant.] Voti compotes apud me fiunt. Hinc emendandum censet Bothius, Mart. Ep. XI. 41. "Formosam Glyceren amat Lupercus, Et solus tenet *impetratque* solus." (Vulg. *imperat.*)

111. Tantisper—dum.] *So long—until.* Ita hæc verba plerumque aliis interjectis leguntur. Ter. Heaut. I. I. 96. "Decrevi *tantisper* me minus injuriæ Meo gnato facere, *dum* fiam miser." &c.

— Blanditur.] *Coaxes.* Blandis verbis adulatur.

112. Abreptum mordicus.] *Bitten off.* Curc. 598. "*Mordicus arripuit* manum." Græce ὀδάξ. Citat Lambinus Cic. Lib. III. Ep. IV. ad Qu. Fr. "Auriculam fortasse *mordicus abstulisset.*"

114. Cedo.] *Give it me.* Scil. *pallium tuum,* ut interim sustineam, dum tu pallam uxoris exuas. "*Cedo,* vox suæ originis, et inter defectiva collocanda;" Facc. Infra 182. 444.

116. Nimio.] *Very great.* Vide Supra v. 5.

117. Meo animo.] *To my mind.* Mea sententia. Infra 144.

— Subcingulum.] *Girdle.* Balteum. A *sub,* et *cingo.*

119. Vivis.] Pro *es.* Passim apud Nostrum.

— Morigera.] *Obliging; accommodating.* Meis moribus *morem geris;* (H. e. obsequens es.) Cist. 84. "Gessit morem *morigeræ* mihi." 175. "Facta *morigera* est viro." &c. Infra 690. Gloss.

120. Animatos.] *Disposed, minded.* Amph. 610. "Ita *animatus* fui." Pseud. 148. "Ita vos *animati* estis." Truc. 927. "Si quid *animatu's* facere."

122. Minis.] *Mina Attica* intelligitur, quæ ex septuaginta quinque drachmis constabat. Curc. 63.

— Anno.] *Last year.* Absolute: Subaudito *abhinc.* Contra, *horno;* (this year.) Lucil. XXVIII. (ap. Non. Cap. II. 403.) "Utrum *anno* an horno te abstuleris a viro." Amph. Prol. 91. "Histriones *anno* Jovem invocarunt." (i. e. anno *superiore.*) Cic. Att. v. 2; Ad *annum;* Subaud. *venientem.* (for the coming year.)

123. Perierunt plane.] *Are clear lost.* Hoc sensu, Juv. Sat. IV. 56. "Donabitur ergo, ne *pereat.*" VII. 222. "Dummodo non *pereat,* mediæ quod noctis ab hora Sedisti." Aul. 205. (qu. vid.) "Illæc occasio *periit.*" Rud. 303. "Eam veretur, ne *perierit.*"

126. Scitamentorum.] *Some delicacies.* Gron: *Lect. Plaut.* "*Scitamenta* sunt cupediæ, deliciæ ciborum. Ἡδύσματα. Apul. Met. IX. "Crustula, et complura *scitamenta.*"" Translate vocem usurpavit Gellius, (XVIII. 8;) pro eloquendi veneribus et ornamentis. Bene de origine vocis agit Boxhorn: "Est cibis et condimentis etiam suus ornatus. Inde *scitamenta,* sive *sciti cibi,* ut *faceti cibi,* (i. e. pulcri,) appellantur."

— Obsonarier.] *Be provided. Obsonii* loco emi. De *obsonio,* Infra 137. Gloss. Legitur autem et *obsono;* et *obsonor,* dep. Aul. 236. "Postquam *obsonavit* herus." 251. "Non poterat de suo *obsonari.*" Bacch. 62. "*Obsonatum* nobis sit opulentum obsonium. P. Ego *obsonabo.*" Infra 190.

127. Glandionidam suillam.] *Kernels from a boar's neck;* (a kind of brawn.) *Glandionida* per jocum facta ex *glandiis,* quæ sunt callosæ partes in cervice aprorum, et in deliciis cœnarum habitæ. Curc. 327. "Perna suis, abdomen, sumen, *glandium.*" Capt. 842. Plin. Lib. 36. c. 1. "Exstant censoriæ leges *glandia* in cœnis apponi vetantes." Hinc Anglice *glands.*

— Suillam.] Adj. dimin. a *suinam.* Aliquando absolute legitur, subaud. *carnem.* Sic agnina, bovina, porcina; [Capt. 776. &c.]

— Laridum.] *Fat bacon; lard.* Sync. *lardum.* Capt. 774. "*Laridum* atque epulas foveri." Hor. Sat. II. vi. 85. "Semesaque *lardi* frusta." unde apparet in lautioribus cibis haberi.

— Pernonidem.] *A gammon of bacon.* Quidam pro adjectivo sumunt, et cum *laridum* arcte conjungunt. Est autem a *perna,* quæ est pes, aut potius crus suillum. Pers. Sat. III. 75. "*Pernæ,* Marsi monumenta clientis." Hor. Sat. II. ii. 117. "Fumosæ cum pede *pernæ.*" Capt. 777. "*Pernam* atque ophthalmiam." &c.

128. Sinciput.] *Pig's face.* Quasi *semi-caput.* Pers. Sat. VI. 70. "Fissa fumosum *sinciput* aure." Sunt qui dicunt esse partem capitis anteriorem, ut *occiput* posteriorem; sed non constat.

— Omenta porcina.] *Pork sausages.* Aut fortasse, *Sweet-breads.* Nam *omentum* est, non modo membrana illa quæ intestina circumtegit, (*the caul,*) sed et pro ipsis visceribus et partibus adjacentibus usurpatur. Pers. Sat. VI. 74. "Tremat *omento* popa venter." Et II. 47. "Cum in flammis junicum *omenta* liquescant." Forsan ab *omen,* quia exta consulebant vaticinantes.

129. **Madida.**] *Cooked.* Elixa. *Madere* pro *coqui* usurpasse veteres, notant Interpp. citantes Virg. G. I. 196. "Quamvis igni exiguo properata *maderent.*" Persa. 92—94. T. "Collyræ facite ut *madeant* et colliphia: *Incocta* ne mihi detis. S....Nihil sunt crudæ, nisi, quas *madidas* glutias." Infra 240.

— **Miluinam.**] Subaud. famem, vel orexim; *A ravenous appetite.* De rapacitate milvorum notum. Vide Aul. 271. "Pulmentum ei eripuit *miluös.*" &c.

— **Suggerant.**] *Suggest; prompt.* Quod ait Juv. Sat. VI. 427. "Rabidam facturus orexim."

130. **Actutum.**] *Directly.* Quasi *Actum dictum.* Aut ut Ter. Andr. II. iii. 7, "*Dictum ac factum* invenerit aliquam causam." (No sooner said than done.) "Dictio," ait Pareus, "tota Comica." Et sane centies apud Nostrum ac Terentium occurrit. Infra 135. 341. &c. Sed et apud alios auctores invenire est, quanquam rarius. Ov. Met. III. 557. Virg. Æn. IX. 255. Cic. Phil. XII. 26. &c.

— **Ecastor.**] Quasi *Mecastor,* (i. e. Ita me Castor adjuvet;) ut et aliquando scribitur. Infra 506. &c. Sic, *Me* Dius Fidius; (Ita me Διὸς Filius juvet.) Hujusmodi sunt, *Epol,* Per Pollucem; *Ejuno,* Per Junonem; *Equirine; Eccere;* [Infra 310.] &c. Similiter Anglice, *Egad!* Sunt qui scribunt *Æcastor,* ut sit Per *Ædem* Castoris; quemadmodum *Edepol,* Supra 16. Notat Gell. XI. 6; "Solarum esse feminarum per *Castorem* jurare; Virorum, per *Herculem; Edepol* autem et viro et feminæ commune esse. Sed *mecastor* a viro dici, in nullo vetere scripto inveniri." Quam fastidiosi in hac re *Græci* fuerint, apparet ex loco festivissimo Aristoph. Eccl. 155. sqq. ΓΥΝΗ. "Οὐ δοκεῖ μὰ τὼ θεώ. ΠΡΑΞ. Μὰ τὼ θεώ; τάλαινα, ποῦ τὸν νοῦν ἔχεις;...'Ανὴρ ὢν τὼ θεὼ κατώμοσας. ΓΥΝΗ. Ὦ, νὴ τὸν Ἀπόλλω."

133. **Servabo.**] *I'll have an eye to you.* Pro *observabo.* Aul. 318. Supra 47. Curc. 488. "Non queo, quod pone me est, *servare.*" Cist. 314. "*Servatur.*" (I have my eye on her.) Æn. II.

711. "*Servet* vestigia conjux." VI. 200. "Quantum acie possent oculi *servare*." Ter. Andr. I. iii. 7. "Me infensus *servat*." Ov. Met. I. 684. "*Servantia* lumina." Cæs. B. G. V. 19. "Itinera nostra *servabat*." Hinc "*Servare* de cœlo," pro, cœlum observare.

134. Meream.] ***Receive as a compensation.*** Glossarium præbet, Asin. 858—860. "Egon' ut non domo surripiam pallam... *non edepol conduci possum* vita uxoris annua."

135. Intus.] *From within.* E domo. Aul. 158. Gloss. Sic Bacch. 61. "Argentum jubebo *intus* efferri." 1014. "Ducentos Philippos *intus* efferam." Cist. 366. "Ut aliquis *intus* prodeat." &c.

136. Sportulam.] *A small basket.* Dimin. a *sporta*. Sicut *corbula* a *corbis*, Aul. 320. G. Curc. 293. "Subfarcinati cum libris, cum *sportulis*." Quia autem *sportulæ* opsoniis reponendis aptæ erant, factum est ut hoc nomen transferretur ad eam cibi portionem quæ in singulos dies clientibus suis a ditioribus patronis præberi solebat, et postea, cœnæ rectæ loco, pro *centum quadrantibus* usurparetur. Juv. Sat. III. 249. "Nonne vides quanto celebretur *sportula* fumo."

— Eccos.] *Ecce hos.* Supra 33.

— Tres numos.] *Three pieces of money.* Numus Plautinus erat didrachma; (circa 14*d.* Anglice.) Infra 205. Aul. 402. "Coquus *numo* conductus." Epid. 365. "Fidicinam, *numo* conducta quæ sit." *Tres numi* triginta sex obolos valent. Gron.

137. Obsonium.] Ab ὄψον. *Victuals.* Quicquid præter panem, cibi gratia, paratur. Vide Supra 126.

— Vide.] *Mind; See to it.* Infra 266.

— Tribus satis.] *Enough for three.* Hor. Ep. I. xv. 35. "Tribus ursis quod *satis* esset." Noster Mil. 751. "Idem hoc *hominibus sat erat decem*."

138. **Quojusmodi.]** *Of what sort.* Cujusmodi; Vide v. 15.

139. **Parasitus.]** Ita dictus quia παρὰ σῖτον, (h. e. *ad mensam,*) patroni versatur.

140. **Fungitur munus.]** *Plays the part; does the work of.* *Fungor* et simill. cum *accus.* haud raro apud Veteres usurpantur. Vide Funcc. Vir. Æt. L. L. VIII. §. xv. qui citat Tac. Ann. IV. 38. ubi Tiberium, antiquæ locutionis amantissimum, introducit archaismis utentem, *fungi munera; fungi officia.* Supra 45. Amph. 675. "Hic *munus fungatur tuom.*" Trinum. Prol. 1. "*Munus fungaris tuom.*" Ter. Heaut. I. i. 14. "Illorum *officia fungere.*" III. iii. 19. "Hominis frugi *functus officium.*" Adelph. III. iv. 18. Phorm. II. iii. 51. Corn. Nep. XIV. In Datame; Cap. 1. "Datames *militare munus fungens.*" Sic *utor* cum *accus.* Epid. 256. "*Utitor consilium.*" Rud. 1143. "*Uti partum.*" Stich. 419. "Posticam partem *utuntur* ædium." Et *potior,* Ter. Ad. V. ii. 17. "Patria *potitur* commoda." Ibid. 22. "Hic *potitur* gaudia." &c.

141. **Licet.]** Supra 81. 130.

142. **Accubitum.]** *To lie down to table.* Infra 243. 276. Respicit morem Romanum, ad mensam *cubito in lectum posito* recumbendi: de quo fuse agit Gron. *Lect. Plaut.* in Pers. V. i. 15.

144. **Procul.]** Significat vel *pro oculis;* vel *porro ab oculis;* vel, (ut nostro fortasse loco,) *prope ab oculis.* Videsis Comment. in Virg. Ecl. VI. 16. "Serta *procul* tantum capiti delapsa jacebant." Et Serv. in Æn. X. 835. "*Procul* ærea ramis Dependet galea." Adde Æn. V. 124. Ubi tantum spatii designatur, quantum ad navale certamen sufficeret. Et Ibid. 775. Ter. Hec. IV. iii. 1. "Sermonem *procul hic* stans accepi." (*Hard by here.*) Noster Curc. 113. "Quoia vox sonat *procul?*" Mil. 359. "Abs te ego *procul* recedam." (a little way off.)

145. **Non dicam dolo.]** *To speak the truth.* H. e. Ut

vere, et sine fraude, dicam. Trinum. 69. "*Haud dicam dolo.*" Ter. Ad. III. III. 22. "*Ne dicam dolo.*" &c.

148. Quasi.] *As.* Sensu *velut.* Aul. 547. Gloss.

— Circumimus.] Pro *circumire necesse est.* Frequens apud Latinos locutio. Curc. 378. "Si *reddo* eis, quibus debeo." '*If I* must pay *those to whom I am in debt.*' [Qui est ejus loci sensus, ut minime pro adulterino uncinis includi debeat.] Epid. 138. "A quo trapezita *peto?*" (*Am* I to get it.) 681. P. "Quid *ago?* A. Quid agas?" et Bacch. 1167. (What *must* I do?) Supra 79. 96. Infra 234. 744. Juv. Sat. III. 296. "In qua te *quæro* proseucha?" (*Must* I seek you.) Ter. Eun. IV. VII. 44. "Jam *dimitto* exercitum?" (*Shall* I disband?) Æn. II. 322. "Quam *prendimus* arcem?" (*Shall* we seize upon?) III. 88. "Quem *sequimur?*" Ibid. 367. &c. Sic in Sacr. Script. Genes. VI. 17. Ἐγὼ δὲ ἰδοὺ ἐπάγω τὸν κατακλυσμόν. (pro ἐπάξω.) ut de re præsente et jam instante.

150. Quærere.] Pro *quærendi.* Vide Infra 161. Pseud. 1136. "Operam fac compendi *quærere.*"

— Nam quid.] Why, what *end will there be of seeking him?* Falluntur, qui hæc verba κατ' ἀναστροφὴν dicta putent pro *quidnam:* [Heyne ad Virg. G. IV. 445. "*Nam quis* te juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos?" qu. vid.] Eleganter enim videntur usurpari, ubi vel indignatio vel querimonia quædam exprimitur. Notabile est exemplum, Aul. v. 3. "*Nam cur* me verberas?" et 5. "*Nam qua* me nunc causa extrusisti ex ædibus?" ubi est mulierculæ *ægre ferentis* domini sui contumelias. Et 381. "In ædibus *quid* tibi meis *nam* erat negotii?" (What business, *I should like to know,* had you in my house?) Casin. 666. "*Nam quid* illæc nunc tamdiu remorantur?" Quo loco est, impatienter mulierum cunctationem exprobrantis. Curc. 398. "*Nam quid* id refert mea?" (What, *the plague,* care I?) Ter. Andr. III. v. 6. "*Nam quid* nunc dicam patri?" (What *in the world* now?) &c.

Similis est usus τοῦ γὰρ apud Evang. Luc. XXIII. 22. Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; (*Why*, what evil hath he done?)

151. Ei re.] *This business. Re* antiqu. pro *rei.* Infra 667. 714. Virg. G. I. 208. "*Die* somnique." Æn. VI. 876. "In tantum *spe.*" pro *spei.* Hor. Sat. I. III. 95. "Prodiderit commissa *fide.*" Ov. Met. III. 341. "Prima *fide* tentamina." Videsis A. Gell. IX. 14.

152. Istros.] Histriæ incolas, quæ est Illyricorum regio ad summam Maris Hadriatici oram. Hodie *Istria.*

— Massilienses.] Massiliæ cives; Hodie *Marseilles.* Narbonensis Secundæ oppidum, ad oram Gallici Sinus.

— Illurios.] Illuriæ populos; Hodie *Dalmatia* et *Albania.* Littoris Orientalis Maris Hadriatici, h. e. *Maris Superi,* accolas.

153. Mare Superum.] *The Adriatic.* Contra *Inferum* appellatum est Mare Tyrrhenum. Simul commemorat Virg. G. II. 158. "An mare, quod *supra,* memorem, quodque alluit *infra?*"

— Græciam exoticam.] Intell. *Major Græcia;* quæ est infima pars Italiæ: dicta ab iis Græcis, qui, circa Trojana tempora, in hæc loca commigrarunt, et colonias plurimas ibi condiderunt.

— Exoticam.] *Foreign.* Est hæc vox ex iis quæ in linguam Latinam ex Græca translatæ sunt. Ea autem hoc loco usus est Noster, tum quia erat in Græca fabula unde hæc Latine reddita est; tum quia Messenio, ut Siculus, Græce loquitur, ideoque Italiam ἐξωτικὴν de more nominat.

155. Acum.] Pro quavis re minutissima. Proverbium vernaculum citat Interpr. Britann. '*You are seeking a needle in a bottle of hay.*'

156. Si appareret.] *If it existed; were visible.* Si exstaret. Truc. 540. "Huic des quantumvis, nusquam *apparet.*"

161. Præterea.] *Thenceforward.* Æn. I. 49. "Quisquam numen Junonis adoret præterea?" (After this.) Vide Supra 36.

161. Operam sumam.] *Spend my labour.* Pro *absumam.*

— Quærere.] *In seeking.* H. e. *in quærendo.* Hellenismus. Aul. 295. Gloss. Virg. Æn. II. 64. "Certant *illudere* capto." pro *in illudendo.* Vide Supra 150.

162. Vivos.] Vide Nott. Sic Amph. 245. "Tu me *vivos* hodie nunquam facies, quin sim Sosia." (while you live.) Mil. 115. "Quantum *vivos* possum."

— Exsequi.] *To seek him out.* Sensu rariore. Sic Merc. P. 68. "*Exigi,*" 'To be driven out.' Amph. 903. "*Consequi,*" 'To rush together.' In Asin. 144, verbum *exsequi* occurrit sensu *perseverandi;* quod etiam hoc loco ferri potest, quamvis minus recte.

164. Scirpo.] *A bulrush.* Junci species enodis. "*Scirpea* ratis." Aul. 550. Citat Festus Ennium, "Quærunt *in scirpo,* soliti quod dicere, *nodum.*" Idem adagium laudat Lind: in Ter. Andr. V. iv. 39. ex Isidor. Orig. 17. "Qui inimicus est, etiam *in scirpo nodum quærit.*"

— Quin.] *Why not.* I. e. *qui non.* Infra 649.

165. Nisi si.] *Unless indeed. Si* redundat. Curc. 51. "*Nisi si* est osculando quidpiam impudicior." Epid. 20. "Ubi is est, *nisi si* in vidulo?" Ter. Andr. I. v. 15. "*Nisi si* id est quod suspicor." &c.

166. Facessas.] *Away with.* Inusitatius cum casu jungitur. Rud. 963. "Ego, opinor, *rem facesso.* Gr. Si quidem sis pudicus, hinc *facessas.*" (will be off.) Absolute, Liv. I. 47. "*Facesse* hinc Tarquinios." (away with you.)

— Malo.] De plagis aut tali aliquo accipiendum, ut sæpe apud Nostrum. Infra 756. Rud. 697. "Dabitur tibi magnum *malum.*" Asin. 299. "Magna est præda cum magno *malo.*" &c.

167. Hem!] *Alas!* Hoc loco ingemiscentis interjectio. Ter. Eun. V. i. 11. "*Hem,* misera occidi!" Vel indignantis; *Humph!*

168. Enim.] Pro *enimvero;* Græce δή. Virg. Æn. II. 100. Nisi sit per ellipsim: 'Dico *Hem!—Nam* me video jam servum esse.'

169. Paucis.] Pro *tam paucis,* seu *paucioribus.* Vid. Infra 387.

170. Tam.] *Nevertheless.* Infra 296. "*Tam* pro *tamen* Prisci, secundum Festum; unde etiam sequiores *tametsi* (Aul. 725.) pro *tamen*-etsi." Both: ad Bacch. 1135, Edit. prioris.

171. Marsupium.] *Purse.* "Sacculum nummorum, quem Græci μάρσυπον appellant. Quædam enim Græca in Latinum paulo inflectuntur propter Romanum eloquium." Isidor. Orig. Lib. XX. 9. At Græce aliquando legitur μαρσίπιον, μαρσύπιον, et μαρσύπειον.

172. Viaticati.] *Provided.* Nam *viaticum* ad quævis necessaria translate refertur. Persius Sat. V. 65. "Miseris *viatica* canis."

— Admodum æstive.] *Very lightly.* Quod vocat Apul. Met. II. "*Tenuato admodum viatico.*" Vid. Nott. Gron: Lect. Plaut. "*Æstivum* dicitur, quo per ætatem utimur. Sic Plin. XXI. 3. "Vestes sericæ (*muslin*) dicuntur *æstivæ levitatis.*" Propert. IV. viii. 37. "Vitrique *æstiva* supellex."" Eodem facit Hor. Ep. I. xi. 18. "Penula solstitio, campestre nivalibus auris." (de re parum congruente: nam *campestre* erat *æstiva* vestis, utpote levissima, et minus igitur brumali frigori conveniens, cui crassior penula aptior.)

175. Epidamnia.] A subst. Epidam*nus;* Vide Prol. 32—3.

176. Voluptarii.] *Voluptuaries; debauchees.* Voluptati et genio indulgendo dediti. Rud. Prol. 54. "Eat in Siciliam: ibi esse homines *voluptarios* dicit."

— Maxumi potatores.] *Deep drinkers.* Vide Infra 185.

177. Sycophantæ.] *Sharpers; cheats.* Sæpe apud Nostrum pro homine fallaci, fraudulento, mendaci. Infra 199. 985. Amph. 352. Curc. 465. &c. Ter. Andr. IV. vi. 20. "Clamitent me

sycophantam." (an impostor.) Notum primaria significatio apud Græcos, et derivatio a Σῦκον et φαίνω. Et hinc, quia tales infimi generis hominum essent, translata est vox in improbos et dolosos impostores, præcipue apud Comicos Latinos. Hinc formatur *Sycophantia,* Aul. 603. Gloss.

— Palpatores.] *Spungers; swindlers.* Palpator, qui *palpat.* Merc. 167. "Vide ut *palpatur!* Nullust, quando occœpit, blandior." Pœnul. 226. "Exora, blandire, *expalpa.*" Cic. Att. IX. 9. "*Palpabo.*" (i. e. adulando leviter tentabo.) Cum Malis et Perjuris jungit Noster Rud. 44. Vide Infra 509.

178. Meretrices mulieres.] Eadem locutio Supra 3. qu. vid. Infra 249. Stich. 707. "Sibi *mulier meretrix* reperit odium."

179. Perhibentur.] *Are said to be.* Infra 317. Juv. Sat. IV. 17. "Ut *perhibent,* qui de magnis majora loquuntur." (as they give out; say.) Noster Cist. 66. "Ut *perhibent* viri." Ter. Ad. III. iv. 59. "Si vos voltis *perhiberi* probos."

— Nusquam gentium.] *No where else.* i. e. In nulla regione, seu parte, gentium. Ter. Adelph. IV. ii. 1. "Fratrem *nusquam* invenio *gentium.*" Simill. sunt, *ubi gentium; ubi terrarum.* &c.

180. Inditum.] Supra Prol. 42.

181. Devortitur.] *Sojourns.* Est autem verbatim, *huc,* (in hanc urbem,) *devortitur,* (divertitur,) deflectit se de via commorandi ibi causa. Hinc subst. *Diversorium.* Infra 341. "Tabernam *devorsoriam.*"

182. Cedodum.] *Only give me.* De *cedo* Supra 114. Et *dum* paragogic: Supra 88.

183. Eo.] *With it.* Subintell: *uti,* aut tal. al.

— Abs te.] Supra 75. Adde Ter. Andr. I. i. 79. "Metui a Chryside." Et III. iv. 3. "Non nil veritus sum *abs te.*"

184. Duis.] Vett. *duim, duis, duit;* pro dem, des, det.

Aul. 23. "Ne mi verba imprudenti *duit.*" Cic. Cat. I. 9. "Utinam dii immortales *duint.*" Infra 223.

185. Magnus amator.] Vide Supra 176. LAMB: citat Ter. Eun. IV. III. 23. "Amatores mulierum esse eos *maximos.*"

186. Perditi.] *Reckless.* Animi impotentis, qui sibi moderari et temperare nescit. Ita, *perdite* amare; (without reflecting on the consequences.) Homines *perditi;* (abandoned.) &c.

187. Id utrumque cavero.] *Caveo* hoc sensu cum acc. jungitur. Infra 689. Hor. Od. III. v. 13. "*Hoc* (sc. dedecus) *caverat* mens provida Reguli."

188. Delinquas.] *Offend.* Est plerumque leviter et citra spem veniæ errare. Hor. Sat. I. III. 84. "Paullum *deliquit* amicus." Hinc *delictum,* peccatum, sed minus grave; (*a peccadillo.*) Eadem vis vocibus Anglicis, *delinquent, delinquency, dereliction.* Nonnunquam vero pro graviore culpa *delictum* sumitur; e. g. Hor. Od. III. VI. 1. "*Delicta* majorum immeritus lues."

189. Me lubente.] *With all my heart.* Truc. 333. "*Me lubente* facies. D. Edepol *me* magis." Cic. Att. X. 4. *med.* "*Me libente* eripies mihi hunc errorem."

190. Bene obsonavi.] *I have provided handsomely.* Supra 45. "*Bene* præbeo."

— Ex mea sententia.] *To my mind.* Ex animo. Græce 'Εκ θυμοῦ, 'Εκ ψυχᾶς. Theocr. Idyll. VIII. 35. Cic. Att. IV. 14. *fin.* "Itinere *ex sententia* confecto." Infra 917. Aul. 544.

191. Anteponam.] *Shall serve up.* i. e. *Ponam ante* pransores; Apponam. Curcul. 73. "Quid *antepones* Veneri jentaculo." (ubi fortasse ludit in verbo.) Tibull. "Agricolæ *ponitur ante* Deo." (Pro *anteponitur;* et recte *Deo,* non *Deum,* legitur.)

— Pransoribus.] *Guests.* Vox rara; a *prandeo, pransum.*

192. Væ tergo meo!] *Woe to my back!* Nam me *ulmea cœna* accipient: *Tergum* meum flagellis conscribillabunt.

201. Vidulo.] *The knapsack; wallet.* Erat sacculus e corio factus, in quem pecuniam et reliqua viatica reponebant iter facientes. Epid. 20. "Ubi is ergo est, nisi si in *vidulo?*" Rud. 305. "Conclusit ipse in *vidulum.*" &c.

202. Numero.] *Full soon.* Nimis cito. " Antiqua loquendi ratio, ducta ex eo quod *unum,* quod est principium numeri, *punctum* putatur." Facc. Casin. 529. "*Numero* dicis!" Amph. 27. "*Numero* mihi in mentem fuit." (suddenly, this moment.) Mil. 1389. "Haud etiam; *numero* dicis hoc." (prematurely, too soon.) Pœnul. 1130. "Cur *numero* estis mortui?" (lately.)

203. Nunc.] *But now; only just.*

205. Sacres.] Gron: Lect. Plaut. "*Sacres* dicebant Vett. tertia declinatione, pro quo nos secunda declin. *sacros.*" Citat Lamb: Varro, Lib. II. Re Rust. Cap. 1. et Cap. 4. Unde apparet sic dictos esse porcos "a die decimo post partum, quod tum ad sacrificium idonei haberentur primum." Addit de suo Lamb: "Laribus immolabantur hi porci sacres, non solum ab insanis, verum etiam ab iis quibus aucta erat familia." Rud. 1108. "Adorna ut rem divinam faciam · Laribus familiaribus, quom nostram auxerunt familiam. Sunt domi agni, et *porci sacres.*" Huc pertinet, Hor. Sat. II. iii. 164. "Immolet æquis Hic *porcum* Laribus." Eustath: in notis ad Iliad: τ′. ait, "Porcum ab antiquis existimatum esse ad expiationes idoneum," testemque producit Æschylum, Πρὶν ἂν παλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνου Αὐτός σε χράναι Ζεὺς καταστάξας χεροῖν.

— Sinceri.] *Without spot or blemish.* Qui apud Varronem, (supra cit.) *Puri* appellantur. Gron: Lect. Plaut." *Sinceri,* nihil aliud sunt quam puri et sine labe corporis, integri: Nam hoc requirebatur in victimis, eaque de causa, priusquam mactarentur, inspiciebantur a sacerdotibus." *Sincerus,* Etymologiæ

notæ, (a *sine cera,*) vel ab Hor. Ep. I. II. 54. "*Sincerum* est nisi vas, quodcunque infundis acescit."

— Numo.] Supra 136. Infra 226.

206. Piari.] Festus ait, "*Piari* eos veluti proprio verbo, qui parum sint animati, cum mentis suæ non sint, et per quædam verba liberentur incommodo. *Piatrix* dicebatur sacerdos quæ expiare erat solita: et *Piamenta,* quibus in expiando utitur."

— De mea pecunia.] Aul. 250. "Non poterat *de suo* Senex obsonari." Cic. Att. V. 21. "*A me* solvere." (i. e. *de meo.*) Græce Ἀπὸ τῶν ἐμῶν. Arist. Plut. 890.

207. Certo.] Vett. pro *certe.* Infra 228. &c. Passim apud Plautum et Terent. aliquando quoque, sed rarius, usurpaverunt recentt. Cic. Att. IV. 3. "Avere te *certo scio.*" IX. 4. "Tibi accidere *certo scio.*" &c. Sic *numero,* (Supra 202.) et *numere* dicebantur.

210. Perieris.] Ἔῤῥοις. Φθείρου. In maxumam malam crucem.

213. Pro sano.] *Like a sensible man.* Infra 839. Gron: Lect. Plaut. "*Pro sano loqui, facere,* est instar hominis sani, tanquam sanum. Cæs. B. C. V. "Nihil *pro sano* facturum." Liv. XXIX. "Non *pro vano* modo, sed vix *pro sano* nuntius audiretur.""

218. Cyathisso.] *Am your cupbearer.* Κυαθίζω, οἰνοχοεύω. Vinum cyathis subministro, pocillatoris munere fungor. Formatum ut Attic*iss*at, et Sicilic*iss*itat; (Prolog. v. 12.) Hor. Od. I. XXIX. 8. "Puer quis.....*Ad cyathum* statuetur?" Confer Asin. 864. sqq. Citat Par: Diphilum Comicum; Ὥσπερ κυαθίζουσ' ἐνίοθ' ἡμῖν ἡ τύχη Ἓν ἀγαθὸν ἐπιχέασα, τρί' ἐπαντλεῖ κακά.

— Apud nos.] *At our house.* Nempe, apud Erotium. Nota locutio, pro *Apud domum nostram.* Hor. Od. III. XXIX. 5. "Jamdudum *apud me* est." Gallice, *Chez nous.* Infra 697.

219. Qui.] *Wherewith.* Ablat: antiqu. Infra 300. Cistell. 441. Curc. 702. Epid. 179. &c. Aliquando etiam apud recentt: E. g. Cic. Att. XI. II. "Ut sit *qui* utamur."

223. Illi.] *There.* Vett. pro *illic.* Infra 894. Stich. 439. "Cœnem *illi* apud te." Amph. 817. "Quom *illi* censebis esse." Merc. 96. "Dum *illi* ambulo." 257. "Ego *illi* aspicio mulierem." Ter. Phorm. I. ii. 41. "Dum sedemus *illi.*" Hec. V. iii. 4. &c.

— Perduint.] Pro *perdant.* Supra 184. Infra 356. Amph. 73. "*Deduint;*" (pro *dedant.*) Ter. Phorm. V. viii. 4. "*Creduas.*" &c. Vide Aulul. 540. Gloss. in voc. "Concreduo." Apparet igitur fuisse olim horum verborum duas formas, alteram per *uo,* alteram per *o* declinatam.

225. Audin'.] *Hark ye.* Aud*isne.* Ut *Vin'; Satin';* &c.

226. Dudum.] *Just now.* Significat intervallum quoddam temporis minusculum, non satis accurate definitum. Supra Prol. 57.

230. Multum.] *Tedious; importunate.* Dicitur de eo qui nimium rei alicui et prolixe se applicat: quemadmodum hoc loco videtur Cylindrus facere, perseveranter Menæchmo adhærens. Cic. De Orat. II. 87. *ad fin.* "Ne in re nota et pervulgata *multus* et insolens sim:" (wearisome.) Gron: Lect. Plaut. "*Multus homo,* pro tetrico morosoque et importuno; quem Græci φορτικὸν dicunt. Afran. apud Nonium: "*Multa* es, et molesta multum." Catull. Ep. CXII. "*Multus* homo es, Naso." Latinis *multus* semper in malam partem pro ardelione usurpatur et satageo. Tac. Hist. III. 52. "*Nimius* jam Antonius." (i. e. non ferendus, intolerabilis.)"

— Odiosum.] *Vexatious; troublesome.* Infra 404. 783. Curcul. 7. Pers. 234. Pseud. 28. &c. In Curcul. 195. "*Odium* me vocas?" (Angl. *a bore.*) Ter. Phorm. V. vii. 44. "Si porro esse *odiosi* pergitis." Phædr. Fab. II. v. 4. "Ardelionum natio.... Sibi molesta et aliis *odiosissima.*" Cic. Att. X. 17. init. "Lippitudo, non illa quidem *perodiosa.*" (very annoying.) De terminatione verborum in *osus,* Nigidium citat A. Gell. IV. ix. "Hoc inclinamentum hujuscemodi verborum, ut *vinosus, mulierosus, nummosus,* signat *copiam quandam immodicam* rei, super qua dicitur." Quibus

addit Gellius; " Licet omnia istiusmodi inclinamenta nimium ac præter modum significant, non semper *in culpam,* imo sæpe *in laudem* dicuntur; ut *ingeniosus, formosus,* &c.: sed et hæc quoque incrementum quoddam nimium demonstrant."

232. **Quamvis ridiculus.]** *A great wag.* Trinum. 767. "*Quamvis* longi sermones." In versibus Æneidi præfixis, 3. "Ut *quamvis avido* parerent arva colono." Pompon. Mela, de Germanis. Lib. III. c. 3. "Viri sagis velantur, aut libris arborum, *quamvis* sæva hyeme." Cic. De Orat. I. 179. "*Quamvis* esset procul." (however far off it were.) Ibid. §. 252. "*Quamvis* repente." (however suddenly.) Hor. Sat. II. I. 74. "Quicquid sum ego, *quamvis* Infra Lucili censum ingeniumque." (however much beneath.) Vide Nott.

— **Ridiculus.]** Active, *facetus;* qui risum movet. Usitatius passive, ridendus. Citat Par. Capt. 400. "Juventus jam *ridiculos* inopes ab se segregat." i. e. Parasitos, *qui risum captant.*

234. **Obsono.]** Must *I provide.* Vide Gloss. in v. 148.

235. **Quas mulieres?]** *What women?* Infra 697. 705—6. Ita Græce ποίους *cum indignatione* legitur. Bene observat Lamb: " Plurali numero sic uti solere, qui quod ab alio dictum est improbant ac reprehendunt." Et citat Ter. Adelph. V. vii. 9. "Missa hæc face, Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas." Et Curc. 546. "Quas tu mihi tabulas, Quos tu mihi luscos libertos, quos Summanos somnias?" Adde Ter. Andr. V. iii. 20. "Domus, uxor, *liberi inventi.*" Et Hec. II. i. 15. (ubi de uno tantum puero sermo est.)

236. **Urget.]** *Afflicts you.* Citat Lamb: Hor. Sat. I. iii. 69. "Optimus ille est Qui minimis *urgetur.*" Et Sat. II. iii. 39. "Pudor, inquit, te malus *urget.*" (ubi vero alii legunt *angit.*)

238. **Fabulor.]** *I am talking.* Supra 96.

240. **Madebunt.]** *Shall be dressed.* Supra 129. Gloss.

240. Nil morabitur.] *There shall be no time lost.* Passive usurpatum. Sic, (quanquam alio sensu,) Hor. Sat. II. iv. 27. "Si dura *morabitur* alvus."

241. Proin.] *Therefore.* Id. qu. *proinde.* "Sed Poeticum et fere Comicum." Facc.

242. Numquid vis?] *Have you any further commands?* Abeuntis locutio. Infra 448. Notabile exemplum præbet. Ter. Eun. II. iii. 49. "Rogo, *numquid velit?* Recte, inquit. *Abeo.*" Et Hor. Sat. I. ix. 6. "Cum assectaretur, *Numquid vis?* occupo.—" Noster passim. Exempla sunt, Aul. 219. Cistell. 117. "*Numquid* me *vis,* mater, intro quin eam?...L...Abi intro. G. *Numquid* me *vis?* L. Ut valeas." Additur aliquando *aliud,* aut tale quid. Epid. 503. "*Numquid* me vis *ceterum?* P. Malo cruciatu ut pereas, atque *abeas* cito!" Mil. 261. "*Numquid aliud?* P. Intro ut abeas." Ib. 573. "*Numquid* nunc *aliud* me vis? P. Ne me noveris."

243. Accumbere.] Supra 142. Vide in Nott.

244. Volcani.] *The fire.* Hor. Sat. I. v. 74. "Per veterem dilapso culinam *Vulcano.*" Juv. Sat. VII. 25. "Dona *Veneris Marito;*" (pro *igni impone.*) Et Sat. X. 132. "Incude et luteo *Vulcano.*" Noster Amph. 188. "*Volcanum* in cornu conclusum geris." (A lantern.) Aul. 313. "Quamquam *Volcano* studes." qu. vid.

249. Meretricem mulierem.] Vide Supra 178.

251. Qui.] *How.* Supra 84. "*Quidum?*" Passim apud Nostrum. Adde Hor. Sat. I. i. 1. "*Qui* fit, Mæcenas?" et II. ii. 19. "Unde putas, aut *Qui* partum?" Pers. Sat. I. 56. "*Qui* pote?" &c.

255. Quoiatis sit.] *Whose it is.* Pro *Cujatis;* Sensu paullum inusitatiore. Curc. 410. "Quid eum nunc quæris, aut *quoiatis?*" (whose friend are you?) Alibi *Cujas* est, *cujus patriæ?* (of what country?) Ut *Nostras,* (of our country;) et simill.

256. **Postilla.]** *Upon that.* Infra 587. 1015. *Post illa,* postea. Apud Comicos præcipue occurrit. Ter. Andr. V. iv. 34. "*Postilla* nunc primum audio." Phorm. II. ii. 33. "*Postilla* ludas licet." Heaut. III. i. 38. "*Postilla* cœpit victum volgo quærere." Noster Curcul. 530. "Nunquam *postilla* vidi." &c.

— **Adglutinant.]** *Stick to them like glue.* Cistell. 375. "Ad me *adglutinandam* totam decretum est dare." Homericum est, Ἔχεσθαι ἐμπεφυυῖαι, Il. I. 513.

257. **Pellexerunt.]** *Pellicio* et *illicio* proprie de artibus meretriciis dicuntur; (*to decoy.*) Asin. 190. "Quom *illiciebas* me." Cæterum notandum idem distare inter *pellicio* et *illicio,* quod inter *persuadeo* et *suadeo,* ut hoc sit '*in*ducere *tentare,*' (*to allure; entice.*) illud plerumque, (ut hoc loco) 'illecebris *per*ducere,' '*voti compotem* fieri,' (*to seduce.*) Hinc *Pellices* dicuntur hoc genus mulierum.

259. **Abs qua cavendum.]** Supra 75. 183.

262. **Concrepuit ostium.]** *The door creaked; opens.* Infra 424. Nam sonitum edunt fores dum aperiuntur. Confer. Nost. Gray; Progr. of Poesy. IV. 1. "But hark! the portals sound." Quod de industria factum videtur quo certiores facti sint spectatores novam personam in scena prodituram, vel ut admonerentur ii qui prope fores adstarent ut de loco cederent, cum fores antiquæ extrinsecus aperirentur. Unde apud Curcul; Anus, quia clandestino vult exire, *aquam cardini suffundit.* v. 161. "Placide egredere et sonitum prohibe forium et *crepitum* cardinum." Ter. Andr. IV. i. 59. "*Concrepuit* a Glycerio *ostium.*" &c.

264. **Sultis.]** *If you please. Si vultis.* Quemadmodum *sis,* si vis; *sodes,* si audes; &c. Capt. 386. "Servate istum, *sultis,* intus." 846. "Adservate istunc, *sultis,* servi." Fragm. Friv. 3. "Sequimini me hac, *sultis.*"

265. **Sine sic.]** Ἔα. Infra 926. Aulul. 478. "Nunc *sic*

sinam." (I will let him alone; leave him *as he is.*) *Sic,* Græce αὕτως. Hom. Il. I. 133. "Αὐτὰρ ἔμ' αὕτως ἧσθαι δευόμενον." (*Sic* sedere.) II. 138. "Ἄμμι δὲ ἔργον αὕτως ἀκράαντον." (*Sic,* ut erat, imperfectum. '*Just as it was;* no progress being made.')

266. Sternite lectos.] *Spread the coverlets on the couches.* Nempe lectos *tricliniarios.* Hinc Pseud. 159. "*Lectisterniator.*" Stich. 636. "*Lectis sternendis* studuimus, munditiisque apparandis." Æn. I. 700. "*Strato*que super discumbitur ostro."

— Incendite odores.] *Set fire to the perfumes.* Citat. Lamb: Cic. Tusc. Lib. iii. "Fasciculum ad nares admovebis? *incendes odores?*" Eodem pertinet Homericum, Ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ κηώεντι. Il. III. 382. ubi Schol. κηώεντι, τεθυμιασμένῳ.

267. Munditia.] *Neatness; cleanliness.* A *mundus.* Plerumque in plurali; ut Hor. Od. Lib. I. v. 5. "Simplex *munditiis.*" &c. Noster Stich. 708. "Nimio mulier meretrix reperit odium ocius sua *immunditia,* quam in perpetuom ut placeat *munditia* sua."

— Illecebra.] *Allurement.* Asin. 204. "*Illex;*" (a bait;) ab *illicio.* Hoc quoque magis usitatum plurali numero; [Infra 286.] in singulari usus est Noster Asin. 135. "Eccam, *illecebra* exit." Cic. Pro Mil. 16. "Maximam *illecebram* peccandi." Sic, *delicia* pro *deliciæ,* Truc. 882.

268. Amœnitas.] *Appearance of comfort.* Secundum Festum, "*Amœna* loca sunt, quæ *ad se amanda* alliciant."

270. Usu.] *Profit.* Pro *usui.* Æn. III. 541. "*Curru* succedere;" (pro *currui.*) &c. Cæterum, *Est usui* valet id. qu. *utilis est.*

— Item.] *Accordingly; in return.* Aul. P. 20. Gloss.

271. Ultro.] *Willingly; unasked.* H. e. non roganti, neque petenti. Ter. Andr. I. i. 72—4. "Chremes *ultro* ad me venit, unicam gnatam suam filio uxorem ut daret." (i. e. cum eam haud peterem.) Eun. I. i. 2. "Cum accersor *ultro.*" et v. 24. "Te *ultro* accusabit." &c.

— Ut meret.] *According to his deserts.* *Mereo* rarius in activa voce occurrit. Supra 134. Ter. Andr. II. I. 31. "Cum is nihil *promereat.*" &c.

272. Ultro.] *First.* *Prior* alloquar, quam ille me. Ter. Eun. II. II. 18. "Hisce ego non paro me ut rideant, Sed eis *ultro* arrideo." Æn. II. 279. "*Ultro* flens ipse videbar Compellare virum." (to address him *first.*) Et 372. "*Ultro* verbis compellat amicis."

— Mira videntur.] Usitatius, *Mirum videtur.* Infra 939. 1002. Æn. I. 669. "Ut Æneas jactetur... *Nota* tibi." H. e. *Notum.*

273. Mage.] *Magis.* Infra 295. Prol. 55.

278. Equidem tecum.] Subaud. *loquor;* nam *equidem* valet, *ego quidem.* Licet aliquando, pro simplici *quidem,* cum secunda et tertia verbi persona construitur. E. g. Pers. Sat. I. 110. "Per me *equidem* sint omnia protinus alba." Et V. 45. "Non *equidem hoc dubites.*" Sall. Cat. LVIII. "Scitis *equidem* milites." &c. Vide Gloss. in Aulul. 97.

279. Pol.] Per *Pollucem.* Vide Gloss. in v. 130.

280. Magnificare.] *To honour you.* Pro *magni facere.* Cistell. 22. "Merito vostro amo vos; quia me colitis et *magnifacitis.*"

— Neque id haud immerito.] *And that too deservedly.* Tria negativa vim affirmandi, (et quidem vehementer,) habent. *Neque haud* conjunctim legimus, Ter. Andr. I. II. 34. "*Neque* tu *haud* dicas, tibi non prædictum." &c.

281. Florentem.] *Enriched; happy.* Divitem, lautam, et beatam. Sic Græce θάλλειν et ἀνθεῖν, pro εὐτυχεῖν seu εὐπράττειν. Lamb. Confert Hare, Persa, V. I. 18. [767. B.] "Do hanc tibi *florentem florenti.*" Addas, Apul. Met. Lib. V. "Nuntio Psyche læta *florebat.*" (i. e. vehementer gaudebat.) Arist. Eqq. 530. "Οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος."

283. Tam familiariter.] H. e. Ut quæ sit *familiaris* mei. Ter. Andr. I. i. 109. "Rejecit se in eum flens *quam familiariter*."

284. Folia.] Vide Nott. Hoc sensu translate, Apul. Met. I. "*Folia* sunt artis, et nugæ meræ."

285. Præut.] *In comparison with.* Supra 100. Amph. 221. "Parum etiam, *præut* futurum est, prædicas." Merc. 460. "Nugas fuisse credo, *præut* quo pacto ego diversus distrahor." Ter. Eun. II. iii. 9. "Ludum jocumque fuisse illum alterum, *præut* hujus rabies quæ dabit."

— Triduom hoc.] *These* next *three days.* Quo sensu Ter. Adelph. IV. i. 4. "Ut *triduo hoc* perpetuo nequeat surgere." (For the three *next* whole days.) Eun. I. ii. 71. "Sine illum *hosce* aliquot dies apud me." Et II. ii. 46. "Sex ego te totos *hos menses* quietum reddam." Phorm. III. ii. 4. "Nequeo te exorare, ut maneas *triduum hoc?*" &c. Noster Cist. 104. "Hanc *hoc triduom* solum sinas esse hic." Curc. 212. "Ego *hoc* te *triduom* nunquam sinam In domo esse istac." Pseud. 315. "Ut opperiare *hos sex dies* saltem modo." De tempore autem *præterito,* Supra 28. qu. vid.

286. Elecebræ argentariæ.] *Money spungers.* "Ab *eliciendo argento* dictæ." Festus. Vide in v. 267. Bacch. 907. "*Exlecebra* fiet hodie *auro* senis." 1135. "Probri *perlecebræ* et persuastrices."

287. Sine me dum.] *Sinedum* per tmesin disjungitur. Supr. 88.

— Tibi dico.] Infra 598. Curc. 517. "Heus tu: *tibi* ego *dico!*" Burm: ad Petron. Sat. Cap. 64; ait, "Formula est non modo excitantis, [ut Ter. Hec. IV. i. 8.] sed et increpantis et stomachabundi:" et citat Phædr. Fab. IV. xix. 18. "*Tibi dico,* avare." Ov. Met. IX. 121. "*Tibi,* Nesse biformis, *dicimus.*"

290. Tetulit pedem.] *Set foot in. Tetulit* vetus forma pro *tulit.* Infra 532. Ter. Andr. IV. v. 13. "Nunquam huc *tetulissem pedem.*" Infra 309. "*Penetravi pedem.*"

— Heia!] *Fie!* Εἶα, Eja. Interject. exprobrantis. Aul. 111.

— Delicias facis.] *You are jesting.* Irrides. Τρυφᾷς, Lamb. Pœnul. 150. Cas. 419. " Nimias *delicias facis.*" Infra 314. " *Ludos facere.*" Merc. 232. " Facit convicium;" pro *conviciatur.* &c.

291. Amabo.] *Pr'ythee; I beg.* Amanter rogo. Invitandi blandius, seu rogandi formula. Infra 314. 331. Curc. 112. &c. Ter. Eun. I. ii. 50. " Hoc agite, *amabo.*" Cic. Att. II. 4. *init.* " *Amabo* te, cura, ut transigas." X. 10. *med.* " Medere *amabo.*" Catull. Carm. XXXII. 1. " *Amabo,* mea dulcis Ipsithilla." &c.

295. Scibo.] Fut. Antiqu. pro *sciam.* Infra 907. 999. Epid. 647. " Si quid *sævibunt* senes."

296. Bene vocas.] Vide Nott. Sic, Curc. 564. " *Bene vocas;* verum vocata res est." (thank you; but I'm already engaged.) Similiter Hor. Epist. I. vii. 62. " Dic ad cœnam veniat.... *Benigne,* respondet. *Neget* ille mihi? *Negat* improbus, et te negligit aut horret." Ibid. vii. 16. " Jam satis est. At tu quantumvis tolle. *Benigne.*" (no more, I thank you.)

— Gratia est.] " Blandior formula abnuendi se ad cœnam venturum;" Both. Mostell. 1083. C. " Hic apud nos hodie cœnes. Th. Dii te ament. *De cœna facio gratiam.*" (you'll excuse me.)

299. Malum.] *Plague on't.* Infra 695. " Interjectio stomachantis et indignantis;" Lamb. Aul. 383. " Quid tu, *malum,* curas?" Merc. 182. " Qui, *malum,* ego nugor?" (how, *the plague!*) &c. Cic. Att. V. 20. *init.* " Qui, *malum,* isti Pindenissæ? qui sunt?" Et IX. 18. " Tu, *malum,* inquies, actum ne agas."

300. Qui extergentur.] *Qui,* Ablat. pro *quo.* Supra 219.

— Baxeæ.] *Shoes,* or *slippers.* " Calceamenta mulierum." Vet. Gloss. " Calceamenti genus, quo sacerdotes, et philosophi utebantur, ut ex Apuleio intelligere licet. Met. Lib. II. " Juvenem

linteis amiculis intectum, pedesque palmeis *baxeis* indutum." Lib. XI. "Nec deerat qui pallio, baculoque, et *baxeis,* et hircino barbitio Philosophum fingeret." Id. Lib. I. Floridorum, "Fateor me sellularias artes minus callere,...*baxeas de suterna* præstinare."" LAMB.

304. Cantherino ritu.] *Like a gelding.* GRON. Lect. Plaut. "*Cantherii* [Aul. 449.] sunt equi castrati, qui cum mascula parte animos feroces amiserunt, et stantes placide quasi conniventes oculis, somniculosi et dormitantes conspiciuntur." Festus, et Varr. De Re Rust. II. 7. "Equi qui semine *carent,* ii *canterii* appellati." Melius a Græco κανθήλιος derivatur. Hinc fortasse Anglice *canter.*

— Adstans.] Pro simpl. *stans.* Supra Prol. 56. Capt. 563. "Vix *adsto* præ formidine."

— Somniat.] *Dreams.* Capt. 775. "Hic *vigilans somniat.*" Amph. 545. "Quæne *vigilans somniat?*" Ibid. Sc. Quis tam, &c. v. 51. "Vigilans dormio, *vigilans somnio,* vivos et sanus intereo." Ter. Andr. V. vi. 7. "Num ille *somniat* ea, quæ vigilans voluit?"

305. Qui.] *Why?* Curc. 281. "*Qui* istic clamorem tollis?" Amph. 706. "Nimis mirum est, *qui* illi collubitum siet." &c.

— Inficias ire.] Nos ad verbum, *To go to deny.* Est autem *inficias* accus. plur. ab *inficiæ,* et solum hoc casu occurrit, subaudito *ad;* quemadmodum *suppetias,* Infra 918. Fere dicitur de iis quæ *probe scimus* sed *fateri* nolumus; unde plerique a *fateor* ducunt, et scribunt per literam *t, infitias:* A quorum sententia stat locus in Cistell. 381. "Quæ dudum *fassa* est mihi, quæne *inficias* eat?" Contra qui per *c* scribunt, ducunt a *facio,* ut sit pro *inficior-ari,* (nempe, quæ *feceris,* ea te *non fecisse* asseverare.) Et hæc potior etymologia, vel ob hunc locum, et Infra 955. et Amph. 627. "Tu qui, quæ *facta, inficiare.*" &c.

309. Portam.] Nempe *Urbis Epidamni.* Ut falsi sunt qui pro *fores Erotii domus* dictum putent. *Porta,* sic appellata ab

aratro *portando* trans id spatium ubi porta futura essset, cum urbem sulco designarent.

— Penetravi pedem.] Infra 717. Amph. 97. "Perduelles *penetrant se* in fugam." Trinum. 248. "Quo illic homo foras *se penetravit.*" 263. "Quin prius *me* ad plures *penetravi?*"

310. Prandi.] *I dined.* Vide Supra 94.

— Navi.] Ablat. usitatior apud Nostrum: Sic *Parti,* v. 381. *Luci,* 903. *Ruri,* Merc. 269. &c.

— Eccere.] Per Cererem. Vide in Nott. et Supra 130. Gloss. *Viro* tribuitur Amph. 400. Et Cas. 277.

312. Tritam.] Intelligunt, jactatam, laceratam tempestatibus. Sed vide Cic. Ep. Fam. IX. 16. 8. "*Tritas* aures." Et Hor. Sat. I. III. 91. "Catillum Evandri manibus *tritum.*"

— Fixam.] *Nailed; pinned.* Clavis compactam.

— Excussam malleo.] *Hammered with the mallet.* Valde tunsam. *Excutio* pro concutio.

313. Supellex pellionis.] *A tanner's frame.* In qua *pelles* subigit, concinnat, et ad usus suos perficit *pellio;* cæterum vide in Nott. Critt. Græce *θράνος*. *Supellex* est proprie, "Quodvis domesticum instrumentum familiæ, quod neque argento aurove facto, vel vesti adnumeratur," [quamvis et hæc quoque in supellectile fuisse constat:] ut docet Facc: ex Pompon. Dicta autem est, quasi *sub pellibus;* fuit enim imprimis *τὰ σκεύη* quæ ad usum castrorum *in tentoriis* suis milites habebant. Recte su*p*ellex (non su*pp*ellex) scribitur; nam prima syllaba corripitur. Cæterum, latius hoc verbum usurpari quam per Pompon: admittitur, apparet vel ex Virg. G. I. 165. "*Virgea* præterea Celei vilisque *supellex,* Arbuteæ crates, et mystica vannus Iacchi." Et Juv. Sat. III. 14. "Quorum cophinus fœnumque *supellex.*" Et ex multis aliis locis.

— Palus.] Intell. *palos ligneos,* quibus utitur pellio ad pelles distendendas et siccandas. LAMB. Græce πάτταλος, unde Cleon, Βυρσοδέψης Παφλαγὼν, ait apud Arist. Eqq. 369; sqq. "Ἡ Βύρσα σου θρανεύσεται. Διαπατταλευθήσει χαμαί."

314. Ludos facere.] *To mock me; make game of me.* Aul. 209. Gloss. Pro *ludificare,* ut contra, Supra 280, *magnificare* pro *magni facere.* Ter. Phorm. V. VII. 52. "Ut *ludos facit.*" Aul. 209. "*Quem* senecta ætate *ludos facias.*" Merc. 222. "Miris modis dii *ludos faciunt* hominibus." (ubi inusitate cum dativo construitur.) Pers. 801. "*Ludos* me *facitis.*" &c.

317. Perhibere.] *Are given out; said to be.* Supra 179.

318. Iterum.] *Next to him.* Post hunc.

320. Prædicas.] *You say. Prædico, -as.* penult. *brevi.* Vide Supra Prol. 47.

321. Tam cate.] *So well.* A *catus,* Supra 55.

322. Pernegari.] Vis est præpositionis, *perseverantius* et *constanter* negari. Sic Infra 621. "*Perpeti.*" 628. "*Perferam.*" &c.

323. Intrassis.] *If you enter.* Pro *intraveris.* Sic Epid. 716. "*Orassis,*" pro oraveris. Bacch. 1165. "*Amissis,*" pro amiseris. Casin. 295. "*Objexis,*" pro objeceris. Aul. 540. "*Mutassis.*" et multa alia quæ frequentat Noster: usurpaverunt etiam alii, quanquam parcius; e. g. Virg. Æn. IV. 605. "*Implessem,*" pro implevissem. 606. "*Exstinxem,*" pro extinxissem. Hor. Sat. I. v. 79. "*Erepsemus,*" pro erepsissemus. &c. Infra 513. "*Comessis.*"

324. Assentabor.] *Will assent; will not cross her.* Infra 385. Amph. 599. "Vera volo loqui te, nolo *assentari* mihi." (to say as I say.) Hinc *assentatores* dicti, qui ut ait Gnatho, [Ter. Eun. II. II. 21.] "Si negat quis, negant: ait, aiunt: postremo imperant sibi omnia *assentari.*" Ib. III. II. 37. "Qui huic animum *assentari* induxeris." Ne igitur cum LAMB: *assentibor* reponas.

326. **Non imprudens.]** *Intentionally; wittingly.* Data opera, de industria. Valet id. qu. *prudens,* (i. e. *providens,*) sciens. Infra 971. Hujus frequentissimæ verbi significationis exempla nonnulla, ne post in ea hæreamus, semel in unum congeram. Hor. Od. I. III. 22. "Deus abscidit *Prudens* Oceano terras." Sat. II. 3. 206. "*Prudens* placavi sanguine divos." Ibid. 212. "Cum *prudens* scelus admittis." Ep. II. II. 18. "*Prudens* emisti vitiosum." Ov. Met. X. 130. "Hunc puer *imprudens* jaculo fixit." Cæs. B. G. III. 29. "Ne quis *imprudentibus* militibus impetus fieri posset." Ter. Andr. I. III. 22. "Ne *imprudentem* opprimat." IV. I. 18. "Et me et te *imprudens* perdidi." Eun. Prol. 27. "Peccatum *imprudentia* est Poetæ; non quo furtum facere studuerit." Nost. Aul. 23. "Ne verba *imprudenti* duit." Capt. Prol. 44. "Reducem faciet *imprudens;* itidem ut sæpe, Plus *insciens* quis fecit, quam *prudens* boni." Epid. 362. "Caput suom *imprudens* alligabit." &c.

327. **Renuntiaret.]** Infra 1025. Aul. 558. Valentius quam simpl. *nuntiaret. Re* enim in compositione haud raro de eo, quod factum nolumus, usurpatur. Ter. Andr. II. v. 20. "*Renunciato,* ut pro hoc malo mihi det malum." &c. Vide in voc. *rescisco,* v. 581.

328. **Manes.]** *Wait for.* Infra 936.

329. **Flocci facio.]** *Care a straw for.* Ne *flocci* quidem *facio;* nihili pendo. Ter. Eun. II. III. 11. "Tum qui *flocci fecerim.*" et III. I. 21. "Ego *non flocci pendere.*" (did n't care *a rush.*)

331. **Scin']** Pro *scisne.* Supra 65. "*Vin'.*" 225. "*Audin'.*" &c.

— **Amabo.]** *I shall be obliged to you.* Supra 291.

332. **Phrygionem.]** *The embroiderer's.* Intell. *officinam;* Vide Supra v. 20. Sic, "*Ad aurificem,*" Infra 426. Erant autem Phrygiones, qui acu pingebant, et vestes auro intexebant; dicti a *Phrygibus* qui hanc artem invenisse existimantur; ut docet Facc. citans Serv. ad Virg. Æn. III. 484. Et Plin. Lib. VIII. c. 48. "Acu facere

Idæi Phryges invenerunt: ideoque *Phrygiones* appellati sunt." Numerat Noster inter rerum muliebrium artifices, Aul. 459. "Stat fullo, *phrygio,* aurifex, lanarius."

333. Reconcinnetur.] *Be repaired; fresh trimmed.* Infra 428. Denuo reparetur, resarciatur. De *concinno,* Vide Supra 26. Cæs. B. G. II. 15. "Diuturni laboris detrimentum solertia et virtute militum brevi *reconcinnatur.*" (is repaired.) h. e. reficitur.

— Opera.] *New ornaments;* or *figures.*

334. Eadem.] Vide Nott. Sic Cist. 379. "*Eadem* si possum tranquillum facere." Amph. Prol. 54. "Commutavero *eadem,* si voltis." Mil. 305. "Hic te opperiar; *eadem* illi insidias dabo." Cic. Att. XIII. 39. "Brutum, inquis, *eadem* scilicet." h. e. *eadem via;* (by the same means.)

— Ignorabitur.] *It will not be known again.* Infra 370.

335. Cognoscat.] *Recognise.* Ter. Eun. II. I. 19. "Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse?"

337. Hunc colloqui.] *To speak with this man.* Colloqui, sensu *alloquendi,* accusativo jungitur.

338. Quid negotii est?] Vide in Aul. 252. Gloss.

— Subsili.] *Jump up.* A *sub salio.* Vide in Nott: et confer Curcul. 154. "Fite causa mea ludii barbari: *Subsilite* obsecro, et mittite istanc foras." (ubi *pessulos* amans alloquitur, jubetque ut e foribus ocius exsiliant.) Capt. 563. "Quin quiescis, cor meum? Tu *subsultas;* ego miser vix adsto præ formidine."

339. Tanto nequior.] *So much the worse.* Vide Nott: in v. 338. et de voce *nequam,* Vide Supra v. 7. Gloss.

340. Quantum potest.] *As quick as possible.* Frequentissima apud Comicos, sed rarior apud alios, formula. Amph. 819.

"I sane, et, *quantum potest,* parata fac sint omnia." Most. 737. "Dare volt uxorem filio *quantum potest.*" &c. Ter. Eun. V. I. 20. "Comprehendi jube *quantum potest.*" Cic. Att. IV. 13. "Rescribas ad me, *quantum potest.*" et IX. 7. *fin.* "Scribe *quantum potest.*" In Aul. 80; est "*Quantum potero.*" qu. vid.

341. Actutum.] Supra 130.

— Devorsoriam tabernam.] *A tavern.* Cauponam. Truc. 660. "In *tabernam* ducor *devorsoriam.*" Vide in voc. *devortitur,* Supra 181.

342. Ante solem occasum.] *Before sunset.* Id: qu: *Solis* occasum. Infra 920. Epid. 139. "Ni ante *solem occasum* elicies." Ad hunc locum Lamb: citat ex Gell. XVII. 2; Leg: xii. Tab. "Post meridiem præsenti litem addicito, *Sol occasus* suprema tempestas esto." Et Varr. Lib. VI. L. L.

— Venias advorsum.] *Come for me.* Infra 350. 367. Asin. 277. "*Ibo advorsum.*" &c. Ter. Ad. I. I. 2. "Neque servolorum quisquam, qui *advorsum ierant.*" In quem locum Ruhnk. et Don. "*Adversum ire* non solum est obviam ire, sed etiam ire aliquem quæsitum constituto tempore et loco. In primis de servis dicitur, qui veniunt ut dominos domum ducant. Ejusmodi servi proprio nomine *Adversitores* vocabantur."

344. Mihi dolebit.] *I shall be the sufferer.* Hoc sensu præcipue verbum *dolet* cum dativo construitur. Ter. Eun. I. II. 13. "Ut *tibi doleret* itidem, ut *mihi dolet.*" Mart. Ep. I. 14. "Hoc *mihi,* Pæte, *dolet.*" Noster Cist. 67. "Hoc *huic* dolet." &c.

345. Inscita.] *A simpleton.* Infra 348. Quæ nil sciat.

347. Ducit.] *Has in tow.* Metaphorice. Confer Shaksp. *Ant. and Cleop.* Act. III. Sc. IX. "My heart was to thy rudder tied by the strings, And thou *should'st tow me after.*"

— Lembulum.] *The cock-boat.* Dimin: a *lembus,* navigii genus minutissimum. Merc. 191. "*Lembo* advehitur tuos pater *pauxillulo.*"

— Dierectum.] *To certain ruin.* Id. qu. In malam crucem, exitium, perniciem. Varie hanc vocem derivant Etymoll: quorum optimi sunt qui, quasi *Sub dio erectum,* (i. e. in cruce,) explicant. Alii ad Græcum διάῤῥηκτος (*disruptus*) referunt: [Curcul. 244. "Lien *dierectus* est." ubi nonnulli legunt, ex interpretatione, ut videtur, *disruptus.*] sed minus placet hæc etymologia; siquidem, cum vox sæpissime apud Nostrum occurrat, semper, credo, vel priore syllaba producta, vel duabus prioribus in unam coactis, pronuntianda est. (Vide in Nott. Critt.) Vox occurrit Bacch. 546. "Recedin' hinc *dierecte?*" Capt. 562. "I *dierectum,* cor meum, ac suspende te." Cas. 15. "Abi rus, abi *dierectus.*" Merc. 181. 746. Most. 8. Pœnul. 32. 216. Rud. 1072. Trin. 427.

348. Inscitus.] Supra 345. Et confer Cistell. 405. "*Non sum scitior,* quæ hos rogem." Ter. Hec. IV. I. 49. "Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem."

349. Dicto audientem.] *Obedient to his orders.* Pers. 398. "*Dicto* sum *audiens.*" Amph. 837. "Sum Jovis *dicto audiens.*" Corn. Nep. XIV. In Datame. c. 2. "Is regi *dicto audiens* non erat."

350. Temperi.] *In good time.* In tempore. Infra 367. Antique dicebant, Tempus temp*eris;* ut Pignus pign*eris;* Opus op*eris;* Fœnus, fœn*eris.* Videsis Ruperti ad Juv. Sat. IX. 141. "*Pigneribus* positis." Noster Pers. 765. T. "*Temperi.* S. Mi istuc *temperi* sero est." Trin. 877. "*Temperi* hodie anteveni." &c.

351. Interea loci.] *During all that time.* Ter. Eun. II. II. 24. "Dum loquimur, *interea loci* ad macellum advenimus." Noster Truc. 11. "*Interea loci* tentat." &c.

352. Facinus.] *Crime.* Dictum joci causa.

353. Immersi me.] *Thrust myself into.* Significatione translata. Infra 605.

354. Hieto.] *Am staring about; (with my mouth open.)* " Priscum verbum," ait Palmerius, " et ad hunc locum unicum." Citat autem Cæcil: " Sequere me tu, qui mihi oscitans, *hietansque* restas." Et Laber: " *Hietantur* fores;" (pro *hietant;* i. e. patent.) Glossar: Benedicti, Χασμῶμαι, oscitor, *hieto.* Adde Nost. Fragmm. Incertt. 49. " Si quæ forte concio est, Ubi eum *hietare* nondum in mentem venerat."

— Se subterduxit.] *Withdrew himself unnoticed; secretly.* Clam abstulit se.

356. Qui.] *Would that!* Infra 828. Imprecatio frequentissima apud Comicos, et valet *utinam:* Nam in re simili habet Ter. Eun. II. III. 11. " *Ut* illum dii deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est." Citat GRONOV: Cas. 171. " *Qui* illum dii omnes deæque perdant." Persa 780. " *Qui* illum Persam dii omnes perdant." Trin. 889. " *Qui* istum dii perdant." Addas, Ter. Phorm. I. II. 73. " *Qui* illum dii omnes perduint." Cic. Att. IV. 7. " *Qui* illi dii irati (sint)."

— Commentus est.] *Devised; contrived.* Aulul. 30.

357. Qui.] *Whereby.* Nempe *concione habenda.* Supra 219.

358. Delegi.] *Be chosen; selected.* Deligi.

359. Eloco.] *Directly; on the spot.* Illico; Aul. 54. G.

360. Affatim hominum.] *Plenty of persons.* Mil. 971. " Tibi divitiarum *affatim* est." Rud. 1090. " Argenti et auri *largiter.*" (pro, multum auri et argenti.) Sic Græce ἅλις cum genitivo construitur; e. g. Eur. Hec. 278. τῶν τεθνηκότων ἅλις.

— Esum neque vocantur.] *Are not invited out.* H. e. ut ait Mil. 986, " Qui de vesperi vivunt suo," ideoque otium habent quo " rem alienam curent."

365. Reliquiarum.] Vide Supra 66.

366. Cum corona.] Coronatus. Nam potantes coronas in capite gestabant; ut notavit LAMB: citans Amph. 847. "Capiam *coronam* mi in caput; me assimulabo esse ebrium." Lucret. III. 925. "Ubi discubuere, tenentque Pocula sæpe homines, et inumbrant ora *coronis*." Hor. Sat. II. III. 255. "Potus ut ille Dicitur ex collo furtim carpsisse *coronas*." Adde Od. I. VII. 22. "Uda Lyæo Tempora populea fertur vinxisse *corona*." Ib. XVII. 27. et XXXVIII. *init.* Unde, ut et Infra 534, apparet has coronas ex *floribus* plerumque factas esse.

367. Temperi.] Supra 350. Ov. Met. IV. 198. "Modo surgis Eoo *Temperius* cœlo." i. e. maturius; (*too soon.*)

368. Potin' ut.] *Can't you?* Locutio Comica; et valet, *Potisne es ut quiescas,* i. e. Potesne quiescere? nam *possum* nihil est aliud quam *potis sum; potes, potest,* potis *es, est.* &c. Trucul. 858. "*Potin', ut* mihi molestus ne sis?" Merc. 328. "Quomodo *potis siem.*" (i. e. possim.) Ter. Andr. II. VI. 6. "*Potin' es* mihi verum dicere?" (potesne?) Eun. I. II. 21. "*Potin' est* hic tacere?"

369. Lepide concinnatam.] *Nicely trimmed.* Supra 26.

378. Scortum accubui.] Infra 1039. Constructio eadem quæ, Aulul. 151. Gloss. "*Inhiat aurum.*" Sall. Jug. c. XI. "Dextera Adherb*alem adsedit.*" &c.

379. Heres.] *The possessor; owner.* Festus, "*Heres* apud antiquos pro *domino* ponebatur." Citat FACC: Justin: Inst. Lib. II. Tit. 19. *in fin.* "Pro *herede* gerere, est *pro domino* gerere: Veteres enim hæredes pro dominis appellabant." Adde ex LAMB: Bacch. 812. "*Exheredem* fecero vitæ suæ." Most. 229. "Utinam meus nunc mortuos pater ad me nuntietur; Ut ego *exheredem* meis bonis me faciam atque hæc sit *heres*."

380. Clanculum.] Dimin: a *clam.* Infra 432. &c.

381. Satin.'] Supra 100. Cum indignatione dictum.

— Parti.] Antiq. abl. Vide Supra 310. Confert Hare, Persa, I. ii. 20. [72. B.] "Et æqua *parti* prodeant ad Trisviros."

387. Bene fui.] So *well off; fared* so *well.* Subaud: *tam.* Vide Supra 169. Formula est pro *Laute acceptus sum.* Aul. 326. G. Sic Pers. Sat. IV. 30. "Ingemit, hôc *bene sit.*" ubi citat Kœn: Hor. Sat. II. vi. 4. "*Bene est!* nihil amplius oro." Ov. Fast. IV. 399. "*Bene erat* jam glande reperta." Adde Hor. Sat. II. ii. 120. "*Bene erat,* non piscibus urbe petitis, Sed pullo atque hœdo." Petron. Sat. XXXV. "Ergo vivamus, dum licet *esse bene.*" Et XCII. "Oportet hodie *bene sit.*" &c.

388. Turbare.] Turbas ciere; absolute dictum. Aulul. 610. Cic. Qu. Frat. III. 1. "Ne quid ille *turbet.*" Ter. Andr. IV. i. 40. "*Interturbat.*" (h. e. in media re turbas excitavit.) et V. iv. 23. "Itane *obturbat?*"

— Gestio.] *I long.* Valde cupio. Vox in primis Comica. Amph. 170. "*Gestiunt* pugni mei." (my fists itch to be at him.)

391. Flagitium hominis.] *Unprincipled fellow.* Pro *Flagitiose.* Infra 611. Cas. 443. Sic Ter. Andr. III. v. 1. "Ubi illic est *scelus?*" Pro, ille *scelestus;* (that scoundrel.) &c. Simile est Homericum 'Ελεγχέες, Il. IV. 242. Schol: ἐπονείδιστοι.

— Minumi pretii.] *Worthless.* Nequam. Asin. 832. "*Minumi* mortalem *pretii.*" Opponitur, "*Quantivis pretii,*" Ter. Andr. V. ii. 15. Et, "*Maxumi pretii,*" Adelph. V. iv. 3. &c.

392. Qua causa.] Id. qu. *Ob quam causam.* Sic "*Qua mercede,*" Virg. G. IV. 150. "*Qua gratia,*" Supra 74. &c.

395. Heres.] Vide Nott: confert Bothius Curc. 127. "Nam tibi vinum danunt: mi haut eveniunt sæpe tales *hereditates.*"

404. Odiosus.] *Troublesome.* Vide in v. 230.

406. Quod sciam.] Supra 212.

413. Occisa est hæc res!] *It is all over with this matter.* Conclamatum est. Dictum de re prorsus desperata. Capt. 466. "*Occisa est hæc res,* nisi reperio aliquam astutiam." Pseud. 416. "*Occisa est hæc res;* hæret hoc negotium." &c. Simile est, "*Periit hoc negotium!*" et, Ter. Heaut. III. iii. 3. "*Acta hæc res est:* perii!"

421. Recident.] *Recoil; fall back. Re* et *cado.*

423. Quid hoc negotii?] Formula admirantis. Infra 508. 511.

424. Concrepuit ostium.] Supra 262.

425. Amare te.] *Begs you.* Supra 291. Infra 441.

426. Una opera.] *By one, and the same, trouble.* Infra 696. Cas. 200. "*Una opera* in furnum calidum condito." &c.

— Ad aurificem.] *To the goldsmith's.* Vide in v. 332.

427. Pondo.] *In weight.* "Indecl. subst. Videtur esse ablat. ab obsòleto *pondus, pondi:*" Facc. Rud. 816. "Neque ullam unciam *pondo* cepi." Truc. 874. "Plus decem *pondo* auri." Pseud. 817. &c.

— Unciam.] *An ounce.* Duodecima pars assis.

428. Spinther.] *A clasp;* (worn on the top of the left arm, by women only.) Paulus in Festum, "*Spinther* erat armillæ genus, quo mulieres utebantur *brachio summo sinistro.*" Et sic distinguitur ab *armillis,* [Infra 437.] quæ in utroque brachio gestabantur. Pitisc. Lex. Antiqu. "Quale fuerit *spinther* ignoramus; nisi utriusque sexus sint *armillæ, spinther* sinistri tantum feminarum."

432. Armario.] *Wardrobe.* H. l. est, Locus in quo vestes, et cætera ornamenta muliebria reponuntur. Aliis usibus alibi inservit. Capt. 845. "Cellas refregit omnes, reclusitque *armarium.*" (pantry; store-room.) Epid. 301. "Ex obsignato *armario* Decutio argenti tantum." (bureau.) &c.

437. Armillæ.] *Bracelets.* Vide in v. 428. Dictum, ait Festus, ab *armo,* quo nomine olim humerus cum brachio designabatur; erantque *armillæ,* arma inde dependentia. Pitisc. Lex. Antiqu. " Exornabant utrumque brachium. Unde aliquando *dextræ* et *sinistræ* appellantur. Gestabant cum viri tum mulieres." Ov. Fast. II. 323. "Fregerat *armillas* non illa ad brachia factas." (ubi Hercules puellæ cultibus instruitur.) Liv. X. 44. " Equites *armillis* argenteis donat." (ubi virorum sunt insignia.)

441. Inaures.] *Ear-rings.* Ἐλλόβια. Ornamenta quæ ex auribus perforatis dependent.

442. Duom numum.] H. e. *duorum nummorum* pretio. De *numo,* Vide in v. 136.

— Stalagmia.] *Drops; pendants.* Græca vox, a σταλάσσω *stillo,* nam hoc genus inaurium ex baccis oblongis erat, quæ minuto annulo infixæ ex auribus pensiles suspendebantur. Notat Lamb: " *Stalagmia* per appositionem eodem casu quo *inaures* legendum esse: nam *inaures* latius patere quam *stalagmia;* hanc nempe esse speciem seu partem, illud autem genus."

444. Manupretium.] Varro, Lib. IV. L. L. c. 36. "Quod *manu factum* erat, et *datum pro eo, manupretium,* (a manibus et pretio,) dictum erat." H. l. *posterior* tantum significatio locum habet.

445. Sodes.] *If you please. Si audes;* Vide Supra 73. Gloss. Cæterum non necesse est ut hanc vocem, cum quibusdam Etymoll: [e. g. Lindemann. ad Capt. I. II. 1.] ab *audes,* pro *audies,* tertia conjugatione, derivemus; nam frequentissime *audere,* vel apud optimos auctores, sensu τοῦ *velle* reperitur. E. g. Hor. Sat. II. I. 10. " *Aude* Cæsaris invicti res dicere." Ep. I. II. 40. " Sapere *aude.*" &c. Noster Pseud. 76. " Nilne adjuvare me *audes?*" (ubi nulla est periclitandi occasio objecta.) Ib. 202. " Ne id *audeant* facere." (pro *velint.*) et 1317. " Non *audes,* quæso, aliquam partem mihi gratiam facere hinc argenti?"

446. Abs te.] Παρὰ σεαυτοῦ. De tua pecunia; ut Supra 206.

449. Quantum possit.] Vide Supra 340. Gloss.

— Qui liceant.] Vide Nott. Sic Infra 1054. "*Quiqui licebunt.*" Cic. Att. XII. 23. *med.* "De Drusi hortis, *quanti licuisse,* tu scribis." (at what price they are valued.) *Licetur* enim emptor, seu *licitator; (bids;)* Stich. 202. &c. *Licet* emptum; (*is valued.*) Hor. Sat. I. vi. 13. "Unius assis Non unquam pretio pluris *licuisse.*" (was deemed worth.) &c.

454. Fer pedem.] *Step forward.* Citat Lamb: Virg. G. I. 11. "*Ferte* simul Faunique *pedem.*" Hor. Od. II. xii. 17. "Quam nec *ferre pedem* dedecuit choris."

— Confer gradum.] *Mend your pace.* Festina. Pseud. 708. "*Confer gradum* contra pariter." &c.

455. Abiciam.] Pro vulg. *abjiciam.*

458. Danunt.] Vett. pro *dant.* Curc. 126. "Vinum *danunt* potantes." Merc. 223. "Somnia in somnis *danunt.*" Truc. 345. "*Dane* savium." &c.

460. Compilet.] *Steals.* Furetur. Hor. Sat. I. i. 78. "Ne te *compilent* fugientes." Ib. 120. "Ne me Crispini scrinia lippi *Compilasse* putes." "A πιλοῦν *stipare:* quia fures stipant ea quæ furentur." Facc. Infra 642. *Suppilas.* qu. vid.

462. Manufesto.] Infra 494. Trin. 877. "Teneor *manufesto* miser!" Most. 659. "*Manufesto* teneor." Pseud. 748. "Quid, quom *manufesto* tenetur? Ch. Anguilla est." Et hinc adjectiv. Aul. 423. "Furem *manufestarium.*" (a thief *caught in the fact.*)

— Opprimes.] Deprehendes. καταφωράσεις.

466. Persequi.] *To trace him.* H. l. investigare. Ut Cist. 183. "Jubet illum *persequi,* si qua queat reperire." Curc. 109. "Sed hac abiit; hac *persequar.*"

467. Optume.] *Most seasonably; in good time.* Amph. 182. "*Optume,* eccum, incedit ad me." Ter. Heaut. V. v. 2. "*Optume* ipsos video." (opportunely.)

469. Male habeas.] *Abuse him; give him a warm reception.* Pro, *male excipias;* cum maledictis. Ter. Andr. V. iv. 37. "Unus scrupulus restat, qui me *male habet.*" (vexes me.)

470. Aucupa.] *Watch his motions.* Metaph. ab *aucupe,* (a fowler.) Nam *aucupare* est proprie, *aves capere;* utque, quorum hoc est negotium, attentius aves observant, sic translate refertur ad eos qui rei alicui diligentius oculos et mentem simul intendant.

471. Ut.] *How.* H. l. pro *quam.*

— More moro.] *Absurd custom.* A Græco μωρός. Mil. 670. "*Morus* es." Pœn. 248. "*Mores moros* et malos." Trin. 639. "Mores hominum *moros* et morosos."

472. Atque.] *And yet.* Vide in Prol. 7. Sic Pseud. 303. "*Atque* ego te vivom salvomque vellem." (*and yet,* believe me.)

— Optumi maxumi.] De scriptura horum verborum, ait Quinct. Inst. I. vii. "*Optimus, Maximus,* ut mediam *i* literam, quæ veteribus *u* fuerat, acciperent, Caii primum Cæsaris inscriptione traditur factum."

475. Quæritant.] *Take the trouble to inquire.* Prol. 71.

— Fides.] *Character.* Ut in Aul. 170. M. "Quid *fide?* Eucl. *Bona.*"

476. Clueat.] *Clueo,* antiquum verbum pro *audio,* a κλύω. Lucr. I. 120. "Per genteis Italas quæ clara *clueret.*" Ibid. 450. 481. Et passim. Infra 754. Epid. 182. "Senati qui columen *cluent.*" Bacch. 888. "Atridæ *cluent* fecisse facinus maxumum."

477. Nequam.] *Worthless; good for naught.* Supra 7.

Varro Lib. IX. L. L. sub fin. "Ut ex *non* et *volo, nolo;* sic ex *ne* et *quidquam,* media extrita syllaba, coactum est *nequam.* Itaque, ut eum quem putamus esse *non hili,* dicimus *nihili;* sic in quo putamus esse *ne quidquam,* dicimus *nequam.*"

478. Frugi.] *An honest fellow.* Omnibus numeris et casibus jungitur. H. l. opponitur τῷ *Nequam.* Asin. 835. "Antehac hominem sum *frugi* ratus." Aul. 542. "Hoc est servi facinus *frugi.*" Ibid. 673. Curc. 522. "Fac *bonæ frugi* sies!" Pseud. 331. "Nunquam eris *frugi bonæ.*" Cic. Att. IV. 8. "Satis acutus, ac *bonæ frugi.*" &c.

480. Sollicitos habent.] *Plague; give trouble to.* Infra 488. Pro *sollicitant;* qua voce usus est Juv. (de eadem re agens,) Sat. XVI. 28. "Se excusaturos non *sollicitemus* amicos." (nempe ut nobis in judicio adsint.) Ter. Heaut. III. i. 52. "Omnes *sollicitos habui.*" Nost. Mil. 1077. "Me forma *habet sollicitum.*"

487. In jure.] *Before the Prætor.* Apud Prætorem, [Curcul. 681.] pro tribunali. "Nam Paulus JCtus ait, *Jus* dici *locum, in quo jus redditur.*" Gronov. Lect. Plaut. Unde phrases illæ, Rud. 769. "*In Jure* causam dicito; Sequere." Id. Prol. 14. "*In jure* abjurant." Ter. Phorm. V. vii. 88. "*In Jus* eamus." Ubi Donat: "*Ad Prætoris* sellam; modo enim *locum* significat."

— Ad judicem.] *Commissary.* "Vel a Prætore datum, ut sunt *Recuperatores,* (judges delegate:) vel a litigatoribus captum, ut *Arbitrum,* (arbitrator.)" Lamb. Confert Hare, Pseud. II. ii. 50. [643.] "At illic nunc negotiosu'st: *res agitur apud judicem.*"

488. Sollicitum habuit.] Supra 480. Ita Cic. Att. XVI. 1. "Mare *infestum habere.*" i. e. *infestare.*

491. Conditiones.] *Terms of compromise.* Gron: Lect. Plaut. "*Ferre conditiones,* est proponere formulam transactionis, qua controversia aut res litigiosa componatur. Cic. Phil. XIII. 17. "Me

præcipitem egerit æquissimas *conditiones ferentem.*" Liv. XXXVII. 1. "Duæ *conditiones* eis *latæ sunt*..." &c." Addas Nost. Rud. 942. "Næ iste haud scit quam *conditionem tetulit.*"

— Tetuli.] Supra 290. Gloss.

— Tortas.] *Complicated; perplexed.* Implicatas, involutas, impeditas. Cic. De Orat. I. 58. §. 250. "*Contortas* res et sæpe difficiles necessario perdiscimus." Quas Theophrastus [in Cap. ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ.] "Πλοκὰς καὶ παλιλλογίας," vocat. Æsch. Suppl. 617. Εὐπειθεῖς στροφάς. Citat Lamb: Ter. Phorm. II. iii. 27. "Legum *contortor.*" i. e. qui leges non ex æquo bono, neque vere et recte, sed per malitiam et calumniam falso et perverse interpretatur.

— Confragosas.] *Knotty; intricate.* Proprie, quod est *contrarium plano;* saxis et salebris impeditum, asperum, atque abruptum. Liv. XXVIII. 2. "*Confragosa* loca, et obsita virgultis." XXXII. 4. "*Confragosa* loca, implicatasque flexibus vallium vias." Translate, quod est omnino *perplexum.* Quinct. Inst. I. Cap. 1. *fin.* "Versus affectatæ difficultatis, et velut *confragosos.*" Noster Cist. 342. "Illuc quæso *confragosum:*" (that unintelligible matter.)

493. Ut ne.] Amph. Prol. 127. "*Ut ne*, qui essem, quærerent." Ter. Eun. V. iv. 20. "*Ut ne* impune nos illuseris." &c.

— Sponsio.] Ἐγγύη. (An engagement in law, by which each party bound himself to forfeit a certain sum to the other, in case he failed to make good his cause.) Ita vox dicta, quia *spondebat* uterque litigator, datis prædibus, se, nisi causam suam probaverit, certam pecuniam adversario persoluturum. Hinc *sponsionem facere, vincere,* &c. Plura vide apud Ernest. Clav. Cic. in voc. *Sponsio.*

— Prædem.] *A surety; bondsman.* Ἔγγυος. Ita dictus, quia *præsens* est. "Differt a *Vade;* Nam *Vas* est qui in re capitali pro alio spondet: *Præs,* qui in re nummaria." Auson. cit. ap. Facc. Sed vide Persa, 287-8; ubi haud dissimili significatione usurpari hæ voces videntur.

495. Acerrumi.] *Keen.* Infestissimi. Cic. Att. IV. 3. [cit. in Nott. ad v. 492.] "Egregius Marcellinus, *omnes acres*."

496. Corrupit diem.] *Cut up my day.* Sall. Cat. XLIII. "Magnas opportunitates *corrumpere*." Citat Lamb: Asin. 273. "Quin ego hanc jubeo tacere, quæ loquens *lacerat diem?*"

497. Meque adeo.] *And me too.* Vide Prol. 21. Infra 728.

500. Eloco.] *Illico.* Supra 359.

505. Bene siet.] Vide Supra 387. Gloss.

506. Fœnerato.] *With interest.* Asin. 876. "*Fœnerato* hæc funditat: nam si domum redierit hodie, osculando *ulciscar* potissumum." Ter. Phorm. III. ii. 8. "*Fœneratum* istuc beneficium tibi pulcre dices." ubi Interpp. "Dices hoc beneficium a te *in fœnere positum esse.* Fateberis te pro hoc beneficio longe majus accepisse." Et citant Cic. de Amic. c. 9. "Neque beneficium *fœneramur*." Vide et Adelph. II. ii. 10. "Ne non tibi *fœneraret*."

— Sic datur.] Infra 530. "Sermo castigantis et pœnas sumentis;" Par: qui citat Pseud. 150. "Hem, *sic datur,* si quis herum servus spernit." Truc. 599. "Hem, *sic datur!*" Ter. Phorm V. viii. 38. "*Sic dabo!* (thus I'll pay him off!) age nunc Phormionem qui volet lacessito!" (now let any one provoke Phormio, if he dare.) Adde Nost. Pœn. 1144. "*Sic dedero!* ære militari tetigero lenunculum!" Quidnam autem sit *æs militare,* facile vel ex Juvenale Sat. XVI. intelligatur.

507. Flagitia.] *Enormities.* Hoc loco, proprio sensu, facinora impura ac libidinosa respicit; ut Infra 621. sqq.

— Potesse.] *Posse;* quasi *potem esse.* Supra 368. Adde Ter. Eun. I. ii. 33. "Neque per ætatem *potis erat*." II. ii. 32. "Si *potis est*." Heaut. II. ii. 80. "Neque ferri *potis es*." &c.

509. Palpationes.] Vide Nott. *Palpare,* prima significa-

tione, est leviter et blande contrectare; ψηλαφᾷν. Ov. Met. II. 866. "Modo pectora præbet Virginea *palpanda* manu." (ubi alii ex glossem: *plaudenda;* 'to be patted.') Hor. Sat. II. i. 20. "Cui male si *palpere,* recalcitrat undique tutus." (ubi translate sumitur ab equo mulcendo, et *manibus tractando.*) Vide Supra 177.

510. Tristis.] *Displeased.* Infra 524.

— Malus.] *Dolosus.* Æn. I. 352. "Multa *malus* simulans."

511. Quidam.] Infra 552. Notabile est exemplum hujus locutionis in Cist. 462. sqq. L. "Est *quidam* homo, qui ait se scire, ubi sit. H. At ille ad *quandam* mulierem, si eam monstret, gratiam ineat." sqq. Ter Eun. III. ii. 30. "Quod *quidam* facit." &c.

513. Comessis.] *Comederis.* Vide Supra 323.

515. Nicto.] *Wink.* Nonius Cap. V. 71. "Inter *nutare,* et *annuere,* et *nictare,* Veteres hoc interesse voluerunt: ut *nutare* capitis; *annuere,* vel *innuere,* narium vel labiorum; *nictare* oculorum significantiam esse decreverint." Et citat Asin. 760. "Neque illa ulli homini nutet, *nictet,* adnuat."

516. Mi expedi.] *Tell me.* Ter. Eun. IV. iv. 27. "Agedum, hoc *mi expedi* primum." Et. V. v. 20. "Sed istuc quicquid est, primum *expedi.*" Vide Supra 96.

523. Responsant.] Vide Nott. Citant LAMB: et GRON: Hor. Sat. II. vii. 85. "*Responsare* cupidinibus." et 103. "Cœnis *responsat* opimis." Epist. I. i. 68. "Fortunæ *responsare* superbæ." Addas, Sat. II. iv. 18. "Ne gallina malum *responset* dura palato."

— Eloquere.] *Speak out.* Quæ est vis præpositionis. Sic Infra 544. *Edictavi.* 637. *Enarrabo.* &c.

525. Familiarium.] *Your servants.* Vid. Prol. 74. Dicti a *Familia,* quæ (ut ait Cic. pro Cæcin. 19.) constat ex servis pluribus. "Hinc, permutata *i* cum *u* litera, *Famuli* appellati:" Festus. Amph. Prol. 127. "Ut ne, qui essem, *familiares* quærerent." &c.

528. Bellus.] *Kind man!* Ironice. Sic Pœnul. 1192. "*Bellum* hominem, quem noveris!" (a fine fellow this!) Asin. 905. "*Bellum* filium! Nilne te pudet?"

532. Tetuli pedem!] Supra 290. Gloss.

536. Aibas.] Vett. pro *aiebas*. Asin. 423. "*Aibat* reddere." &c. Ter. Andr. III. iii. 2. "Ex te auditum qui *aibant*." V. iv. 27. "Rhamnusium sese *aibat* esse." Sic *scibas*, pro *sciebas*, Aul. 711. &c.

544. Edictavi.] *I have told all.* Vide Supra 533.

545. Profiteri.] *To make an open avowal; to confess voluntarily.* Differt a *fateri*: Fatemur enim coacti; [Aul. 598. Gloss.] profitemur ultro. Cic. pro Cæcin. 9. "Ita libenter confitetur ut non solum *fateri*, sed etiam *profiteri* videatur." Id: pro C. Rabir. V. 17. "Quamobrem *fateor*, atque etiam *profiteor*, et præ me fero."

— Ades.] *Attend.* Merc. 559. "Ausculta, atque *ades*."

548. Captat.] Similiter fere Arist. Avv. 1211. "Ἤκουσας αὐτῆς οἷον εἰρωνεύεται." Citat Hare, Amph. 269. "Quid me *captas*, carnufex?" et 643; "*Captas* me;" unde censet nostro loco legendum, "ut *te* scelestus *captat*?" Cæterum ex hoc verbo est subst. *captio*. Asin. 766. "Scio, *captiones* metuis." Epid. 290. "Nihil in ea re *captio* est." Ib: 689. &c.

555. Noctuam.] *An owl.* Ita nuncupata quia *noctu* volat. Differre aiunt a *bubone*, (the horned owl,) quod careat pennis in capite auriculas referentibus. Hæc avis *tutubare* (to hoot) dicitur; unde apud Hesych: Τυτὼ appellatur. Sic *Upupa* ἀπὸ τοῦ Ποῦ Ποῦ dicta est. Grav.

558. Imo.] *Nay rather.* Græce, μὲν οὖν. Infra 580.

559. Condonavi.] *Dono donavi.* Amph. 382. "Hanc pateram...tibi *condono*." (make you a present of.) Rud. 1275. "Mihi

triobolum ob eam ne duis: *condono* te." Ter. Phorm. V. vii. 54. "Argentum, quod habes, *condonamus* te."

— Sic.] Vide Nott. Similiter Hom. Il. III. 220. "Ἄφρονά τ' αὔτως. (de Ulysse.) ubi Heynius, "Αὔτως, *Ita,* adjectum δεικτικῶς, cum gestu."

— Utendam dedi.] *Lent her it. Usui,* (non dono,) *dedi.* Asin. 425. "Scyphos, quos *utendos dedi* Philodamo." Aul. 57. "Quæ *utenda* vasa semper vicini rogant;" (are for ever asking *the loan of.*) Et 266. "Famem hercle *utendam* nunquam *dabit.*" Rud. 507. "Scalas ut *darem utendas* sibi." &c.

560. Chlamydem.] *Martial cloak.* Proprie militum gestamen; quo sensu Noster Curc. 612. Epid. 424. &c. Pers. Sat. V. 46. "Jam *chlamydes* regum." Et passim alibi. Sed aliis quoque usibus inserviit; et quidem a *feminis* nonnunquam gestabatur; Æn. IV. 137. "Sidoniam picto *chlamydem* circumdata limbo." Et a *pueris;* Æn. III. 484. "Phrygiam Ascanio *chlamydem.*"

— Pallium.] *Mantle.* Aul. 600. Gloss.

563. Ex re tua feceris.] *You had best do so.* Frequens apud Comicos phrasis. Pseud. 330. "*Ex tua re* non est, ut ego emoriar." Cic. Att. V. 8. "Ut *ex* fide, *reque mea* videbitur."

565. Operam dedi.] Infra 997. Vide Nott.

573. Ab se,—Apud se.] De his formulis, Supra 32. 218.

575. Redimam.] *Invicem emam.* Citat Facc: Plin. Lib. VI. 28. *sub fin.* "Vendentibus quæ e mari aut silvis capiunt, nihil invicem *redimentibus.*"

576. Aperite aliquis.] Constructio haud rara apud Comicos. Epid. 390. "*Exite* huc *aliquis!*" Merc. 129. "*Aperite aliquis!*" 896. "Heus, *aliquis* actutum huc foras *exite!* illinc pallium mi *efferte!*" Ter. Adelph. IV. iv. 27. "Heus, heus; *aperite aliquis* actutum ostium." &c.

577. Ætati tuæ.] Pro tibi. Capt. 812. "Væ *ætati tuæ!*" Rud. 1253. "Venus eradicet caput atque *ætatem tuam.*" Similiter Æsch. Choeph. 434. "Αἴωνι σῷ."

579. Volup.] Indecl. et *volupe,* [quod passim apud Nostrum occurrit, et Ter. Hec. V. iv. 17. Phorm. IV. iii. 5.] Vett: pro *voluptas.* Citat Nonius, Cap. II. 905, Nost: Asin. 916. "Suo animo fecit *volup.*" Adde Cas. 646. "Facite vostro animo *volup.*" Most. 149. "Victitabam *volup.*" &c.

581. Rescivit.] *Has got to know it all.* Infra 590. 709. Gell. II. xix. "Qui factum aliquod occultius aut inopinatum insperatumque cognoscit, is dicitur proprie *rescire.*" Et exempla adducit: quibus addas ex Nostro, Cist. 102. Merc. 106. &c. Terent: quater in Andria, in reliquis fabulis bis terve, *et semper hoc sensu,* usus est. In primis igitur verbum est Comicum: usurpaverunt tamen alii, quanquam parcius. E. g. Ov. Met. II. 424. "Aut si *rescierit;* sunt O! sunt jurgia tanti?" (de Jovis adulterio.) Vide Aul. 727. Gloss.

— Ordine.] *From beginning to end;* (in every particular.) Virg. Æn. III. 179. "Remque *ordine* pando."

587. Postilla.] *Since then.* Supra 256.

588. Defrudes.] *Defraud me of.* A *fraudo:* ut *occludo* a claudo; et simill. Ter. Ad. II. ii. 38. "Etiam *defrudat?*" &c.

— Affectas viam.] *Are aiming at.* Hoc sensu Aul. 530. "Ut me deponat vino, eam *affectat viam.*" Ter. Heaut. II. iii. 60. "*Ad* dominas qui *affectant viam.*" Phorm. V. vii. 71. Virg. G. IV. 562. "*Viamque affectat* Olympo." &c.

592. Patiar!] *Very well! be it so.* Εἶεν. Aul. 49. "*Patior.*" Supra 572. "*Patiundum.*" Hodierni Itall: 'Pazienza!'

593. In oculos.] Vide Nott. Hinc quasi proverbium, *esse in oculis,* ortum est. Cic. Att. VI. 2. *med.* "Publicanis *in oculis*

sumus." Ter. Eun. III. i. 11. "Rex te ergo *in oculis* gestare." Adelph. IV. v. 67. "Magis te quam *oculos* amo meos." Et V. vii. 5. "Te amat plus quam *hosce oculos*." Noster Curc. 123. 207. &c. Ita Psalm. XVII. 8. "*Φύλαξόν με ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ*." (preserve me as the pupil of an eye.) Shaksp. *King Lear*. Act I. Sc. ii. "Dearer than eyesight."

— Compingite.] *Thrust; cram.* Arcte ac studiose pangite. Rud. 451. "Aurum atque argentum ubi omne *compactum* fuit." (carefully *packed* up.)

594. Ne sis frustra.] *Don't flatter yourself.* Ne spem vanam nequicquam colas. Mil. 1411. "Aliter hinc a nobis, *ne sis frustra*." Persa 140. "Nunquam hic prius edes, *ne frustra sies*." Rud. 871. "Dominus, *ne frustra sies*." &c.

595. Habes despicatui.] *Hold up to derision.* Cic. pro Flacc. 65. "*Despicatui ducitur*." Infra 597.

596. Ductare.] Nequitiæ vox. Pœnul. 737. "Neque triobolum ullum amicæ das, sed *ductas* gratiis." Asin. 148-9. "Solus si *ductem*.... Solus *ductato*." et 153. "Quid modi est *ductando*, amando?" &c. Ita Cistell. 42—44, *nubere* dicitur, quæ meretricio quæstu victum quærit.

602. Consulam.] *Consulo*, sensu *ξυμβουλεύεσθαι*, cum duplici accusativo construitur. Cic. Att. VII. 20. "Nec *te id consulo*." Ep. IV. ad Brut. "*Quod me* de Antonio *consulis*." &c.

605. Ganeum.] *A brothel.* Hinc dictus *ganeo*, (a debauchee.) Festus, "*Ganeum* antiqui locum abditum, ac velut *sub terra*, (*ὑπὸ γᾶν*,) dixerunt." Ter. Ad. III. iii. 5. "Credo abductum in *ganeum* aliquo."

606. Provisam.] *I will look out.* Ter. Andr. V. v. 1. "*Proviso*, quid agat Pamphilus." Ad. V. vi. 1. "Huc ad hos *proviso*." Ubi Donat: "*Proviso* duas res significat: procedo et video."

— Quam mox.] Supra 79. Rud. 256. 1129.

608. Demiror.] *I much wonder.* Valde admiror. De vi particulæ, vide Supra in v. 2.

609. Meret.] Frequentius *meretur.* Supra 271.

611. Flagitium hominis.] *Vile man.* Supra 391.

— Cum istoc ornatu.] *In this dress.* Supra 70.

613. Muttire.] Hinc Anglice, *mutter.* Γρύζειν. Pers. Sat. I. 119. "Men' *muttire* nefas?" (mayn't I *utter a syllable?*) H. e. ne *mu* quidem audeam proferre? Curc. 21. "Nunquam ullum verbum *muttit.*" (ubi vero Both: curis secundis, *mittit.*) et 94. "Num *muttit* cardo?" Persa 824. "*Etiam muttis* impudens?"

— Verbum unum.] Vide Supra 77. Gloss.

614. Admisi, &c.] Plene Ter. Ad. IV. v. 48. "Me *hoc delictum* admisisse in me." Phorm. II. i. 40. "*Culpam in se* admiserit." II. iii. 68. "Quid *turpe in sese* admitteret." Hor. Ep. I. xvi. 53. "Tu *nihil admittes in te* formidine pœnæ."

615. Hominis impudentem audaciam!] Pro *homo impudens* et *audacissime!* Ter. Heaut. II. iii. 72. "*O hominis impudentem audaciam!*" Phædr. Fab. XIII. 12. "*Corvi stupor;*" (pro, stupidus corvus.) &c.

616. Hecubam.] Vide in Nott. et confer Ovid. Met. XIII. 566—571. ubi alia causa redditur cur in canem versa sit Hecuba. Eur. Hec. 1247. "Κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα."

617. Prædicabant.] *Gave out.* Supra 320.

620. Canes.] Vett. pro *canis.* Ut *feles,* (pro *felis,*) Phædr. Fab. II. iv. 2.

621. Perpeti.] *Endure any longer.* Nam *perpeti* est, *durare in patiendo.* Vide Supra 322.

622. Ætatem.] *All my life.* Sensu apud Nostrum haud raro. Curc. 555. "*Ægrota*, si vis, per me *ætatem* quidem." (*all your life,* for what I care.) Amph. 871. "Vivas *ætatem* miser." Ter. Hec. V. I. 20. "Neque ille hoc animo *ætatem* erit." (for ever.) Apud Græcos *αἰὼν* nonnunquam pro *vita* usurpatur; Hom. IL. V. 685. "Ἔπειτά με καὶ λίποι αἰὼν ἐν πόλει ὑμετέρῃ."

— Viduam.] De hoc verbo vide Supra 37. Apud Mil. 956-7, *vidua* appellatur, quæ "Adulescens nupta est cum sene."

— Mavelim.] *Magis velim,* mallem. *Malo* enim est id. qu. magis volo; *Mavult,* magis vult; &c.

626. Narrent fabulas.] *Tell such idle stories.* Infra 820. &c. Ter. Heaut. I. III. 10. "Haud scit, quam mihi nunc surdo *narret fabulam.*"

627. Præterhac.] *Any longer.* Supra 36.

628. Perferam.] Feram *perpetuo.* Vide in v. 621.

629. Mea causa.] Infra 927. Epid. 668. "Dum sine me quæras, *mea causa* quæras vel medio in mari." Rud. 57. "*Mea quidem hercle causa* salvos sis, licet."

633. Heu hercle.] Supra 230. Infra 772.

636. Arcessam.] *Will send for.* Alii scribunt *accersam;* Vide in Nott. Critt. At Funcc: Cap. VIII. §. VII; "*Arcesso* plerisque hodie *accerso* non satis accurate scribitur: est enim ab antiquo *arcio.* Imo volunt alii *accerso* differre ab *arcesso;* et hoc idem esse quod *arceo,* illud vero idem quod *advoco.*"

637. Enarrabo.] *Will tell* the whole. Vide Supra 523.

642. Suppilas.] *Filch; steal secretly.* Asin. 791. "*Suppiles* clam uxorem tuam." Truc. 536. "Subfuror, *suppilo.*" &c. Nonius a *pilorum* jactu deducit. LAMB: a Græca voce Φιλητὴς, et

mutata aspirata in tenuem, Πιλητὴς, quæ *furem* significat. Sed vide in *compilo*, Supra 460.

643. Fabulor.] Pro *dico*, passim apud Nostrum. Hoc autem verbo fortasse usa est Mulier, ob vocem *fabulas*, Supra 626.

647. Simitu.] Vett. pro *simul*. Amph. 476. "Cum vino *simitu* ebibi imperium tuom." Merc. 117. "Tres *simitu* res agendæ sunt." Stich. 228. "Ut mecum *simitu* ires." Ibid. 370. 704. &c.

650. Calcha.] Pro *Calchante*, quod habet Virg. Æn. II. 100. "Donec *Calchante* ministro." Et v. 122. "*Calchanta*." &c.

655. Ut.] Hoc sensu Infra 847. Et Ter. Heaut. I. II. 38. "*Ut* tempus est diei, ne quo hinc abeas longius."

— Usus facto est.] *There is occasion for it.* Locutio frequens apud Comicos, aliosque: et valet id. qu. simpl. *usus est*. Ter. Heaut. I. I. 28. "Mihi sic *est usus*. Ch. An cuiquam *est usus* se ut cruciet?" Adelph. III. III. 75. "Moneo quid *facto usus* sit." Hec. III. I. 47. "Non *usus facto est* mihi hunc intro sequi." &c. Cæs. B. G. IV. 2. "Ad quos se celeriter, quum *usus est*, recipiunt."

658. Pernicitas.] *Activity.* Pernix, a *per* et *nitor, nixus.*

— Consitus.] *Beset; overgrown.* Translatio, ait Lamb: ab agris semine aliquo *consitis*. Et citat Lucr. Lib. II. 211. "Sol lumine *conserit* arva." Catull. Epithal. Pel. et Thes. 207. "Cæca mentem caligine Theseus *consitus*." Turneb: confert, Ter. Eun. II. II. 5. "*Annis obsitum*." Et Virg. Æn. VIII. 307. "Ibat rex *obsitus ævo*."

660. Ætas mala.] Docet Lamb: ex Ennio, Veteres *ætatem malam* dixisse *senectutem*. Sed vide an alio sensu Noster Aul. 4. "Ut te dignam, mala, *malam ætatem* exigas."

— Merx mala.] *A wretched piece of goods; sorry cargo.* Cist. 454. "*Mala merx* et callida est." (Nos dicimus, *a baggage!*)

Persa 236. "*Merx* tu *mala* es." Aristoph: Sycophantam κακὸν φορτίον appellat.

— Ergo.] *To be sure; indeed.* Ἔργῳ. Revera.

662. Autumem.] *Detail; recount.* Commemorem. Prol. 8.

666. Mihi certius facit.] *Tells me; informs me.* Id. qu. Me de hac re certiorem facit.

671. Abstinent culpa.] *Are without fault.* Plerumque *se* additur post verbum *abstinent* hac significatione usurpatum, ut Cæs. B. G. VIII. 44. "*Se* cibo *abstinuit.*" Aliter, et alio sensu, Infra 877. "Culp*am* abstineam."

674. Nisi si.] Supra 165. Gloss.

675. Eampse.] Vide in Nott. Ita Cistell. 170. "*Eampse* vos audistis confiterier." Aul. 771. "Credo *eampse* anum adiisse."

679. Salven' advenio?] Both: confert Ter. Eun. V. v. 8. "*Satine salve?*" ubi Interpp: "*Salve,* integre, recte, commode. Plautus in Trinum: 1142. "*Satine salve?* dic mihi."" Ita Stich. 7. "*Salvene,* amabo?" Apul. Met. I. "Quam *salve* agit Demeas noster?"

681. Velitati.] *Have had a skirmish of words.* Festus, "*Velitatio* dicta est, ultro citroque probrorum objectio, ab exemplo *velitaris* pugnæ." Asin. 289. "*Verbivelitationem.*" Græce λογομαχίαν. Rud. 430. "Equidem me ad *velitationem* exerceo: Nam omnia *corusca* præ tremore fabulor." Quidam volunt dictos esse *velites* a *volo,* quia hinc illinc in pugna volant: sed quia vox primam syll. producit, alii fortasse rectius a *velis* seu *vexillis* deducunt.

— Duo.] Antiqu. pro *duos.* Infra 1000. Capt. 42. "Istos captivos *duo.*" Epid. 180. "Vetulos *duo.*" Sall. Jug. c. xxiii. *fin.* "*Duo* maxime impigros delegit." Ita *ambo,* pro *ambos,* Amph. 317. Curc. 689. et pro *ambas,* Cist. 254. &c.

682. Logos.] Nonius, Cap. I. 318. "*Logi*, a Græco λόγοι, sermones, vel dicta ridicula et contemnenda." Hoc sensu Noster Persa, 393. "Dabuntur dotis tibi sexcenti *logi*." Stich. 202. "*Logos* ridiculos vendo." Ter. Phorm. III. II. 8. "*Logi!* fabulæ!" &c.

685. Ludibrio habeor.] *I am held up as a laughing-stock.* Supra 595.

686. Unde?] *By whom?* A quo? Sall. Jug. c. XIV. *fin.* "Tibi immaturo, et *unde* minime decuit, vita erepta est." (*by* his hands *whom* it least became.) Hor. Od. I. XII. 17. "*Unde* nil majus generatur ipso." Et Sat. II. III. 238. "Tibi triplex, *Unde* uxor media currit de nocte vocata."

687. Ecce autem.] *See now!* Plerumque cum admiratione, ut in re nec opinata. Ter. Eun. II. III. 6. "*Ecce autem* alterum!" Et notabile exemplum, Adelph. I. II. 73. "Sperabam, jam defervisse adulescentiam: gaudebam. *Ecce autem* de integro!" Hec. III. V. 53. "*Ecce autem*, tu quoque iracundus es." Æn. II. 203. "*Ecce autem* gemini...." (when lo, horrible to tell....) Ibid: 318. 526. VI. 255. &c. Cic. Att. XIV. 12. init. "*Ecce autem* Antonius...finxit legem." (when behold...&c.) Sall. Jug. c. XIV. med. "*Ecce autem* ex improviso Jugurtha." (when all at once, and most unexpectedly....) Supra 685.

— Quotiens.] Vide Supra 38. Gloss.

689. Qui istuc cavere possum?] *How can I avoid it?* Supra 187.

690. Nisi nevis.] *If you please; unless you object.* Formula: qualia sunt, *si vis, si lubet, si placet*, &c. ut notat BOTH: in Curc. 82. "Eine hic cum vino sinus fertur? PH. *Nisi nevis.*" Infra 964. "*Nisi piget.*"

— Morem geras.] *Conform to.* Vide Supra 119. Ter,

Eun. I. II. 108. "*Mos gerundu'st* Thaidi." Cic. Att. VIII. 10. "*Morem gessi:* dimisi a me." &c.

692. **Ex proxumo.]** *Hard by.* Aul. 128. 354. Ib. Prol. 31.

693. **Faxo.]** *I'll promise you; I'll warrant.* Supra 37.

695. **Malum.]** Supra 299.

696. **Ad cœnam ne promittat.]** GRON. Lect. Plaut. "*Promittere ad cœnam,* significat promittere te alicui convivam fore, in cœna adfuturum." Et citat exempla ex Nostro, et Plin. Ep. I. 15. "Heus tu, *promittis ad cœnam,* nec venis?" Cic. Orat. II. 7. "Quod *ad fratrem promiserat.*" &c. Vide Supra 48.

697. **Apud te.]** *At your house.* Supra 218.

698. **Pensum.]** *A portion of wool;* (weighed out, and given to each servant to spin, as a day's labour.) Proprie de lanæ *penso* dicitur: dictum a *pendo,* quia quod datum est ancillis, (utpote vilioribus, neque satis frugi,) id, cum confectum fuerit, *rependere,* ne quid suppilaverint, mos fuit.

699. **Carere.]** *To card.* GRON. Lect. Plaut. "*Lanam carere,* significat purgare trahendo per pectinem, seu instrumentum stylis ferreis horrens, quod inde *carmen* dicitur. Lucr. IV. 377. "Quasi *carmine* lana trahatur." Est a κείρειν, *tondere,* aor. 2. ἔκαρον." Hinc etiam *carduus,* (a teazle,) quia aptus sit *carendæ* lanæ. Observat BOXHORN: *caritores,* in glossa Papiæ, dici *lanarios* qui lanam *carunt,* carpunt, dividunt.

704. **Præhibet.]** *Supplies; allows you.* Vett. pro *præbet.* Infra 873. Asin. 189. "Longe aliam mihi *præhibes.*" Merc. 534. "Ut *præhiberem* locum." Rud. 56. "Ut verba *præhibes.*" &c.

708. **Insimules.]** *Charge him; accuse.* Arguas; crimen ingeras. Amph. 324. "*Insimulabit* eam probri." Ter. Phorm. II. III. 12.

"Si herum *insimulabis* malitiæ." Ubi DONAT: "*Insimulatio* est et veri et falsi criminis incusatio."

709. **Rescivi.**] De hoc verbo vide Supra 581.

716. **Dejerat.**] *Swears positively; protests.* Valde jurat. De vi particulæ *de,* Vide in v. 2.

726. **Hanc rem age.**] Phrasis est monentis ut attente quis præsenti negotio operam det: unde translate sumitur pro *ne ludas,* sed serio animum inclines. Contrarium est, *alias res agis.* Plurima utriusque locutionis exempla facile in mentem alicujus occurrent. Habe ex Nostro, Cist. 82. "*Hoc* volo *agatis.*" 446. "Mi homo, *alias res* geris? L. *Istuc ago.*" 474. "Ambages mitte, atque *hoc age.*" Juv. Sat. VII. 20. "*Hoc agite,* O Juvenes." Ter. Heaut. IV. I. 16. "Loquere: audio. S. At Jam *hoc non ages.* C. *Agam.*"

729. **Colos.**] Antiquitus pro *color.* Quinct. Inst. I. 4. *med.* "Ut *Valesii* et *Fusii* in *Valerios Furiosque* venerunt: ita *arbos, labos, vapos,* et *clamos,* ætatis fuerunt." Sic *lepos,* et *lepor;* "*amos*" etiam, pro *amor;* Curc. 97. "*odos,*" pro *odor;* Pseud. 842. &c.

731. **Ultro.**] Sic Ter. Ad. IV. III. 4. "Sibi fieri injuriam *ultro,* si quam fecere ipsi, expostulant." Vide Supra 272.

732. **Pandiculans.**] *Stretching himself.* Paulus in Festum, "*Pandiculari* dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur: eo quod *pandi* fiunt." Græce σκορδινᾶσθαι.

— **Oscitatur.**] *He yawns.* χασμᾶται. *Oscitatio* est oris citatio et diductio. TAUB.

741. **Væ capiti tuo!**] Videtur hæc formula non tantum esse *minantis* ut Supra 414; sed et de *insano* quopiam usurpari, quippe cui minus integrum sit caput. Hoc sensu Amph. 589. A. "*Væ capiti tuo!* S. Tua istuc refert, si curaveris." (nempe quæ *insana* sis.)

746. Turbarum.] *Disturbance.* Vide Supra 388. Ter. Eun. IV. vii. 30. "Si quicquam hodie hic *turbæ* cœperis."

747. Occupo.] *Anticipate; be beforehand with some contrivance.* Hunc proprium verbi sensum esse credit Nonius, quod plurimis exemplis confirmat; quibus addas, Pseud. 921. "Dum ille dormit, volo Tu prior ut *occupes.*" Hor. Sat. I. ix. 6. "Numquid vis? *occupo.*" (præveniens interrogo.) Cic. Orat. 138. "Ut ante *occupet,* quod videat opponi." De Orat. I. 114. "Verba cujusque rei propria et ornatissima atque optima occupasse Ennium."

750. Quantum potest.] Supra 340. Gloss.

755. Artua.] *Joints.* Ab obsoleto nominat: *artu;* unde "*deartuare,*" Nost. Capt. 567. 598.

756. Comminuam.] *Break in pieces.* Verbo hoc usus est Phædr. Fab. II. vi. 13. (de testudinis cortice ab aquila in scopulum allisa.) Nost. Rud. 1020. "Ego tibi *comminuam* caput." Supra 219. "*Diminuam* caput."

— Scipione.] *Staff.* σκίπων. Baculus, cui senes innitentes incedunt. Facc. Confer Persa, 814. "Cave sis me attingas: ne tibi *hoc scipione* malum dem magnum!" Amph. 366. "Quoi ego *hoc* jam *scipione!...*"

— Malum.] Supra 166. Phædr. Fab. V. 10. "*Malo* afficietur si quis quartam tetigerit."

759. Dedolabo.] Vide in Nott. Metaphorice usurpavit Hor. Sat. I. v. 23. "Lumbosque saligno Fuste *dolat.*" i. e. cædit, percutit.

— Assulatim.] *Piecemeal; to atoms.* Ab *assula,* (a chip,) segmentum e ligno dolato. Capt. 757. "Pultando *assulatim* foribus exitium affero."

764. Edentulum.] *Toothless.* Dentibus carentem. Sic Cas. 441. "Propter operam illius hirci, improbi, *edentuli.*" Most. 269.

"Vetulæ, *edentulæ,* quæ vitia corporis fuco occulunt." Translate, de *vino vetustissimo,* Pœnul. 569.

765. Stimulum.] Observat LAMB: hanc vocem Vett. in masculino, et neutro genere, dixisse. Ita *nasus,* et *nasum,* Supra 90.

— In manum est.] Vide Nott. Sic Amph. 558. "Qui istuc *in mentem est* tibi?" Aul. 9. "Si fustem cepero aut stimulum *in manum.*" Curc. 358. "Talos poscit sibi *in manum.*" Æn. VI. 395. "*In vincla* petivit." Plura confert BOTH: in loc. cit. Amph.

768. Denuo.] *Again.* Adv: quasi *de novo.*

771. Tuom dictum Apollinis.] Eadem constructio quæ Cic. Phil. II. "Tuum hominis simplicis pectus." Et in Manil. "Tuum gravissimi viri judicium." ut recte Voss. Addas Hor. Sat. I. IV. 22. "Cum *mea* nemo Scripta legat, vulgo recitare *timentis.*" Cic. Att. XI. 15. med. "*Solius* enim *meum* peccatum corrigi non potest." De Orat. I. 60. §. 255. "*Tua* domus, talis et *viri,* et *civis.*" Frequentior apud Græcos constructio; e. g. Æsch. Ag. 1293. "Εἰπεῖν θρῆνον θέλω Ἐμὸν τὸν αὐτῆς." Hom. Od. I. 161. "Ἀλλότριον ἄνερος." Arist. Acharn. 93. "Τὸν σὸν τοῦ πρέσβεως." Eur. Hec. 430. "Θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν."

773. Vel hic.] *To think that!* Particula *vel* hoc loco vim habet admirantis, ut Infra 940. Mil. 59. "*Vel illæ,* quæ here pallio me reprehenderunt." (and, what do you think!...)

777. Validus.] H. l. valet *sanus.*

780. Platea.] *Street.* A πλατὺς latus.

781. Exspectando.] Quod ad hujusmodi verborum scripturam pertinet, bene agit Funcc. Vir. Æt. L. L. Pars. II. Cap. VIII. "*Exspecto* et *exspolio* verba promiscue vulgo cum *s* vel sine *s* interposito scribuntur: sed plane aliud est *expecto* et *expolio* quam *exspecto* et *exspolio.* *Expecto* idem est quod pectine evello: *exspecto*

autem a *specto* compositum est." Videsis Quinct. Inst. Lib. I. Cap. VII. *init.* De orthographia.

— Dolent.] *Ache.* Hæc vox ad singulas ægritudines cum animi, tum corporis æque refertur. Cistell. 60. "Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine."

787. Incedit.] Lentus ingreditur. Vide Nott. et exempla quædam, maxime notatu digna, (cum prorsus omiserit PAR: in Lex. Plaut.) semel, si tanti est, conferas. Noster, Amph. 177. "Vix *incedo inanis:* ne ire posse *cum onere* existumes." (I can scarcely *drag myself along* empty, much less if loaded.) Asin. 681. "Ut tu *incedis!* Demam tuo de ordeo, *tolutim* ni badizas!" (how *sluggishly* you move!) Aul. 8. "Vide ut *incedit!*" (how she *creeps.*) [male BOTH: curis secundis, *ut cedit.*] Ibid. 427. Gloss. Cas. 453. "Sed eccum *incedit!* At, quom aspicias *tristem,* frugi censeas!" Curc. 293. "Græci subfarcinati *incedunt* cum libris." (*stalk solemnly.*) Epid. 96. "*Tristis* est. Cum Chœribulo *incedit.*" 219. "Fundis exornatæ multæ *incedant* per vias." (*march stately* thro' the streets.) 598. "Eccum *incedit.* Quid illi *caperat* frons severitudine?" (nimirum quia *tristis.*) Merc. 664. "Eccam *incedit tandem!* Quin is *ocius?*" Mil. 866. "Quam digne ornata *incedit.*" (how *demure she treads!*) Truc. 432. "Ut ornata *incedo: puerperio* esse me *ægram* assimulo." Apud alios rarius occurrit. Ter. Eun. V. III. 9. "Eccum *incedere* video: vide ut *otiosus* it!" Virg. Æn. I. 46. "Divum *incedo* regina." Et v. 405. "Vera *incessu* patuit dea." (majestic gait.) Hor. Sat. II. III. 311. "Rides Turbonis in armis Spiritum et *incessum.*" (pompous strut.) Quinct. Inst. I. II. *fin.* "Orantis vocem, *incessum,* pronuntiationem." (dignified action.) Ov. Met. II. 773. "Passuque *incedit inerti.*" X. 49. "*Incessit* passu de vulnere tardo."

788. Dixeras.] Pro perfecto *dixisti.* Sic Curc. 42. "Nempe obloqui me *jusseras.*" (pro jussisti.) et passim apud Nostrum.

789. Larüatus.] Festus, "*Larvati* sunt furiosi, et mente

moti, quasi *larvis* exterriti." Aul. 596. "*Lariœ* hunc atque intemperiæ agitant senem." Amph. 625. "Hæc quidem *lariiarum* plena."

— Cerritus.] *Ceres-stricken.* A *Cerere* agitatus. Amph. 624. "Quin tu istanc jubes Pro *cerrita* circumferri." Hor. Sat. II. III. 278. "*Cerritus* fuit? an commotæ crimine mentis Absolves hominem?" (quæ citavit LAMB.) Simill. sunt, *panicus* a *Pan; lunaticus* a *Luna,* ut Hor. Ars P. 454. "Aut fanaticus error et iracunda *Diana.*" ubi *fanaticus* etiam, a *Faunis,* sive, (ut alii volunt,) a *Fanis* perculsus. (frantic.) *lymphaticus* a *lymphis,* seu *nymphis.* &c. Vide Eur. Hippol. 140. sqq.

790. Veternus.] *Lethargy.* Dictum a *vetus;* quia sit labes *inveterata.* Citat LAMB: Hor. Ep. I. VIII. 10. "Cur me funesto properent arcere *veterno.*" (i. e. mentis torpore.) Et Virg. G. I. 124. "Nec torpere gravi passus sua regna *veterno.*" Ter. Eun. IV. IV. 21. "*Veternosus* senex." ubi DONAT: "*Morbo vetere* confectus, i. e. *veterno:* quales sunt qui hydropem patiuntur."

— Aqua intercus.] *Water under the skin; dropsy.* Aqua *inter cutem.* Ὕδρωψ. Plaut. Frivol. *Fragm.* 2. (cit. ap. Priscian. VI.) "Is mihi erat bilis, *aqua intercus,* tussis."

— Tenet.] *Possesses him.* Hoc sensu Juv. Sat. VII. 51. "*Tenet* insanabile multos Scribendi cacoethes." Nost. Amph. 426. "Pestis *tenet* te." Aul. 32. "Nescio pol, quæ illunc hominem intemperiæ *tenent.*"

794. Cura.] "Hic sumitur pro θεραπεία medicorum. Vid. DON. ad Ter. Eun. II. III. 24. "Reddunt *curatura* junceas."" GRAV. Verba in loc. cit. sunt, "Vett. Grammatici *cura* dicunt esse mentis, *curatio* medicinæ, *curatura* diligentiæ; quod discrimen non perpetuum est; nam *cura* et *curatio* sæpe de corpore dicitur."

795. Sexcenties.] Frequentissimus apud Veteres hujus vocis usus, ubi *infinitum pene* numerum designare volunt. Habe ex Nostro,

Bacch. 998. "*Sexcenta* tanta reddam." (a thousand fold.) Capt. 652. "*Sexcentoplago* nomen indetur tibi." (vox ridicula, valens, *infinitas* plagas in tergo habebis.) Aul. 275. "*Sexcenta* sunt, quæ memorem, si sit otium." qu. vid. Persa 393. &c. Passim apud Cic. e. g. Att. II. 19. *init.* "Multa me sollicitant...et *sexcenta* sunt." Ib. VII. 2. *init.* "Venio ad epistolas tuas, quas *sexcentas* uno tempore accepi." Similiter Hor. Sat. I. v. 12. "*Trecentos* inseris! ohe!" Ubi Doer: "*Trecentos* ut *sexcentos*, numerus rotundus de magna copia."

800. Complevit flagitii.] Eadem constructio quæ in Amph. 317. "*Erroris* ambo ego illos et *dementiæ* complebo." Æn. I. 215. "*Implentur veteris Bacchi.*" Liv. XXVI. 19. "*Impleret* homines *certioris spei.*" &c.

— Flagitii.] *Infamy; disgrace.* Hoc sensu Merc. 399. Liv. XXV. 15. "*Flagitium* imperio demere." (the reproach.) Hor. Sat. II. iv. 82. Alia significatio Supra 507. 621.

801. Regi.] *His patron.* Vide in Nott. Sic Asin. 893. "*Regem* perdidi." Capt. 24. "Meus *rex.*" &c. Juv. Sat. I. 136. "*Rex* horum." V. 14. "Imputat hunc *rex.*" (i. e. cibum quem misero clienti præbet.) Ib. 130. "Quis vestrum temerarius usque adeo...ut dicat *regi* bibe?" ubi de *Parasitis* sermo est.

804. Educatu'st.] *Fed; supported.* Supra 22.

805. Condigne.] *Like herself;* (as one would expect from such a character.) Vox Comica, qua sæpe usus est Noster, et plerumque cum quadam indignatione. Aul. 419. "*Condigne* meus me gallus gallinaceus perdidit penissume!" Et cum ablat: Cas. 43. "Noctu ut *condigne te* cubes, curabitur."

812. Ellebori.] Vide Nott. Citat Gron: Petron. Satyr. Cap. 88. "Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter *helleboro* animum detersit." ubi Gloss: "Quos cerebro minus sano esse significare

volumus, iis *helleboro* opus esse dicimus." Adde A. Gell. XVII. 15; ubi simile quid de Carneade narratur; et quid intersit inter nigrum et candidum elleborum obiter explicatur. Nost. Pseud. 1183. "*Elleborum* hisce hominibus opus est." (ut qui plane insaniant.) Lucian. ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ. 23. *Οὐ θέμις γενέσθαι σοφὸν, ἢν μὴ τρὶς ἐφεξῆς τοῦ ἐλλεβόρου πίῃς.* Hor. A. P. 300. "Tribus *Anticyris* caput insanabile." Juv. Sat. XIII. 97. "Si non eget *Anticyra*." &c.

— Jugere.] "Dicebant Vett. *juger* vel *jugus,* ut *later* et *latus;* unde in singulari remansit *jugere,* et plur. *jugera, jugerum,* &c." Gron: Lect. Plaut.

816. Esse.] *To eat.* Comesse. Curc. 55. Hæc ridiculi causa ait.

— Luteum.] *Yellow.* Prima syll. producta, quasi a *luceo:* unde "*Lutea Aurora,*" Virg. "*Lutea pellis,*" Pers. &c. Alii ab herba crocea, *lutum,* ducunt. Contra *luteus,* (*muddy,*) prima brevi, est a *lutum,* cœnum.

818. Deliramenta.] *Delirious ravings.* Amph. 544. "Hæc quidem *deliramenta* loquitur." Isidor. Orig. Lib. X. "*Delirus* mente defectus, *ἀπὸ τοῦ ληρᾷν,* vel quod a recto ordine et quasi *a lira* aberret. *Lira* enim est arationis genus, cum agricolæ facta semente dirigunt sulcos, in quos omnis seges decurrit." Posterior etymologia rectior est.

819. Potionis.] *A draught; dose.* Aliquid *quod bibat;* Supra 644. H. e. Medicamentum aliquod.

— Percipit.] *Gets* complete *possession of him.* Quæ est vis præpositionis. *Penitus* capit. Ter. Eun. V. v. 2. "Neque agri neque urbis odium me unquam *percipit.*" ("ubi *τὸ per αὐξητικὸν* est." Gron.) Citat Hare, Stich. II. ii. 17. [318. B.] "Medullam ventris *percepit* fames." Adde ex Lamb. Nost. Amph. 966. "Horror membra *percipit* dictis tuis." Observat Grav: legendum esse "Si lac *perceperit* æstus," in Virg. Ecl. III. 98. (non ut vulg. *præceperit.*)

820. **Occidis.]** Sic Juv. Sat. VII. 154. "*Occidit* miseros crambe repetita magistros." Ter. Ad. V. vii. 1. "*Occidunt* me quidem, dum nimis sanctas nuptias student facere." &c.

— **Fabula.]** Vide Nott. "Sic passim usurpari verbum *fabula* vel lexica docent;" Both. qui citat Nost. Infra 975. Et Most. 909. "Quæ hæc est *fabula?*"

822. **Locustam.]** Citat Lamb: Aristot. Lib. II. Cap. 13. Οἱ δ' ἰχθύες, καὶ τὰ ἔντομα, (cujusmodi sunt *locustæ,*) καὶ τὰ σκληρόδερμα, διαφέροντα μὲν ἔχουσι τὰ ὄμματα, βλέφαρον δ' οὐδὲν αὐτῶν ἔχει. Et Plin. Lib. XI. Cap. 37. "*Locustis* squillisque magna ex parte sub eodem munimento *oculi præduri* eminent."

— **Ignavissume.]** *You idiot; booby.* Cum alii *ignarissume* legendum conjecerint, bene observat Gron: *Ignavum* passim pro homine *nihili, ac nullius usus,* apud Nostrum poni. Cas. 138. "Te neminem esse *ignaviorem.* Unde is *nihili?*" et v. 425. "*Ignavissumis* vervecibus." Persa, 847. "*Ignaviam* num meam tu irrides?" Trin. 111. et 144. "Ille *ignavos.*" (that blockhead.) Et 892. "Quid ergo ille *ignavissumus* mihi latitabat?" Mil. 1036. Ter. Eun. IV. iii. 20. "Quo ille abire *ignavos* possit longius." (the scoundrel.)

823. **Crepant.]** Murmurant. Arist. Nub. 387. "κορκορυγοῦσιν." Nost. Amph. (Sc. Dii vostram fidem, &c. v. 12;) "Exspectat Amphitruo, et *vacuus* mihi *venter crepitat.*"

825. **Pro insano.]** *Like a madman.* Supra 213.

826. **Perdormiscin'?]** *Do you sleep soundly* thro' the night? De vi præpositionis. Vide Supra 819.

— **Cubans.]** *In a recumbent posture; in bed.* Quidam enim *sedentes* dormiunt. Hoc sensu *cubans* Amph. Prol. 112. 132. Nam hoc loco non habet usitatam vim *ægrotandi,* quæ est in Hor. Sat. II. iii. 289. "Pueri menses jam quinque *cubantis.*" et passim alibi.

828. **Qui.]** *Utinam.* Vide Supra 356. Gloss.

830. **Præut.]** Supra 285. Gloss.

837. **Cæsum virgis.]** *Scourged.* Liv. Lib. II. 36. "Servum quidam paterfamiliæ *sub furca cæsum* medio egerat circo." Ter. Andr. I. II. 28. "*Verberibus cæsum* te in pistrinum dedam."

— **Furca.]** Instrumentum supplicii, literam V, seu Græcam Π, figura referens: quod portandum reo in collum imponebatur: Facc. Hinc *furcifer* formatur; in qua voce Isidor. Orig. Lib. X. " Sic dicebatur, qui ob leve delictum cogebatur a dominis, ignominiæ magis quam supplicii causa, *furcam* circa viam ferre, prædicans peccatum suum, et monere cæteros ne quid simile peccarent."

839. **Pro sano.]** Supra 213. "*Pro insano;*" 825.

840. **Face.]** Vett. pro *fac.* Infra 842. 912. Aul. 111. Gloss. Ter. Andr. IV. I. 57. "Me missum *face.*" Et quidem passim.

842. **Ad me.]** *To my house.* Supra 32. Infra 846. 850.

843. **Meo arbitratu.]** *As I please.* Supra 15.

844. **Aliquos viginti dies.]** *Some twenty days.* I. e. *Circiter.* Citat Lamb: Varr. R. R. III. c. 1. *extr.* "Esse oportet *aliqua folia quinque.*" Adde Ter. Phorm. I. III. 7. "Fuisset tum *illos* mihi ægre *aliquot dies.*" et V. v. 4. "Nam *aliquot hos* sumam *dies.*"

845. **Pendentem.]** Allusum ad consuetudinem servos, dum suspensi *penderent,* castigandi. Huc pertinet Ter. Phorm. II. II. 43. "Tu jam lites audies; Ego *plectar pendens.*" Glossam præbet Nost. Asin. 285. sqq. "Ad pedes quando alligatum est æquom centupondium, Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem: Nec dependis, nec propendis, quin malus nequamque sis."

847. **Proinde ut.]** *According as.* Amph. Prol. 63. "Faciam sit, *proinde ut* dixi."

851. Socerus.] Id. qu. *socer.* Habet iterum Noster Cas. 659. "Meus *socerus,* compar, commaritus, villicus!"

854. Cœpio.] *Am the first to begin.* Minus usitatum. Trucul. 209. "Alium quæstum *cœpiat.*" Persa 121. "Lubido extemplo *cœpere* est convivium."

856. Perperam.] *Falsely.* Amph. 95. "Nunquam quicquam verborum est prolocutus *perperam.*" Ter. Phorm. IV. vi. 19. "Eo *perperam* olim dixi." &c.

860. Spectamen.] *A criterion; a test.* Probatio. *Δοκιμασία.* Hor. Ep. I. i. 2. "*Spectatum* satis." i. e. probatum. Virg. G. I. 197. "Multo *spectata* labore." Æn. VI. 687. "Pietas *spectata* parenti." (tried and approved.) Ter. Andr. I. i. 64. "*Spectatum* satis." V. i. 1. "*Spectata* amicitia." Ov. Met. XIII. 120. "Quid verbis opus est? *spectemur* agendo." Merc. 314. "*Spectati* viri." &c.

865. Modestum.] *Discreet; prudent.* Curc. 205. "Auro contra cedo *modestum* amatorem."

868. Compedes.] *Fetters.* Supra 4. Gloss.

871. Bonum esse.] Ita Cist. 354. "Nunc mihi *bonæ* necessum est *esse* ingratiis." (now I must *be good,* whether I will or no.) Persa 478. "*Bonus* volo jam ex hoc die *esse.*" Aul. 674.

— Certum est.] *I am resolved.* Cist. 374. "Hanc, ut habeo, *certum est* non amittere." Aul. 630. 635.

873. Præhibeo.] *Præbeo.* Supra 704. Gloss.

874. Sedate.] *Soberly; steadily.*

877. Culpam abstineam.] *Avoid,* (or, keep off,) *blame.* Quo præcipue sensu cum *accus:* construitur verbum *abstineo.* Hor. Sat. II. iii. 202. "*Abstinuit vim* uxore et gnato." Noster Rud. 337. Amph. 187. 751. "*Abstinere manum.*" 774. "Quando factis *me*

impudicis *abstines.*" (acquit me.) Cic. Att. III. 7. "Vix *abstineam manus* a me." Alio sensu Supra 671. "*Abstinent culpa.*" qu. vid.

878. Metuont.] *Guard against blame.* Sensu proprio; quem bene exhibet locus Ciceronis, Orat. in Quintio. *exord:* (citat: apud Funcc. Vir. Æ. L. L. Pars II. c. VIII. §. 21.) "Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt, summa gratia et eloquentia. Quarum alteram *vereor,* alteram *metuo.*" "Differentibus" ait Funcc: "verbis utitur; *vereri* enim *pudoris, metuere* autem *periculi* est. Quam ob rem Cicero statim subjungit: *eloquentia* Q. Hortensii ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor: *gratia* S. Nævii ne Quintio *noceat,* id vero *non mediocriter pertimesco.*" Vide Aulul. 437. Gloss.

879. Utibiles.] *Serviceable.* Utiles. Mil. 611. "Magis ad rem esse non potest *utibilius.*" Ter. Phorm. IV. IV. 9. "Quid minus *utibile* fuit?" (ubi vero alii habent *utile.*)

880. Promeritum.] *Deserved; incurred.* Notat LAMB: *promeritum* hoc loco *passive* positum esse: et in *malam* quoque *partem;* quod minus usitatum. Exemplum citat ex Amph. 416. "Quid mali sum, here, tua ex re promeritus?" Observat DONAT: in Ter. Hec. III. V. 37. *Mereri,* (et *promereri,*) ad bona, *commereri* ad mala referre: et citat Æn. IV. 333. "Quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam, Regina, negabo *Promeritam.*" Infra 965.

881. Prope est.] Simile est, (quod notat LAMB:) Ter. Andr. I. I. 125. "*Prope adest,* cum alieno more vivendum est mihi." Et Græcum πάρεστιν ὅτε, ἐγγύς ἐστιν ὅτε. Adde Ter. Hec. IV. I. 28. "*Jam aderit,* se quoque cum oderit." Cic. De Or. I. "Ac *fuit* quidem, cum...." (ubi addunt nonnulli ex glossem: *tempus illud.*)

883. Eo exemplo.] *Upon this principle; so.* (with this rule for my guide.) Valet id. qu. *eo modo:* et sæpe apud Nostrum hac significatione occurrit. Bacch. 470. "Ego illam *exemplis plurimis* planeque amo." Epid. 660. "*Quot* illic hodie me *exemplis*

ludificatu'st." (in how many ways.) Merc. 223. "Miris *exemplis* somnia in somnis danunt." (after strange fashions.) et 262. "Verum *ad hoc exemplum* nunquam." (after this fashion.) i. e. in hunc modum. Ter. Phorm. IV. iv. 7. "Ut te dii *malis exemplis* perdant!"

— Tergi in rem.] *To the interest of my back.* Vide Supra 864. Ter. Phorm. III. iii. 9. "Ego, quæ *in rem tuam* sint, ea velim facias."

890. In medicinam.] Sic Amph. 861. "*In medicinis,* in tonstrinis." Epid. 191. "*Per medicinas,* per tonstrinas." Ita Græce, Aristoph. Avv. 13. Ἐκ τῶν ὀρνέων. (from the bird stalls.) Vesp. 789. Ἐν τοῖς ἰχθύσιν. (in the fish market.) Eqq. 1375. Ἐν τῷ μύρῳ. (in the perfumer's shop.) Adde Lys. 557. &c. Vide Nott. (ubi supple Thesmoph. post voc. Aristoph.)

— Sublimis.] Infra 893. 900. 950. Sic Ter. Ad. III. ii. 18. "*Sublimem* medium arriperem, et capite pronum in terram statuerem." Nost: Amph. 205. "Faciam hodie te *superbum!* S. Quonam modo? M. *Auferere,* non abibis, si ego fustem sumsero." Mil. 1383. "Rapite *sublimem* foras! Facite eum, inter terram ac cœlum ut siet!" Adde ex Lamb: Asin. 842. "Quin tu illunc jubes ancillas rapere *sublimem* domum." et Ter. Andr. V. ii. 20. "*Sublimem* hunc intro rape."

894. Illi.] *There.* Pro *illic.* Supra 223. Gloss.

901. Suppetias ferre.] *To bring me aid.* Infra 918. Epid. 648. "Memento *suppetias* mihi cum sorore *ferre.*" Mil. 1044. "Nisi tu illi *fers suppetias.*" Aliquando absolute sumtum, ut "*inficias,*" Supra 305.

902. Epidamnii.] Vide in Prol. 33. et Supra 175.

903. Luci.] *In broad daylight.* id. qu. Aul. 705. "*Luce claro.*" Cæterum *luci* est vet. ablat. ut in Amph. 12. "Me *luci* mittere potuit." Cas. 648. "Veniamus *luci.*" Merc. 252. "Cum *luci* simul." Cist. 254. "Cum primo *luci.*" Vide Supra 310.

906. Insignite.] *Such* signal *outrage.* *Insignite,* cum ignominia, notat SARACEN. nam *insignis* etiam in malam partem capitur, ut *insignis latro.* &c. Sic Mil. 558. "Fieri tam *insignite* injuriam." Rud. 999. "Imo hercle *insignite* inique."

907. Subvenibo.] Pro *subveniam.* Vide Supra 295.

909. Eripe oculum.] *Tear his eye out.* Rud. 664. "Quas si attigeris, *oculos eripiam tibi.*"

910. Pugnos obseram.] *Plant my fists.* Vide in 658.

911. Malo vostro.] *At your peril.* Vide in v. 57, Supra. Sic Asin. 393. "Næ tu hercle cum *magno malo* mihi obviam obcessisti." &c. Vide Aul. 379. Gloss.

912. Face.] *Fac.* Supra 840.

— Locus.] Vide Nott. et adde, Ov. Met. XIII. 561. *sqq.* "Digitos in perfida lumina condit,...fœdataque sanguine sonti, Non lumen, (neque enim superest,) *loca luminis* haurit."

913. Periimus.] *Murder!* ἀπωλόμεσθα. Aul. 347. "Occidor."

914. Obsecro, hercle!] *Mercy! for God's sake!* PAR: *Lex. Plautin.* "Formula eorum qui vapulantes deprecantur." et citat, Asin. 392. Ter. Eun. IV. IV. 2. Adde Aul. 645.

— Quid me vobis tactio est?] *What business have you to assault me?* Frequentissima apud Nostrum locutio. Vide Aul. 377. "*Quid tibi nos,* mendice homo, *tactio est?*" et adde Curc. 626. "*Quid tibi istum tactio est?*" Pœnul. 1166. "*Quid hanc tibi* digito *tactio est?*" &c.

915. Pecte pugnis.] *Dress 'em well with your fists.* "Mulcta eos pugnis." PAREUS. Metaphora: cui similem confert GRUTERUS, *exornatum,* et *depexum,* apud Ter. Heaut. V. I. 78.

Habet Noster Capt. 823. "Fusti *pectito.*" Pœnul. 227. "Ne tu hunc *pugnis pectas.*" Rud. 564. "Leno *pugnis pectitur.*" Simill. confert Kiessl: (πλύνειν, νίπτειν, σμήχειν, λέπειν,) in Theocr. Idyll. V. 119. "Ὄκα μάν ποκα τεῖνδέ τυ δάσας, Εὐμάρας ἐκάθηρε."

916. Hem tibi!] Formula castigandi. Curc. 199. "*Hem tibi!* maledictis pro istis." Mil. 1394. "Quare ausu's? *Hem tibi!*" (there's for you!)

917. Commentavi ora.] "Recte interpretatur Acidal: ora verberibus conscribillare, tanquam librum commentarium literis. Bene etiam Grut: *commentare* est raptim et sine ordine aliquid memoriæ causa indistincte annotare. [to *scribble* hastily.] Sic et Noster Pseud. 539. sq. "Quasi quom in libro scribuntur calamo literæ, *Stilis* me totum usque ulmeis *conscribito.*" Citat præterea Serv: Æn. I. ex Plauto, (Fragmm. incertt. 42.) "*Corpus tuom virgis ulmeis inscribam.*" Stat: Theb. XI. de equo vulnerato: "Arvaque sanguineo *scribit* rutilantia gyro." Quibus addit Gron: Catull. XXV. 10. "Ne laneum latusculum natesque mollicellas, Inusta turpiter tibi *flagella conscribillent.*" Ducta hæc a Græcis, quibus similiter usurpantur γράφειν, et ab hoc alia verba derivata." Both. Sic Hom. Il. IV. 139. "Ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτός." et Il. XI. 388. "Ἐπιγράψας ταρσὸν ποδός." Notandum autem *commento* ἀρχαικῶς pro *commentor* usurpatum: quemadmodum *arbitro* pro *arbitror; suspico* pro *suspicor,* Infra 979; &c.

— Ex mea sententia.] *Just as I could wish.* Supra 190.

920. Absque te esset.] '*But for you.* Nisi tu mihi subvenisses. Gron: Lect. Plaut. "Formula elegans et compendiosa per intellectum τοῦ *si;* idem significat quod *nisi tu fuisses, nisi tu intervenisses,* in utramque partem bonam et malam. Ter. Phorm. I. iv. 11. "Nam *absque eo esset,* Recte ego mihi vidissem." Nost. Capt. 680. "*Absque hoc esset.*" Persa 833. "Nam hercle *absque me foret* et meo præsidio."..."

— Solem occasum.] Vide Supra 342.

921. Emittas manu.] *Give me my freedom.* Infra 941. Libertate donabis. Aliquando absolute *emitto* hoc sensu occurrit. Ter. Adelph. V. VII. 19. "Haud dubium est, quin *emitti* æquum siet." Infra 953. "*Amisisti* liberum." Aul. 773. "Orabo ut *manu* me *mittat*." Hinc *manumitto, manumissio.*

924. Non taces?] "Formula mentiri visum vel inepte locutum corripientis." BOTH. qui confert, Merc. 474. "*Non taces?* Cave tu istuc dixis." Et Trin. 484. "*Etiam tu taces?*" Addas Amph. 548. A. "Nunquam factum est. S. *Non taces?*" (quæ sententia rectius, credo, Alcumenæ, quam, ut nunc in libris editis factum est, Sosiæ referatur.)

66. Discrucior animi.] Vetusta locutio. Sic Epid. 382. "Cœperam me *excruciare animi.*" Et 320. "Qui te *angas animi.*" Et 133. "Desipiebam *mentis.*" Hinc cum adjectivis orta est constructio, Æn. IV. 203. "Amens *animi.*" et 529. "Infelix *animi.*" et simill.

69. In viros.] Viritim. *κατ' ἄνδρα.* Ut Pseud. 434. "Populo *viritim* potuit dispartirier."

72. Hominem pauperem.] Sic "Homines captivos." Men. 5. G.

74. Nunc.] *Even now.* Subaud: *quoque.* Sic Ov. Met. I. 58. "Vix *nunc* obsistitur illis, *Quum* sua quisque regant."...

77. Consistunt.] *Stand talking with me.* Cist. 424. "In hoc jam loco cum altero *constitit.*" Curc. 503. "Nec quisquam vobiscum in foro frugi *consistere* audet."

— Copulantur dexteras.] *Shake hands with me.* Græce *δεξιώσασθαι.* Æsch. Agam. 825. Cæterum notandum, *Copulantur* dep. pro *copulant* usurpari; quod notat Non. Marc. all. h. t.

80. Quantum potero.] *As quick as I can.* Men. 340. Asin. 141. "Remigio veloque, *quantum poteris,* festina."

84. Haud falsa sum.] *I am well aware.* Haud me fallit. Men. 657. "Id quam facile sit, *haud sum falsus.*"

— Odiosas.] *Troublesome; offensive.* Men. 230. G.

92. Mussari.] *Reticeri.* Sic Festus, qui citat Ennium, "Non decet *mussare* bonos." Hoc sensu plane Noster, Mil. 313. "Quicquid hercle est, *mussitabo* potius, quam inteream male." et 478. "Ergo, si sapis, *mussitabis.* Plus oportet scire servom, *quam loqui.*" Nonius autem ait esse "hominum occulte, et depressa voce loquentium, quod celatum velint:" citans Virg. Æn. XI. 344. "Se scire fatentur, Quid fortuna ferat populi, sed dicere *mussant.*" Cæterum ejusdem est etymologiæ qua *muttire,* [Men. 613. G.] nempe quia tales ne *mu* quidem plane proferant.

96. Quis ea nam.] De hac tmesi Supra v. 3. Notandum autem *quis* pro *quæ* antiquitus dictum. Sic Infra 127. Cist. 66. "Neque *quisquam* alia mulier." Et 338. "Mulier, *quisquis* es." Mil. 437. 960. Et quidem passim.

97. Equidem.] Cum sic in omnibus fere Codd. legitur, retinendam hanc vocem censui, quæ quamvis plerumque *ego quidem* significet, sensu tamen simplicis *quidem* apud optimos scriptores reperitur. Bis in Satiris suis hac significatione usurpavit Persius; Sat. I. 110. V. 45. et exempla alia, si quis quærat, Lexica suppeditabunt.

101. Amabo.] *I beg you.* De hac formula Men. 291. G.

102. Sis.] Supra 7. 64.

106. Faxint.] *Faciant.* Vide Supra 11. Infra 745.

107. Domum ducere.] Integra locutio; nam plerumque *ducere* hoc sensu per se legitur. Vide Men. 41. G. Infra 434.

111. Heia.] *Come now!* Hoc loco videtur esse cum exprobratione rogantis. Vide Men. 290. G.

— Face.] *Fac.* Men. 840. G. Infra 406. *Introduce.* Rud. 42. *Dice* pro *dic.* etc.

113. Perendie.] *The day after to-morrow.* Die adhinc tertio. Quasi *perempto die.* Merc. 369. "Cras agito, *perendie* agito." Trin. 1154. "Tu *in perendinum* paratus sis ut ducas." Hinc formatur *Comperendino,* (To adjourn to the *third day,*) Cic. Verr. II. c. 11.

114. His legibus.] *On these terms.* Hac conditione. Infra 211. Orta est locutio ex *legibus venditionis.* Ter. Andr. I. II. 29. "*Hac lege* atque omine." &c.

— Cedo.] *Give me.* Da. De hac voce Men. 114. G.

— Adorna.] *Prepare ; get ready.* Para. Sic Cas. 310. "Intro abi, uxor, atque *adorna nuptias.*" Epid. 354. "Is *adornat,* ut maritus fias." (He is making preparations.) 678. "Tragulam in te injicere *adornat.*" Rud. 47. "Quique *adornavit* sibi, Ut rem divinam faciat." Ib. 1108. Ita Noster Gray. *The Bard.* "The verse *adorn* again." Infra 741. "*Exornatis nuptiis.*"

116. Grandior natu.] *Getting old.* Sic Infra 148. 171. Ubi per se *grandis* hoc sensu, omisso *natu,* legitur. Juv. Sat. VII. 210. "Jam *grandis* Achilles." Contra "*Parva natu ;*" Pers. 349.

— Ætas media.] Ita nos, *A middle aged woman.* Citat Lamb: Cic. De Senect. 48. "Sunt et ineuntis adolescentiæ certa studia, num ea jam constans requirit ætas, quæ dicitur *media?*"

120. Prægnantem.] Alii *prægnatem,* Vide Nott. Critt. et quidem Vett: *prægnas, atis,* dicebant. Sic Amph. 571. "*Prægnati* oportet ad malum malum dari." Ter. Hec. IV. iv. 18, 19. &c. Cæterum formatur vox quasi *prægenans,* a *geno,* gigno. Differt, ait Festus, a *gravida:* Nam hæc est, "quæ jam *gravatur* conceptu: *prægnans,* velut occupata in generando, quod conceperit."

— Fortuito.] H. l. Pronuntianda est hæc vox penult: producta, ut in Hor. Od. II. xv. 17. "Nec *fortuitum* spernere cespitem." Phædr. Fab. II. iv. 4. "Tum *fortuitum* Felis contubernium." ... Aliter, quasi trisyllaba sit, per synæresin duabus mediis in unam syllabam coactis, pronuntianda est: E. g. Juv. XIII. 225. "Non quasi *fortuitus,* nec ventorum rabie." Hoc ab analogia *τοῦ Pituita,* [Hor. Ep. I. i. 108. &c.] probatur.

121. Postumus.] Sic recte scribitur; non *posthumus ;* est enim a *post,* (non, ut vulgo dicitur, *post humatum patrem natus,*)

17

sed sensu, *postremo loco.* Audi quæ de hac voce disputat A. Gell. in memorabilem locum, Æn. VI. 763. sqq. "Silvius,...tua *postuma* proles: Quem *tibi longævo* serum Lavinia conjux Educet silvis." Ad quæ Gell: laudat Cæsellium quendam sic interpretantem, "*Postuma proles* non eum significat, qui patre mortuo, sed qui *postremo loco* natus est; sicuti Silvius, qui, *Ænea jam sene,* tardo seroque partu est editus." Notat Par: in Lex. Pl. scriptam esse vocem *sine aspiratione* in argenteo numo Romano quem se penes haberet. Denique Noster Hare, cujus verba omnia exscribam, "Festus in *posthumus,* "paratum his nomen pueris *posthumi;*" et in vers. priore *fortuito.* Codd. vero *postumus,* sine aspiratione, et sic fere Eruditi scribendum contendunt, sed de Etymologia dissentiunt; antiquitus enim est, *post humatum patrem natus;* Sic Festus, *post patris mortem natus.* Eutych. p. 2311. [De aspiratione.] "Exceptis paucis corruptis, quæ excludunt penitus spiritum, ut *postumus* post humatum, i. e. sepultum, patrem natus." Recentiores autem non ab *humo* dictum volunt, sed a posterus, ut ab *inferus, infimus; [extra, extimus; intra, intimus;* &c.] Ego vero utramque etymologiam veram puto, pro diverso quo accipitur sensu; *postremus* enim, et *post patris mortem natus,* sensu longe sunt diversa." Ita ille, cui tamen haud assentio; *Postumus,* est *postimus;* ut *extumus* et *extimus, maxumus* et *maximus,* scribuntur. Vera igitur Gellii interpretatio, nimirum tamen vox *postumus* etiam ad eum refertur qui *post patrem mortuum* natus est, (Posthumous), nam talis vere est *post* editus; nihil autem pertinere ad *humum* aut *humatum* contendimus.

122. Degam.] *Will remove. De agam,* detraham. "*Degere* pro *minuere,* Non. Marc. allato hoc textu." Gloss. Cod. H. 2. Idem citat, Epid. 63. "*Degetur* corium de tergo meo." (Will be flayed;) pro *detrahetur.* Sed utroque loco falli censet Noster Hare, qui *demam* reponit. Cæterum similiter *cogo* est pro *coago,* (unde *coactus,*) a *con ago.*

123. Virtute deum.] *By God's blessing.* Vide Nott. Sic Cas. 309. "*Pietate* factum est *mea,* atque *majorum meorum!*" Mil. 674. "*Deum virtute,* adeuntem hospitio accipere apud me copia est." Trin. 316. "Edepol, *deum virtute,* et majorum, et tua, Multa bona habemus." Pseud. 576. "*Majorum meorum* fretus *virtute* dicam." Addit Noster HARE, Capt. II. ii. 74. [254. B.] ubi versus hic integer habetur.

124. Factiones.] *Party influence; wealth; or rank.* Nonius, qui hunc locum citat, "*Factio* significat *opulentiam, abundantiam,* et *nobilitatem.*" Infra 184. "Te esse hominem *divitem, Factiosum.*" Cist. 222. "Neque nos *factione* tanta, quanta tu, sumus." (Of such *high family.*) Cœcil. cit. ap. A. Gell. II. 23. "Nam opulento famam facile occultat *factio.*" (Interest.)

— Dapsiles.] Vox Græca δαψιλής, *largus.* Most. 947. "Alios *dapsiles* sumptus facit." In Pseud. 390, "Largitus dictis *dapsilis;*" quidam pro ablat: ab alia forma *dapsilus,* sumunt: sed videtur potius esse nominativus, adverbialiter sumendus.

125. Eburata.] *Inlaid with ivory.* Ebur, eb*uris*, antiqu: pro eboris. Cæterum est *eburatus,* ebore inductus, ut aur*atus,* ær*atus,* alb*atus,* candid*atus,* purpur*atus,* &c. cre*tatus,* Juv. Sat. X. 66. Mostell. 282. "Purpu*rata* mulier." Stich. 354. "Lectos *eburatos,* auratos."

— Pallas.] Men. 54. "*Palla* est honestæ mulieris vestimentum. Non. Marc." Gloss. Cod. H. 6. Sic dicta "quod *palam* et foris gerebatur;" Varr. Ling. Lat. IV. 30. Virg. Æn. XI. 576. (De Camilla.) "Pro longæ tegmine *pallæ,* Tigridis exuviæ per dorsum a vertice pendent." Hor. Sat. I. ii. 99. "Ad talos stola demissa, et circumdata *palla.*"

126. Nil moror.] *I don't care for.* "Formula" ait PAR: *Lex. Pl.* "qua utimur, cum quid quasi respuere et contemnere,

vel certe non magnopere desiderare velle videmur." Passim usurpavit Noster. Orta est phrasis ex eo, quod quæ vel admiramur vel in pretio habemus in iis *morari*, i. e. hærere diutius solemus.

127. Quis.] Pro *quæ*. Supra 96. G.

130. Desponderi.] De hujus vocis Etymologia videsis Men. P. 35. G. ubi Varronis super ea re laudatur sententia.

134. Eccum.] *Ecce eum*. Men. 33. G.

135. Præsagibat.] *Had a presentiment*. 'Αρχαϊκῶς. Par. Paulus in Fest: "*Præsagire* est prædivinare, præsipere. *Sagax* enim est acutus et solers." Citant Interpp: Cic. De Div. Lib. I. "*Sagire*, sentire acute est; ex quo *sagæ* anus, quia multa scire volunt; et *sagaces* dicti canes. [Curc. 112. "*Sagax* nasum habet."] Is igitur qui *ante sagit*, quam oblata res est, dicitur *præsagire*, h. e. futura ante sentire." Apud Nostr. Bacch. 641; est verbum depon: "Animus jam istoc dicto plus *præsagitur* mali."

136. Curialium.] *Fellow-wardsmen*. Qui ejusdem sunt Curiæ. Φράτορες. Ita *tribules* a *tribus* dicti. Vide Supra in v. 68. Nott.

140. Quid tu?] Vide Nott. Infra 342.

141. Non temerarium.] *Not without a reason*. Infra 578. Sic Ter. Phorm. V. viii. 9. "*Non temere est*, quod tu tam times." Epid. 702. "Hei, *non* illuc *temere est*."

142. Illic.] *Ille*. Men. 22. etc.

144. Animus æquos.] *Content*. Æquanimitas. Hor. Ep. I. xi. 30. "*Animus* si te non deficit *æquus*."

146. Præcidam.] *Will cut off*. A *præ* et *cædo*; priorem partem linguæ exsecabo. Cas. 295. "*Præcide* os tu illi hodie."

Mil. 1260. "Dum te obtuetur, interim *linguam* oculi *præciderunt*." (Have struck her dumb; robbed her of her tongue.)

148. Grandem.] *Grown up.* Subaud. *Natu.* Supra 116.

— Dote cassam.] H. e. *carentem* dote; indotatam. Par: *Lex. Plaut.* "*Cassum,* ut *caritum* a *careo.*" Hinc Lucr. III. 563. "*Cassum anima* corpus." IV. 368. "Aer *cassus lumine.*" Laudat Gloss. Cod. H. 6, Nonii verba, qui h. l. citat; "*Cassum, Inane,* veteres posuere; et arbitrandum est ejus verbi proprietatem magis ab aranearum *cassibus* derivari, quod sint leves ac nullius ponderis; non, ut quibusdam videtur, quasi *quassum.*" Sed nec hæc etymologia spernenda, (litera *c* pro *qu* posita, ut in cocus pro co*qu*us, etc. Men. 15. G.) Et cum hoc sensu bene congruere videntur "*Cassa* nux," Pseud. 365. "*Cassa* canna," Ov. Fast. VI. 406. &c. Sed melior, credo, Parei ratio.

— Illocabilem.] *Unmarriageable.* Ἀνεκδόσιμον. Quæ nuptui collocari nequit. Par. Vide in v. prox. *locare.*

149. Locare.] *Nuptum dare.* "Marito dare, Non. Marc. all. h. t." Gloss. Cod. H. 6. Sic Infra 185. Cist. 290. "Ubi tu *locere* in luculentam familiam." Trin. 751. "Ubi erit *locata* virgo in matrimonium." Ter. Phorm. IV. vi. 25. "Nuptum virginem *locavi* huic adulescenti." Tac. Agric. c. ix. fin. "Filiam mihi despondit, ac post consulatum *collocavit.*"

151. Inhiat aurum.] Sic, Mil. 1188. "*Inhiat* quod nusquam est, miser." Trin. 148. "Adesurivit magis et *inhiavit* acrius Lupus." Hor. Sat. I. i. 71. "Congestis undique saccis Indormis *inhians.*" (Gasping.) Cæcil: ap. Gell. II. 23. "Dum ejus mortem *inhio.*" (anxiously look for.) Cæterum notanda constructio cum *accus.* pro vel *dativo,* vel cum præpos: *in* aut *ad.* Sic. Hor. Epod. XVI. 11. "Barbarus heu *cineres insistet* victor." Curc. 379. "Si magis *me instabunt.*" Et passim apud Nostrum.

154. Onerat zamiam.] Gron: citat Salmas. " *Onerare zamiam* est id, quod ait Brutus, Cic. Ep. Fam. II. 13. "Injungere detrimentum." *Onerari* autem non tantum dicitur res, (verbi causa, *navis,*) quæ accipit onus, sed etiam illud ipsum quod imponitur, sive *onus ipsum.* Græci vocant ἐμβάλλεσθαι. Sic *onerare zamiam* est inferre, imponere jacturam; ut *onerare vinum,* imponere vinum. Virg. Æn. I. 195. "Vina bonus quæ deinde cadis *onerarat* Acestes.""

155. Polypos.] Gloss. Cod. H. 2. " Piscis marinus multos habens pedes seu brachia, quasi πολλοὺς πόδας ἔχων, quibus apprehensum tenet quicquid nactus est; colorem mutat ad loci similitudinem reique subjectæ, et maxime in metu." Prior autem syll: producitur, ab Attica voce πούλυπος, pro πολύπους; Hoc loco ad *hominem rapacem,* quales plerumque sunt isti divites et factiosi, per metaphoram transfertur; hi enim quicquid semel concupiverint, haud temere amittunt, quin in potestatem suam redigant, et ibi tenacissime conservent. Ov. Met. IV. 366. "Sub æquoribus deprensum *polypus* hostem Continet, ex omni dimissis parte flagellis."

157. De communi re.] *A common concern.* Citat Lamb: Hor. Sat. II. vi. 36. "*De re communi* Scribæ magna atque nova te Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti."

158. Intus.] *From within.* Men. 135. G. Adde Cas. 242. " Exit foras Chalinus *intus.*" Pseud. 603. "*Intus* evocabo aliquem foras."

— Harpagatum.] *Seized; plundered.* ἥρπασται, ab ἁρπάζω, unde Lat: *harpago,* rapio. Pseud. 136. " Rape, clepe, tene, *harpaga.*" et 957. "Nihil etiamdum *harpagavit,* præter cyathum et cantharum." Hinc et nomen proprium Harpax in quo jocatur Noster Pseud. 651. sqq. "Apage te, Harpax! haud places. Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid *harpax feceris.*" (i. e. ne quid *harpagaveris.*) Est et subst. *harpago,* (A grapple,) a Græco

ἁρπάζω. Trin. 218. "*Harpago,* mendax, avarus." Ubi metaphorice sumitur.

159. Intervisam.] *Must go in and look.* Infra 317.

162. Rebitur.] *Will suppose.* Existimabit. A *reor.*

163. Paupertate.] Pro *pauperibus.* Vide Nott. Sic Sallust. Cat. c. LIII. "Eoque factum, uti divitias *paupertas,* multitudinem *paucitas,* superaret." Pro *pauperes,* et *pauci.* Ib. Jug. c. IV. "Homines novi, qui soliti erant *nobilitatem* antevenire." Pro *nobiles;* (The nobility.) Et c. V. "Tum primum superbiæ *nobilitatis* obviam itum est." Bis in. c. XIII. Item c. XXX. &c. Adde *Servitia* pro *servos,* Sall. Cat. XXIV. Et *Auxilia* pro *Auxiliares,* Nost: Cist. 200. *Juventus* pro *juvenes,* Men. I. Curc. 38. Etc. Infra 344.

164. Perit.] Perf. *periit.* per crasin. Ut Juv. Sat. VIII. 86. "Dignus morte *perit.*" h. e. *periit.* (*Hath perished.* Is to be considered virtually as dead.)

170. Fide.] *Character.* Men. 475. "Res magis quæritur, quam *fides,* Quojusmodi clueat."

172. Mala malitia.] Id. qu. *dolo malo.* Et omnino recte *mala* adjicitur; ut in Pseud. 578, "*Malitia fraudulenta;*" nam apud Comicos haud raro *malitia,* sensu *calliditate* seu *arte,* (nec illa tamen improba,) usurpatur. E. g. Ter. Phorm. IV. III. 54. "Utrum stultitia facere ego hunc an *malitia* Dicam, scientem an imprudentem, incertus sum." (By design.) Nost. Epid. 537, "Muliebris mi adhibenda est nunc *malitia.*" (I must have recourse to feminine cunning.) Et 720. "Hic is homo est, qui libertatem *malitia* invenit sua." (His adroitness.) Cic. Att. XV. 26. "Tua *malitia.*" (Shrewdness.) Citat nostrum locum Non: cap. VI. 38. et ait, "*Malitiam* veteres, ut dolum, mediam ponendam esse duxerunt, quasi sit et *bona.*"

184. Factiosum.] *Powerful; influential.* Opulentum; et re et amicis pollentem. Vide in voc. *Factiones,* Supra 124. G.

— Item.] *On the other hand.* Contra. Supra Prol. 20.

185. Locassim.] *Give in marriage.* Pro *locaverim.* Infra 540. 562. De verbo *locare* hoc sensu adhibito, Supra 149. G.

187. Ferre pariter.] Phrasis orta ex bobus seu equis sub eodem jugo trahentibus. Translate refertur ad vitæ miserias et labores una tolerandos: Hor. Od. I. xxxv. 26. "Diffugiunt cadis Cum fæce siccatis amici, *Ferre* jugum *pariter* dolosi."

189. Meus ordo.] *Those of my own rank*; or *class.* Cist. 23. "Decet *hunc* esse *ordinem* benevolentes inter sese." Et 34. "Ita *nostro ordini* palam blandiuntur."

190. Divorti.] *Divorce.* Divortii; a *diverto.*

— Fuat.] Pro *Sit.* Nam Veteres dicebant *fuam, as, at,* pro *sim* vel *fuerim.* "Docent Grammatici esse ab antiquo *fuo* pro *sum,* a *φύω.*" Facc. Infra 380.

191. Mordicibus.] *With their teeth.* Pro *dentibus;* quasi a nominativo, *mordices, -um.* Ita plures Edd. et Mss. nonnulli, Vide Nott. Critt. Sed haud displicet Gruteri conjectura *mordicitus,* adv: id. qu. *mordicus.* At Non. Marc. Cap. II. 549. "*Mordicibus,* et *mordicus* pro morsu, pro morsibus. Plaut. Aulul. "Asini me *mordicibus* scindant, boves incursent cornibus." Cic. Acad. Lib. III. "Perspicuitatem, quam *mordicus* tenere debemus, abesse dicamus."" Vide in *mordicus,* Men. Gloss. 112.

194. Conditionem.] De re uxoria dictum; ut passim apud Nostrum. Infra 430. Stich. 31. 98. &c. Truc. 810. "Dicam ut aliam *conditionem* filio inveniat suo." Ter. Andr. I. i. 52. "Acce-

pit *conditionem.*" Multa alia exempla contulit Par: in Lex. Plaut. Usurpavit etiam Noster de amoribus meretriciis, Mil. 944. "*Conditio* nova luculenta." (An assignation.)

195. **Duas.]** *Des.* Supra 23.

198. **Fiat.]** *So be it.* Ita plerumque Noster, ubi fortasse *futurum* exspectaveris. Exempli loco erit Pseud. 554. "S. *Fiat.* C. *Geratur* mos tibi." Pro *fiet*, et *geretur.* Sed Vide Infra 219. in Nott. Critt.

200. **Confodere.]** Vide in Nott. Cæterum hujus constructionis, utcunque usitatæ, ne quis posthac in ea hæreat, operæ pretium erit exempla quædam semel conferre: et ex uno Virgilio, (ne longius peterem,) ut amantissimo vetustatis, sumenda censui. Æn. II. 185-6. "Hanc tamen immensam Calchas *adtollere* molem, Roboribus textis, cœloque *educere, jussit.*" (Bid *them* raise...) Æn. III. 472. "Classem velis *aptare* jubebat." (Bid *them* fit out.) Æn. V. 385. "*Ducere* dona *jube.*" (Bid *them* bring.) Ib. 773. "Tempestatibus agnam *Cædere* deinde *jubet, solvi*que ex ordine funem." Ubi gemina est constructio. Ita Græce, Hom. Il. I. 347. "Δῶκε δ' ἄγειν." pro ἄγεσθαι.

201. **Fastidit mei.]** Sic. Stich. 311. "*Mein' fastidis,* propudiose?" Lucil. Sat. Lib. VII. (quem citat Lamb. ex Non: Cap. ix. 3.) "Tristes, difficiles sumu', *fastidimu' bonorum.*"

204. **Congrediri.]** Pro vulg. *congredi.* Sic Asin. 105. Rud. 578. 589. *Moriri,* pro *mori.* Ov. Met. XIV. 215. "Mortemque timens, cupidusque *moriri.*"

205. **Periit.]** *Is lost.* Men. 123. G. Infra 292. 298. Adde Juv. Sat. III. 124. "*Perierunt* tempora longi Servitii." (Have all gone for nothing.) Plin. Epist. Lib. III. 5. "Nam *perire* omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impertiretur." (Considered as thrown away.)

206. Elinguandam.] Lingua privandam.

207. Auctor sum.] *I authorize you.* Suadeo, et in me recipio. Pœn. 18. "*Auctor sum;* sino." Hinc Subst. *auctoritas* in eum refertur qui aliquid suo periculo sancit.

209. Senecta ætate.] *Senectute.* Sic passim Noster. E. g. Cas. 133. "*Senecta ætate* unguentatus incedis?"

— Quem ludos facias.] Pro *ludifices.* Men. 314. G. Rud. 498. "Miris modis dii *ludos faciunt* hominibus." (ubi cum dativo construitur.) Amph. 417. "Qui *ludos facis me.*" Active et passive, Pseud. 1165-6. "Exploratorem hunc *faciamus ludos,*... donicum ipsus sese *ludos fieri* senserit."

215. Perplexarier.] *Perplexari.* Perplexe agere et captiose. (To equivocate.) "Litigationibus impedire." Com. Ms.

218. Imo edepol.] "Hæc sæpe conjuncta sunt. Vid. Capt. II. i. 16. [142. B.] et II. ii. 39. [218. B.]" Hare.

219. Numquid me vis?] Men. 242. G.

222. Inaudisse.] *Had* some *intimation.* Vis est præpositionis *in* hoc loco id. qu. *sub;* nempe *obscure,* nec omnino pro certo, *audiisse.* Most. 527. "Metuo ne de hac re quippiam *inaudiverit.*"

223. Ea gratia.] *On that account.* Ob hanc causam. Prol. 32.

— Obstinavit.] *Persisted on.* Gron: ex Festo, "Obfirmato et perseveranti animo expetivit."

224. Deblaterasti.] *Have blabbed. Blatero,* est inaniter garrio; et particula *de* auget significationem, ut in *detergeo,* &c.

Men. 2. G. Hor. Sat. II. vii. 35. "Cum magno *blateras* clamore." (Bawl hastily.) Sic *blatio,* Amph. 471; et Curc. 455. "Ita nugas *blatis.*" Epid. 328. "Aliquid aliquo modo alicunde ab aliquibus *Blatis.*" (Chatter about.) Est, ait Festus, a Græco *βλὰξ, stultus.* Non. Marc. Cap. i. 210. "*Blatis* et *blateras,* confingis, aut incondite et inaniter loqueris." Et citat nostrum locum.

226. **Pure.]** Vide in Nott. Critt. Cæterum legendum censet *pura* Noster Hare, citatis, Amph. III. ii. 65. [794. B.] "Jube vero *vasa pura* adornari mihi." Et Ibid. V. i. 74. [974. B.] "Jube *vasa pura* actutum adornari mihi." Et Capt. IV. ii. 81. [788. B.] "*Vasa* tibi *pura* apparari ad rem divinam cito."

235. **Mixtum.]** Vide Nott. Perpetuo apud Comicos aliosque alluditur ad morem bibendi vinum cum aqua commixtum. Hinc et Metaphora ducitur, Pseud. 61. "*Dulce amarumque* una nunc *misces* mihi."

236. **Obsonavit.]** *Had bought provision.* Men. 126. G.

237. **Tibicinas.]** *Music-girls.* Quæ cum tibia cecinerunt; per crasin, quasi *tibiacinas;* unde secunda syllaba producitur, quæ contra in *fidicinas* corripitur, utpote a *fides -ibus,* sine crasi, efficta.

238. **Obsonium.]** Scribitur et *opsonium;* in qua voce Com: Ms: "Dicitur et *opson* et *opsonium* quicquid emitur præter panem et vinum."

241. **Prostibulum.]** Qui palam *prostat;* H. e. "pro lucro stat;" Com. Ms. De viris æque ac feminis dictum.

— **Popli.]** H. e. *populi.* Sicut Amph. 106. "Thebano *poplo.*" Ita, mani*pl*us et manipulus; tem*pl*um et tempulum; nu*cl*eum et nuculeum; [Curc. 55.] an*gl*os et angulos; &c.

242. **Haud non.]** Hellenismus. Sic Epid. 653. "*Neque* ille *haud* objiciet mihi."

247. **Dimidium.]** Quid intersit inter hoc verbum, et *dimidiatum*, diximus ad Men. 80. G. Fuse quoque in eodem disputavit Rostius, *Opuscula Plautina* p. 211. sqq. Quod autem ait, hoc discrimen non observatum esse in Epigrammate de Terentio, ubi "*Dimidiate* Menander" appellatus est, credo falsum esse; Nam si "*dimidie* Menander" vocatus esset, tum intelligeres Menandrum in duas partes esse divisum, quarum *altera* esset *ipse Terentius:* non autem id intelligit Poeta; imo, Menandrum ipsum sub Persona Terentii repræsentari, dimidia tamen parte minorem; h. e. mancum quidem et curtum, sed nihilominus ipsum hominem quasi vivum exprimi. Optimum exemplum præbet Cato R. R. CLII. "Eo cribro terram incernito *dimidiatum* digitum." (i. e. To the depth of half *the entire* finger: but not, *a finger cut in two.*) Nost. Mil. 756. "Procumbunt *dimidiati.*" Ubi homines quidem *toti* sunt, sed quasi in duas partes divisi. Contra Juv. Sat. VIII. 4. "Curios jam *dimidios.*" Nam eorum pars altera omnino per vetustatem perierat, altera jam restabat. Postremo, ne longior sim in re satis exagitata, Auson. Epigr. "Incipe, *dimidium* facti est cœpisse; supersit *Dimidium:* rursum hoc incipe, et efficies." Quod exemplum, si quod aliud, plane demonstrat rem in duas æquas partes plane et omnino divisam, quarum ubi alteram (h. e. *dimidium*) sustuleris, altera (h. e. *dimidium*) per se restat: Quod contra, res *dimidiata,* verbi gratia *Luna,* etiamdum *tota* est, licet in duas partes divisa. Infra 724. "*Dimidiam partem* auri;" quod idem est ac "*dimidium* auri." Sic Amph. 973. "Me haud pœnitet scilicet, *boni dimidium* mihi dividere cum Jove." (Half of my goods.)

250. **De suo.]** De sua pecunia. Men. 206. G.

252. **Quid negotii est?]** *What's the matter?* Admirantis formula, passim apud Nostrum usurpata, ubi aliquid inopinato vel

re vel verbis occurrit. Men. 338. Bacch. 1086. "*Quid hoc est negotii?* nam, amabo, qui has oves huc adegit?" &c.

256. Eradicarier.] *Utterly ruined.* Funditus, et *radicitus* perditum esse. Translatio ab arboribus eradicatis. Ita Lamb: qui citat Ter. Heaut. III. iii. 28. "Dii te *eradicent.*"

257. Tigillo.] Vide Nott. Fit a *tignum;* ut *sigillum* a signum; *lucellum* a lucrum; et simill. Unde *Tigillum Sororium,* de quo Festus, p. 192. Cæterum Gloss. Cod. H. 6. citat, "*Tigillum,* diminutivum a *tegula,* trabs. Papias." Et sic Isidor. Orig. Lib. XIX. c. x. "*Tegulæ* vocatæ, quod tegant ædes;.... cujus diminutivum *tigillum.*"

258. Follem.] *A leathern bag.* Marsupium ex pelle confectum, plerumque ad pecuniam servandam usurpatum; ut in Juv. Sat. XIII. 61. "Si reddat veterem cum tota ærugine *follem.*" Qui sensus vero hic locum non habet, nam est simpliciter *hyperbole,* quam sequens versus plene et ridicule explicat.

260. Obturat.] *Fasten up.* Ducunt a θύρα. Cist. 287. "Illæc Forti Fortuna fortius Aures *obturat.*"

— Gutturem.] Hunc locum profert Nonius, docens veteribus usitatum fuisse *guttur* in gen. *masculino* et neutro. Lamb. Ita etiam Priscianus, all. h. t. quem citat Gloss. Cod. H. 6.

264. Talentum magnum.] H. e. *Atticum.* Sæpe usurpavit Noster, sed non eodem, ut videtur, ubique sensu. Vide quæ in voce dixit Facc. et si vis, quos ibi de re nummaria citavit auctores. Cist. 291. "Tibi *talenta magna* viginti pater Det dotis." Curc. 64. "Alias me poscit triginta minas, Alias *talentum magnum.*" Mostell. 623. &c.

— Potesse.] Antiqu. pro *posse.* Confert Noster Hare, Epid. II. ii. 43. [220. B.] "At tributus quom imperatus est, negant pendi *potesse.*"

265. Qui.] *Whereby.* Vet. abl. Men. 219. 300.

266. Utendam dabit.] *Give the loan of.* Supra 57.

267. Pridem.] *The other day.* Infra 271. Haud multis abhinc diebus. Dicitur, ait Facc: de longiore tempore quam *nuper,* et breviore quam *jamdudum* et *jampridem.*

268. Præsegmina.] *The parings.* "Proprie Plautus in Aulul. ea dici voluit, quæ unguibus imminutis præsecantur." Non. M. cap. ii. 639. 'Απονυχίσματα. "Dicuntur autem non solum de unguibus, sed omnium rerum putamina, ut sunt pomorum cortices." Com. Ms. Citat Lamb: Hor. A. P. 294. "*Præsectum* decies non castigavit ad unguem;" [quæ est Bentleii probata lectio; licet *perfectum* habeant editiones, et major pars membranarum. Et hanc potiorem esse lectionem, (pace summi auctoris dixerim,) mihi pene persuadeo. Nam, cum *posteriore* unguium parte uterentur ad marmoris levitatem experiendam, non video qui minus accurate id efficere possent unguibus haud resecatis, quam decies præsectis; igitur in phrasin *ad unguem,* seu *in unguem,* sæpissime offendimus, sed nusquam, quod scio, epitheto aliquo subjecto. Adde quod linguæ Latinæ ratio postulat ut *decies* cum præcedente verbo construatur, et sic aptius ad *perfectum* (*carmen*) quam *præsectum* (*unguem*), referatur.]

269. Parce parcum.] I. e. *parcissimum.* Absurde videtur de hoc vocabulo agi apud A. Gell. III. xix. Ubi vel pro *par arcæ,* (quia tenax omnia recondita teneat,) sumitur; vel, (quod simplicius, ait, veriusque esse,) ab eo quod est *parum* et *parvum,* denonimatus est *parcus.*

271. Pulmentum.] *A morsel; a mouthful.* Quo sensu Hor. Sat. II. ii. 34. "Laudas, insane, trilibrem Mullum; in singula quem minuas *pulmenta* necesse est." (Must cut up into so many

pieces.) Propriam autem significationem dat Isidor. Orig. Lib. XX. c. 2. "*Pulmentum* vocatur a pulte, sive enim sola pultis, sive quid aliud ejus permixtione sumatur, *pulmentum* proprie dicitur." Paullo aliter Com. Ms. "*Pulmentum* vocatur quicquid comedatur: in paropside, quod ferculum dicitur: ut *pulmentum* fabarum, caulium, et simill. Hic potest intelligi de aliquibus intestinis, quæ sunt grata miluis."

— Pridem.] Supra 267.

— Milüos.] *A kite.* *Milvus,* vel *miluus;* de posteriore *u* in *o* commutata, Vide Men. Prol. 36. G. cujus causam profert Quinct. Inst. I. vii; scilicet, ne "subjecta sibi vocalis in *unum sonum* coalescere et confundi posset."

272. Prætorem.] Infra 716. Vide Nott.

— Plorabundus.] I. e. *plorans.* Vide Nott. Critt. Cæterum citat Cod. H. 6. in marg. Non. [Cap. x. 37.] "*Deplorabundus,* pro *deplorans.* Plaut. Aulul. "Homo ad prætorem *venit deplorabundus.*""

273. Plorans, ejulans.] Gloss. Cod. H. 2. "In lacrimis *plorare;* in vocibus *ejulare.*" Infra 684. 753.

274. Vadarier.] In jus citare, die dicto. Lamb. qui citat Hor. Sat. I. i. 11. "Ille, *datis vadibus,* qui rure extractus in urbem est." Gron: *Lect. Plaut.* p. 51. "*Vadari aliquem,* est accipere ab eo vades, h. e. fidejussores locupletes, qui certa sponsione pecuniæ *illum, unde petebatur,* vadimonium obiturum, seu in jus venturum, recipiant et promittant. Liv. III. 13. "Tot vadibus accusator *vadatus est reum;*" qu. est, tot fidejussores ab eo accepit, in jus venturum esse. Dabantur autem *vades,* ne in carcere attinerentur usque in diem judicii. Pers. 288. S. "*Vadatur* hic

me. P. Utinam *vades* desint, in carcerem ut sis." Cic. Verr. III. 15. Hor. Sat. I. ix. 36. &c. Translate Noster, Curc. 165. "Ubi tu es, qui me *convadatu's* veneriis vadimoniis?" (Have bound me over by sureties to appear.)"

275. Sexcenta.] Pro *infinito pene* numero. (A *thousand* other things.) Vide Men. 795. G. Pseud. 630. "Quasi mihi non *sexcenta* tanta soli soleant credier?" In re tali Anglicum esset, (As if *five* hundred times as much were not often trusted to me alone!) Ter. Phorm. IV. iii. 63. "*Sexcentas* proinde scribito jam mihi dicas." Ubi Donat: "Perspicere hinc licet consuetudinem utriusque sermonis. Nam Apollodorus *μυρίας* dixit, pro multis. Et ut apud Græcos *μυρία*, ita apud nos *sexcenta* dicere pro multis usitatum est. Cic. Verr. I. 47. "*Sexcenta* possum decreta proferre."" Infra 472. *Treceni.*

279. Nundinalis.] Vide Nott. Cœnam autem feralem, seu *novendialem*, vilissimam fuisse, ex multis antiquorum locis apparet. Constabat plerumque ex ovis, lentibus, cicere, fabis, melle, libis, et simill. Conf. Juv. Sat. V. 84. "Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo Ponitur, exigua *feralis cœna* patella." (Spoken contemptuously as comparing the sumptuous fare of Virro with that of his humiliated dependants.) Sic etiam interpretandus locus jamdiu exagitatus apud Tac. Ann. VI. 5. "Cotta Messalinus arguitur, cum die natali Augustæ inter sacerdotes epularetur, *novendialem* eam *cœnam* dixisse." h. e. cum jam mortuæ Augustæ dies natalis etiamdum celebraretur, eum per contemptum hoc festum *cœnam novendialem* appellavisse. Si igitur cœna ipsa ita vili æstimabatur, nimirum vilissimo pretio essent coqui, qui ad eam parandam conducti irent. Plura de Silicernio videre est vel apud Servium ad Virg. Æn. V. 64. "Præterea, si *nona* diem mortalibus almum Aurora extulerit;" vel Commentt: in Hor. Epod. XVII. 48. "Nec in sepulcris pauperum prudens anus *Novendiales* dissipare pulveres."

281. Trifurcifer.] *Thief of thieves.* Vide Gloss. in v. 47. *Trivenefica.* Ita Infra 587. " Non fur, sed *trifur.*" Rud. 639. L. "Tun', *trifurcifer,* mihi audes inclementer dicere? T. Fateor, ego *trifurcifer* sum."

283. Licet.] *Well; at your service.* Sic Men. 81. Me. "Etiam concede huc. Pe. *Licet.*" Curc. 724. Ca. "Age, ergo recipe actutum. Th. *Licet.*" Videtur præcipue hæc vox usurpari ubi officiosa quædam celeritas designatur.

289. Detrusti.] Pro *detrusisti,* quod plene dant Codd.

290. Ad ravim.] *To hoarseness.* Ad raucitatem. "*Ravis,* raucitas;" Non. Marc. all. h. t. ut *ravus* adj. raucus. Hinc et *ravio,* clamando raucus fio. Pœnul. 647. "Nego, et negando, si quid refert, *ravio.*" Ejusdem originis sunt, Germ. **Rabe.** Angl. *Raven.*

292. Perit.] *Is lost.* Vide Nott. Cæterum observat Græv: "Proverbium est hoc, quod poeta vetus dixit apud Non. "Beneficium in sterili segete obserere." "

294. Si qui.] *Si qua re.* Vet. abl. Vid. Men. 219. G. et Infra 456.

295. Poscere.] *In asking.* i. qu. *in poscendo;* per Hellenismum. Sic Epid. 190. "Quem omnem per urbem sum defessus *quærere.*" 704. " Ego sum defessus *reperire,* vos defessi *quærere.*" Vid. Men. 161. G.

297. Supellex.] Quæ sit hujus vocis latior significatio, et unde derivetur, diximus in Gloss. Men. 313; ubi et de orthographia ejusdem agitur.

304. Heus.] *Hollo there.* Vocandi interjectio. Infra 410.

309. Temeti.] "*Temetum,* vinum, lingua Osca." Gloss. Cod. H. 2. Sic etiam COM. Ms. Hor. Ep. II. ii. 163. "Das nummos, accipis uvam, Pullos, ova, cadum *temeti.*" Citat LAMB: Nonium, "*Temulenta* dicta est ebriosa; a *temeto,* quod est *vinum,* quod attentet mentem." Hinc et *abstemius,* qui *absque temeto,* h. e. sine vino, degit; A. Gell. X. 23. "Mulieres Romæ atque in Latio ætatem *abstemias* egisse, hoc est, vino semper (quod *temetum* prisca lingua appellatur,) abstinuisse dicunt." Cæterum vox semper duas priores syllabas producit.

310. Ipsus.] *Herus.* Vide Nott. Bene RUPERTI ad Juv. SAT. I. 62; "*Ipse* lacernatæ quum se jactaret amicæ;" hæc habet, "Exquisite ita *magister* dicitur, quum discipulus, (unde illud Pythagoreorum *αὐτὸς ἔφα,* "*Ipse* dixit,") *dominus,* quum servus, [ut nostro loco,] *imperator,* quum miles loquitur." etc. Exempla sunt Juv. Sat. V. 30. 56. 86. Virg. Ecl. III. 77. "Cum faciam vitula pro frugibus, *ipse* venito." Cas. 652. "Eo, quo me *ipsa* misit."

311. Apud nos.] Supra 44. 296.

— Asseres.] *Beams,* or *planks.* Sunt proprie trabes minutiores parietibus inductæ; tigna, vel etiam tabulæ ligneæ. Etym: "*Asser,* quod *asseritur,* i. e. adjungitur parieti; ab *assero,* sicut *agger,* quod *aggeritur,* ab *aggero.*" Ind: Lat: ad Cæs. De Bell. Civ. II. 2. "*Asseres* pedum duodecim;" habet, "*Asseres* tigna tenuiora, quam trabes esse solent, ut si trabes dissectæ essent in tigna tenuiora."

313. Impurate.] *Unpurified, filthy wretch.* "Scelerate, impure." Gloss. Cod. H. 6. Distat autem *impuratus* ab *impurus,* quatenus *candidatus* a *candidus; auratus* ab *aureus; eburatus* ab *eburneus;* etc. Aliud igitur est *impuris,* Infra 332. Vocem bis adhibet Noster in Rud. v. 448; "*Impurata* belua." et 656; "*Im-*

puratissume." Ter. Phorm. IV. iii. 64. "*Impuratus* me ille ut etiam irrideat." et V. vii. 69. "Tum hunc *impuratum* poterimus nostro modo ulcisci."

— Volcano.] Pro *Igni.* Vid. Men. 244. Gloss. Adde Virg. Georg. I. 295. "Aut dulcis musti *Vulcano* decoquit humorem." Ita *Bacchus* pro vino; *Mars* pro bello; *Ceres* pro frugibus; 'Αΐδης pro morte; et simill.

— Studes.] *Are engaged with.* Operam das. Sic Merc. 190. "Armamentis complicandis, componendis, *studuimus.*" Vide Nott.

318. Servem.] *Have an eye to.* Pro *observem.* Men. 47. 133. G. Hor. Sat. II. iii. 59. "Hic rupes maxima, *serva!*"

320. Corbulis.] *In small baskets.* Parvis corbibus. Sicut *sportula* a *sporta.* Men. 136. G. Germ. **Korb.** Nemini credo arridebit Etym: quod præbet Varro Lib. IV. c. 31. L. L. "*Corbes* ab eo, quod spicas, aliudve quid *corruebant,* hinc minores *corbulæ* dictæ."

321. Deorsum.] *Below.* Cum sit proprie *de vorsum,* (downwards,) recte observat Douza, vocem hoc loco non motum sed quietem significare. Et citat, Varr: "Qui colunt *deorsum,* magis æstate laborant; qui sursum, magis hieme."

322. Superi.] *Those above.* Opponuntur *inferis,* tanquam *vivi* mortuis. Sic Virg. Æn. VI. 481. "Hic multum fleti ad *superos,* belloque caduci, Dardanidæ." i. e. apud vivos. Et Ib. v. 568. "Quæ quis *apud superos,* furto lætatus inani." i. e. in vita.

— Incœnati.] *Supperless.* Ἄδειπνοι. Græv.

324. Rapacidarum.] *Sons of plunder; sharpers.* Vide Nott. Sic dicti, ut bene observat LAMB: velut *rapacium hominum filii;* tanquam, Æacidarum, Priamidarum, Dardanidarum, &c.

325. Tandem.] Ægre; de re difficili, et multæ deliberationis. Optimum exemplum habes in init: Curc. v. 7. PA. "At *tandem... tandem...* PH. *Tandem* es odiosus mihi."

— Animum confirmare.] *To resolve; To screw my courage to the sticking-place.* Plus valet quam simpl: *animum inducere.*

326. Bene me haberem.] *Treat myself.* Laute et molliter viverem. Sic Mil. 705. "Nunc *bene* vivo, et fortunate, atque ut volo, atque animo ut lubet." et 715. "Si *te bene habes.*" et 721. "Qui et rem servat, et qui *bene habet.*" Vid. Men. 387. G. Cæterum Codd: haud male, *bene haberem.* Et sic Noster HARE, qui confert Mil. III. I. 130. [721. B.] "Et qui *bene habet.*" Vide Nott. Critt.

327. Rogito pisces.] *I ask the price of fish.* Verbum autem frequentativum denotat, quod non semel, sed sæpe, quod est hominum parcorum, et apud plures venditores, pretium quæsiverit. Sic *Quœritatum;* Men. Prol. 71. G. Infra 710; *Purgitant,* &c.

— Indicant caros.] "*Indicare aliquid* carum, est magnum pretium constituere, et dicere rei venalis summam ingentem. *Indicare,* est venditoris proprie. Pers. 572. T. "Hanc eme. D. Modo uti sciam *quanti indicet.*" 583. SA. "*Indica;* fac pretium. D. Tua merx est; tua *indicatio* est." Et Ibid. 585. 587. Cic. de Off. Lib. III. c. 15. "Ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel *indicaretur.*" Plin. III. 7. "*Indicato* in Cypro sex aureis denariis smaragdo." Etc." GRON. *Lect. Plaut.*

328. Agninam.] *Lamb.* Subaud. Carnem. Hor. Ep. I. xv. 35. "Patinas cœnabat omasi, Vilis et *agninæ.*"

— Bubulam.] *Beef.* "Bovinam carnem." Com. Ms. Ita Curc. 371. "Hæc sunt ventri stabilimenta, pane, et assa *bubula.*"

329. Vitulinam.] Sc. Carnem. *Veal.*

— Cetum.] *Cetus, -i.* m. Cujus pl. *Cete, -on.* n. "Nomen generale omnium majorum piscium maris, præsertim eorum, qui animal, non ovum, pariunt; ut ex Plin. Lib. IX. c. 24, colligitur: quales sunt balenæ, orcæ, thynni, pristes, delphini, et hujusmodi." Facc. Paullo aliter Græv: "*Cetum,* κατ' ἐξοχὴν dicitur thynnina caro; *cetarii,* et bolonæ, dicuntur qui vendunt."

— Porcinam.] Sc. Carnem. *Pork.*

331. Qui.] Abl. *Wherewithal.* Supra 265.

332. Impuris.] *The rascals.* Sceleratis. Asin. 453. "*Impure,* nihili, non vides irasci?" Alia res est *impuratus,* Supra 313.

— Adii manum.] Gloss. Cod. H. 2. "Abii inanis." Vide Nott. "*Adire manum alicui* dicitur is, qui quid illi, tanquam in manum traditurus, ostentet; cumque ille manum ad capiendum porrexerit, suam ipse manum retro trahit, eumque inanem atque hiantem destituit." Muret. Nec tamen ideo intelligendum est *manum* necessario *aditam,* h. e. porrectam esse, cum similis phrasis, *verba dare,* haud raro pro *decipere* usurpetur, quando οὐδὲ γρὺ editum fuerit; de quo Vide Aul. Gell. cit. in v. 23, Supra. Sed paullo aliter Par: Lex. Plaut. in voc. *Manus adire;* "Dicitur de eo, qui alterum frustratur, et decipit; idque calliditate summa. Sumpta metaphora *a re athletica,* in qua *manum adire* [to make a feint,] artis forsan præcipuæ fuerit, et industriæ callidioris ad occupandum." Tum citat, Cas. 778. "Satin' lepide *adita est vobis manus?*"

Pers. 794. "Ut me in tricas conjecisti? quomodo de Persa *manus mi adita est?*" Pœn. 328. "Eo pacto avaræ Veneri pulcre *adii* manum." Ibid. v. 333. "Veneri ut *adierit* leno *manum*."

334. Prodegeris.] Vide Nott. Prodige consumseris. Merc. 1009. "Per nos quidem hercle egebit, qui suom *prodegerit*." (Has been prodigal of.)

335. Profesto.] "Dies *profesti*, festis opponuntur: concessi autem sunt ad opus faciendum, et rusticum, et urbanum: domesticum et forense. Hor. Sat. II. iii. 144. "Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque *profestis*."" Lamb. Fuse de his diebus agit Macrob: in Saturnal. quem citat Gloss. Cod. H. 6. "*Profesto,* Die feriato. Numa, ut in menses annum, ita in dies mensem quoque distribuit: diesque omnes aut festos, aut profestos, aut intercisos vocavit. *Festi,* dies dicati sunt. *Profesti,* hominibus, ob administrandam rem privatam publicamque, concessi. *Intercisi,* deorum hominumque communes sunt."

339. Tusculum.] H. e. *Thus minutum,* de quo more Laribus sacrificandi, vide Juv. citat: Supra, ad Prol. 24. Cæterum Gloss. Cod. H. 6. laudat hoc loco Priscianum, "*Thusculum,* Sic in usu neutra diminutiva reperiuntur; ut *munus, munusculum; opus, opusculum; crus, crusculum;* Plaut. in Cistell. "Cum tortis *crusculis*." Similiter *thus, thusculum;* Idem in Aulul. "Nunc *thusculum* emi."" Vide in Nott. Critt.

342. Conspicor?] Men. 423. 1029.

343. Compilor.] Vide Men. 460. Gloss.

344. Aulam.] Vett. pro *Ollam.* Infra 535. 565. et passim in hac fabula. De hoc usu adeas Funcc. Vir. Æt. L. Lat. I. 37. (p. 70.) Curc. 372. "Poculum grande, *aula* magna." (A large pot.) A. Gell. XVII. c. 8. "*Aula* una lentis Ægyptiæ." Et ibid. "Oleum in *aulam* indere."

— Viciniam.] Pro *vicinos*. Similiter Supra 163. *Paupertate* pro *Pauperibus*. etc. Hor. Sat. II. v. 106. "Funus egregie factum laudet *vicinia*." Pro, *vicini laudent*. Epist. I. XVI. 44. "Videt hunc *vicinia* tota." Ib. XVII. 62. "*Vicinia* rauca reclamat."

347. Occidor.] *I'm a dead man*. ἀπωλόμην. Sic "*Periimus!*" Men. 913.

350. Thesaurarios.] "Qui thesaurum surripiant." Com. Ms.

352. Desquama.] *Scale*. Piscibus squamas detrahe. Non. Cap. II. 202. "*Desquamat*, squamis exspoliat. Plaut. Aulul. "Dromo, *desquama* pisceis."" Citat Græv: Gloss. Vulcan. "*Desquamo*, ἐκλεπίζω. *Exdorsuo*, ἀπονωτίζω. *Exosso*, ἐξοστεΐζω."

353. Congrum.] *Conger eel*. Græcum verbum. Mil. 754. "Probus hic *conger* frigidus."

— Murænam.] *Lamprey*. Etiam Græca vox; et cum *Congro* iterum legitur, Pers. 110. "*Muræna* et *conger* ne calefierent." Vide loc. Amph. 166, in voc. prox. citatum.

— Exossata.] *Boned*. Ossibus exempta. Vide Nott. Sic Amph. 165—7. "*Exossatum* os esse oportet... So. Mirum, ni hic me, *quasi murænam, exossare* cogitat. Ultro istunc qui *exossat* homines." Et Pseud. 376. "*Exossabo* ego illunc simulter itidem, *ut murænam* cocus." Metaphorice Pers. Sat. VI. 52. "Non adeo, inquis, *Exossatus* ager juxta est." i. e. a lapidibus purgatus, siquidem lapides sunt velut *ossa* terræ. Cæterum, quod nostro loco habent Codd: nonnulli, et Editt: "*exdorsua*, quantum potes," videtur ex prima auctoris manu fuisse, sed in alteram lectionem curis secundis immutatum. [Vide Infra 649. Nott. Critt.] Non celandum autem, quod ita citat Nonius, Cap. I. 61. "*Exdorsuare*, dorso nudare. Plaut. Aulul. "Tu, Machærio, Congrum, murænam, exdorsua

quantum potes."" Et hunc laudant in marg. Codd: H. 2. 6. Habet quoque Festus, " *Exdorsua,* dorsum confringe. Alii, exime." Sed exemplo non allato.

354. Artoptam.] *A baking-pan.* " Instrumentum supra quod fit panis." Com. Ms. Vox Græca. Gloss. Cod. H. 2, " *Artoptam,* pro pane faciendo, quia pistores in usu non fuerant, ut ait Plin. N. H. Libr. XVIII. [c. 11.]" Ex quo Plinii loco videtur magnam concertationem fuisse eruditorum an hic versus esset Plautinus. Vide omnino quæ de hoc loco, et Juv. Sat. V. 72; disseruntur apud Facc: in voc. *Artopta.*

— Ex proxumo.] Supra v. 128. et Prol. 31.

— Utendam peto.] *I go to ask the loan of.* Supra 57. 266.

356. Glabriorem.] *More bald.* Læviorem. Gloss. Cod. H. 6; [ubi legitur *glabrionem;* Vide Nott. Critt.] " *Glaber,* rasus, lævis, mollis, calvus. *Glabros,* barbas non habentes. *Glabrio,* calvus." Papias. Citat Lamb: Apul. Lib. V. De Asino Aur. " Maritum sortita sum, cucurbita *glabriorem.*" Ejusdem fortasse originis Anglice *glib.*

— Volsus.] *Vulsus,* a vello. H. e. Evulsis pilis, lævis et glaber factus. Hinc *Volsellæ,* (tweezers,) apud Curc. 578.

— Ludius.] *Ludii,* seu *ludiones,* fuerunt saltatores scenici, qui se de industria, si pubertatem consecuti essent, depiles faciebant. Habet Noster Curc. 153. " Fite causa mea *ludii* barbari." Ov. Art. Am. I. 112. " Rudem præbente modum tibicine Thusco, *Ludius* æquatam ter pede pulsat humum." Unde magis verisimile videtur duci vocem a *Lydiis,* qui Etruscos fines (Hor. Sat.) incoluerunt, quam, quod alii putant, a simpl. *ludis,* quia his interfuerint.

360. Optati.] Ita citat Com. Ms. Vide Nott.

— Populares.] *Fellow countrymen.* "Vicini de populo." Com. Ms. Δημόται. Qui ejusdem populi sunt. Ov. Met. I. 578. "Conveniunt illic *popularia* flumina primum." VI. 150. "Nec tamen admonita est pœna *popularis* Arachnes." Theocr. Id. XXVIII. 22. "Ἐν δαμότισιν." Nost. Rud. 510. "Ne quid noceat meis *popularibus*."

— Incolæ.] "Hic nati et habitantes." Com. Ms.

— Accolæ.] "Aliunde nati, veniunt [hic] habitatum." Com Ms. "Differunt *accola*, et *incola* in eo, quod *accola* est qui juxta, vel circa locum aliquem habitat: hinc dicitur *accola* montis, fluminis, litoris, &c. *incola* est, qui in ipso loco habitat, ut *incola* pagi, urbis, oppidi, &c." Facc.

361. Plateæ.] *Streets.* Men. 780.

362. Ad Bacchas.] Ad *domum* Baccharum; h. e. feminarum Bacchi sacra celebrantium. Bacch. 336. "Bacchides non Bacchides, sed *Bacchæ* sunt acerrumæ." i. e. mulieres furibundæ.

— Bacchanal.] "Locus ubi bacchabatur." Gloss. Cod. H. 6. Vide Nott. Vel potest esse *In Bacchanal*, in *festum* seu *sacrum* Bacchi; quo sensu est in Amph. *sc. suppos.* I. 12. "*Bacchanal* exercuisse te, senex, oportuit." et v. 18. ibid. Mil. 851. "In cella vos vinaria *Bacchanal* facitis."

— Coquinatum.] "Ad coquendum. Non. all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6. Id. qu. *coctum;* (to cook.) est a verbo *coquino*, quod a *coquina*, culina; "ut a *sarcina*, *sarcinare*." Par. Citat Noster Hare, Pseud. 854. "An tu *coquinatum* te ire quoquam postulas?" et 875. "Quanti unum me *coquinare* perdoces?"

364. **Oppido.]** *Utterly.* Penitus. Infra 685. 757. Et quidem passim apud Nostrum. "Significat autem, valde, multum. Ortum, inquit Festus, ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret; utque multitudo significaretur, sæpe respondebatur, *quantum vel oppido satis esset.*" HARE. Citat Non: Amph. [146.] "*Oppido* interii! obsecro hercle, quantus et quam validus est."

— **Gymnasium.]** Γυμνάσιον, locus ubi se athletæ exercebant. Vide Nott.

365. **Exegit.]** *Has driven out.* Citat hunc locum Non: Cap. IV. 152. in voc. *Exigere,* quam interpretatus est *excludere;* allato Ter. Andr. [Prol. 27.] "Spectandæ, an *exigendæ* sint vobis prius."

366. **Præberi.]** *Supplied.* Vide in Nott. et adde exemplis ibi collatis, Hor. Sat. I. IV. 88. "Præter eum qui *præbet* aquam." h. e. hospitem. Et Ibid. I. v. 38. "Murena *præbente* domum, Capitone culinam."

367. **Attat.]** *But lo! Ha!* h. l. præ metu exclamantis interjectio. Infra 619.

370. **Trisviros.]** *Tresviros,* seu *Triumviros capitales.* Horum officium fuit facinorosos, præcipue servos et infimos quosque, judicare. Non semel apud Nostrum occurrunt. E. g. Amph. 3. "Si *Trisviri* me in carcerem conpegerint." Asin. 115. "Ibo ego ad *Trisviros,* vostraque ibi nomina Faxo erunt: capitis te perdam ego, et filiam." Pers. 72. "Æqua parti prodeant ad *Trisviros.*" Vide etiam Cic. Fam. VII. 13. Notat FACC: in voce, "modo *tresviri,* modo *trisviri,* modo *treviri* in Mss. legitur: alii etiam *triumviri* reposuerunt: idque eo factum videtur, quod olim IIIviri scriptum fuit; ex quo alii *tres,* alii *tris,* alii *trium* exararunt."

— Deferam.] *Will report.* Hinc, *Delator,* accusator; (an informer.)

374. De industria.] *By design; purposely.* Consulto; dedita opera. Ter. Andr. IV. iv. 56. "Paulum interesse censes, ex animo omnia, Ut fert natura, facias, an *de industria.*" (on purpose.)

— Faxim.] *Faciam.* Supra 213. Infra 745.

375. Res ipsa.] "Fractura capitis." Com. Ms.

376. Cinædus.] Vide Nott. Confert Noster Hare, Mil. III. i. 74. [666. B.] "Ad saltandum non *cinædus* malacus æque est atque ego." et Ibid. V. 31. [1413. B.] "*Mitis* sum equidem *fustibus.*"

377. Quid tibi nos tactio est?] Vide Nott. Similis est constructio Mostell. 6. "*Quid tibi,* malum, hic ante ædes *est clamatio?*" Cas. 297. "*Quid tibi istunc tactio est?*" 299. "*Quid tibi tactio hunc fuit?*" Etc.

— Mendice homo.] *You beggar, you.* Locutio quam maxime comica, de qua Men. 3. Gloss. "Homines captivos." etc. Eur. Hec. 642. "'Ανὴρ βούτας."

379. Malo tuo.] *At your peril.* Men. 57. 911. Amph. 213. "Compositis *tuo malo* mendaciis." (Lies got up *to your cost.*) Cas. 380. "*Malo* hercle *vostro* tam versuti vivitis!" Apul. Met. Lib. VI. "Cui *tuo,* immo et ipsius, *malo,* placuisti."

380. Fuat.] *Sit.* Supra 190. Amph. 833. "Nec quisquam tam audax *fuat.*"

383. Malum.] *The Plague!* Men. 299. G. Epid. 698. "Quæ hæc, *malum,* ferocia est?" Catull. Carm. 29. "Quid hunc, *malum,* fovetis?"

388. Me haud pœnitet.] Vide Nott. Critt. Confert Noster Hare, Amph. V. i. 72. [972. B.] "Pol *me haud pœnitet,* etc."

392. Conclavium.] *Chambers, closets.* (Properly, *under lock and key.*) Citat Gloss. Cod. H. 6, Papiæ interpretationem; "*Conclavis,* locus inclusus, interiore in cella." et Pompei: Fest: "*Conclavia* dicuntur loca, quæ una *clave* clauduntur." In quem notat Dac: "*Conclave* et *conclavium,* nam utrumque dicitur, est locus secretior in penetralibus intimis domus, una *clave* domesticis pervius. Vel, ut ait Donatus, "*conclave* est separatior locus in interioribus tectis; vel quod intra eum loca multa et cubicula clausa sint, adhærentia triclinio." "

— Perviam facitis.] Sic dictum, ut *obviam facitis.* Turneb. *Perviam,* adverbialiter sumptum.

393. Adesses.] *Had stood; kept still.* Pro *adstasses,* ut Supra 17. "Istic *adesto.*"

394. Fissile.] *Broken.* Pro *fissum.* Ita Cistell. 62. *Sepelibilem,* pro *sepultam.* Pseud. 591. *Ignorabilis,* pro *ignotus.* A. Gell. IX. "Alterum autem illud *ignorabilius* est." (Less known.) Apul. Met. Lib. V. sub init. "Jamque aderat *ignobilis* maritus." h. e. *ignotus,* ut quem sponsa nunquam vidisset.

399. Laverna.] "Dea furum et latronum. Pap. ἀπὸ τοῦ λαβεῖν dicta." Gloss. Codd. H. 2. 6. Alii ducunt a *lavando,* siquidem *lavare* antiqui pro *furari* dixerint; nisi potius sit *levare:* (quemadmodum vernacule nos, *shop-lifters.*) Apud Festum legi-

mus, "*Laverniones* fures antiqui dicebant, quod sub tutela Deæ Lavernæ essent, in cujus luco obscuro abditoque soliti furta prædamque inter se luere: hinc et *Lavernalis* porta vocata est." (quod ibi ara ejus Deæ. Dac.) Nost. Fragm. 7. Cornic. "Mihi *Laverna* in furtis celebrassit manus." Glossa Isidori, "*Laberna*, latro, aut qui filios alienos seducit." h. e. plagiarius; Auson: "Bonorum mala carminum *Laverna*." Scal: in Nonium.

— Nisi si.] *Unless indeed*. Men. 165. Curc. 51. &c.

400. Pipulo.] *Abusive language*. Pro *convicio;* Non. Vide Nott. "Significat, cum vituperio; quia omnibus declarabo te furem." Com. Ms. Ducit Pareus "A *pipatu* pullorum; [Catull. C. iii. 10. De passere. "Ad solam dominam usque *pipilabat*."] *Pipare* enim Osci dicebant, pro eo quod est ejulabunde conqueri. Inde *Pipulo differre*, est conviciari, diffamare. In Legg. XII. Tabb. idem est *obvagulari*." Sic et Fest: "*Pipatio*, clamor plorantis, lingua Oscorum." *Vagulor* autem fit a *vagio, vagilo;* ut a *pipio, pipilo*. Dac: in Fest: voc. *Vagulatio*, i. e. quæstio cum convicio. Nost. Mil. 582. "Jam nunc satis *pipulo* impio merui mali." A. Gell. XX. 9. versus Cn. Matii citans, "Dein coquenti vasa cuncta dejectat: Nequamve scitamenta *pipulo poscit*." (Demands with importunity.) In Apul. Met. II. "*Pipulis* laceratus atque discerptus;" videtur plus aliquid quam mera convicia intelligendum esse.

— Differam.] "Cruciabo." Com. Ms. "*Differre*, (inquit Nonius, laudat: apud Cod. H. 2.) valet *diffamare;* pro dividere; scindere." Hic citat Lucil: Lib. XXX. "Gaudes cum de me ista foris sermonibus *differs*." Et *Ibid:* "Maledicendo multis sermonibus *differs*." Sed his locis potest esse pro simpl. *disseminare, divulgare*. Melius fortasse Plauti sensum exprimes per *rumpam*, seu *defatigabo*, quæ est ferme vis verbi in locis consimilibus. E. g. Nost. Pseud. 353. Ca. "Ingere mala multa. Ps. Jam ego

te *differam* dictis meis." (I will distract you.) Et Cæcil: citat. ap. A. Gell. II. 23. "Ita plorando, orando, instando, atque objurgando me obtudit...... *differor* sermone miser." Paulo aliter Ter. Andr. II. iv. 5. "Orationem sperat invenisse se, Qui *differat* te." (Confound you.)

401. Auspicio malo.] Mala avi; malo omine.

402. Numo.] Men. 136. G. "Congrio coquum exercebat pro uno nummo, sed Euclio fregit sibi caput, unde majorem pecuniam solvet medico." Com. Ms.

404. Committam.] *Suffer, allow.* Mea opera faciam, ut. Ter. Ad. II. i. 5. "Quamquam est scelestus, non *committet* hodie unquam, iterum ut vapulet."

405. Ite nunc.] *Go now* (if you will.) Hæc verba, ubi conjunctim leguntur, habent fere semper nescio quid vel provocandi, vel gloriandi, vel, ut h. l. contemptim appellandi: exempla facile cuivis occurrent.

406. Introduce.] Pro *Duc intro.* Supra 111. *Face* pro *fac.* Infra 744. *Benedice.* &c.

— Gregem.] *Company.* Sic dicunt *Grex* Comœdorum, histrionum, philosophorum, etc. Hor. Sat. II. iii. 44. "Chrysippi porticus et *grex.*" Ep. I. iv. 16. "Epicuri de *grege* porcum." Ib. IX. 13. Scribe tui *gregis* hunc."

— Venalium.] *Slaves.* Servorum; quippe venum datorum. Hor. Sat. I. i. 47. "Ut si, Reticulum panis *venales* inter, onusto Forte vehas humero."

410. Heus.] *Hark ye!* h. l. Compellantis interjectio. Hor. Sat. I. iii. 21. "*Heus* tu, Quidam ait, ignoras te?" Pers. Sat. III. 94. "*Heus* bone, tu palles." &c. Supra 304.

414. Facinus.] Est h. l. in bonam quidem partem usurpatum, sed de re nescio quid periculi habente. Sic Ter. Heaut. II. iii. 73. "Non fit sine periclo *facinus* magnum et memorabile."

416. Velut.] *As for instance; for example.*

— Tentat.] *Plagues me.* Vexat. Hor. Sat. I. i. 80. "Si condoluit *tentatum* frigore corpus."

419. Condigne.] Vide Nott. Sic Men. 805. G. Adde Mil. 506. "Dum *condignam* te sectatus simiam." Pœn. 334. "*Condigne* haruspex, non homo trioboli"...In Cas. 634, videtur *digne* eodem sensu usurpari. In Amph. 383-4, bis *condignum* in bonam partem inusitatius sumitur.

420. Peculiaris.] *Private property.* Ex peculio emptus. Quod ait Ballio in Pseud. 1186. "Mea quidem hæc habeo omnia, *Meo peculio empta.*" Peculium autem grande aliquando possidebant servi: Asin. 478. "Frugi sum; non potest *peculium* enumerari." Formatur vox a *pecus,* (sicut et *pecunia,*) quod antiquitus *pecora* maxime in peculio essent. (Vide loc. ex Asin. cit. apud Nott.) Constabat etiam ex variis rebus domesticis, sicut nostro loco ex *pullis;* Juv. Sat. III. 189; ex *libis,* seu placentis; "Cultis augere *peculia* servis." Etc.

— Penissume.] *All but; within an ace.* "Superlativum a *pene.*" Com. Ms. Vide Nott. Ita Apul. *in Apolog.* "Quod *penissime* oblitus sum." Infra 622. Citat Priscian. Par: in Lex. Plaut. Item Gloss. Cod. H. 6. "*Penissume,* A *pene* adverbio, superlativum in -*simus.* Protulit Plautus in Mostell. [636. B.] "Ita mea consilia perturbat *penissume.*" " Ubi vero Bothe, curis secundis, edidit *planissume.*

421. Scalpurire.] *To scratch.* "Pro *scalpere,* Non. all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6. Pedibus terram radere; ut ait Infra 579.

— **Ungulis.**] *Claws.* Pro *unguibus.* Ita Pseud. 641. "Non licet huc injicere *ungulas.*" et 853. "Miluinis aut aquilinis ungulis." et 855. "Constrictis *ungulis.*"

422. **Quid opus est verbis?**] *Why say more?* Τί δεῖ μακρηγορεῖν; Formula frequens apud Comicos. Bacch. 451. "*Quid opus est verbis?* si opperiri vellem." Curc. 79. Infra 426. &c.

— **Peracuit.**] *Was so exasperated.* Metaphorice sumpta vox, quemadmodum Græce παροξύνεσθαι: Est a *peracesco,* eodem fere sensu quo *inacesco;* Apul. Met. Lib. V. "Si tibi etiam, ut par est, *inacuit* nostra contumelia." Huc etiam pertinent proverbiales illæ dictiones apud Nostr. Pseud. 740. "Ecquid habet homo iste *aceti* in *pectore?* CH. Atque acidissimi." Bacch. 370. "Nunc experiar, sitne *acetum* tibi cor acre in pectore." Cum quibus locis confert PAR: Hor. Sat. I. VII. 32. "Italo perfusus *aceto.*" et simill.

423. **Manufestarium.**] *Caught in the act.* "In furto deprehensum." COM. Ms. Vid. Men. 462. Sic et Bacch. 881. "*Obtruncaret* mœchum *manufestarium.*" Trin. 861. "Teneo hunc *manufestarinm.*"

424. **Edepol.**] De hoc jurejurando, et simill. Vide Men. 130. G.

425. **Manubrium.**] *Handle, haft.* Sic dictum "*quod manu teneatur.*" Varro, Lib. V. 8. h. l. "opportunitatem." Gloss. Cod. H. 6. Nonnihil hic locus confirmat lectionem quam ex palimpsesto revocavit Bothius ad Epid. 516. "Malleum sapientiorem vidi *excusso manubrio.*" Nam cum vilis sit, et nequam, tum malleus, tum aliud quodvis instrumentum, *manubrio sublato,* hinc natum est adagium de quo nunc agitur, et huc unice pertinet jocus in loco citato, qui *ironice* sumendus est. Hinc igitur ortum

proverbium *ansam alicui dare,* Vide Nott. et huc respicit quod notat CAS: ad Aristoph. Eqq. 844. sqq: Moris nempe fuisse, cum arma consecrarentur, ut illa redderent inutilia, ansas aut manubria adimere; h. e. ne cuiquam in promptu esset contra rempublicam ea sumere.

427. Affinis.] Gener futurus. Differt enim *affinis* a *cognato,* quod hic sit *sanguine,* ille *matrimonio* junctus alicui.

— Eccum.] *Ecce eum.* Infra 491.

— Incedit.] *Comes strutting along.* Non temere hæc vox de divitis gestu et magnifico *incessu* adhibetur. Vide quæ Supra v. 8, et ad Men. 787, contulimus. Adde, sis, Sall. Bell. Jug. XXXI. "*Incedunt magnifici.*"

430. Conditione.] *Connexion.* Supra 194. Plurima exempla confert Gron: in *Lect. Plaut.* et addit, "Hinc formula repudii vetus annotata in libris juris: *Conditione tua non utor,* ad exprimendum, non ducam te, nec matrimonium tecum contraham. Senec. in Fragm. apud August. "Bellonam Marti collocant, Vulcano Venerem, Neptuno Dianam, quosdam cœlibes relinquentes, quasi *conditio* defecerit." "

437. Malam rem.] *Trouble; punishment.* Pœnam, castigationem; ut passim apud Nostrum. Infra 635. 758. Men. 398. "An tibi *malam rem* vis pro maledictis dari?" Asin. 29. "Cave, sis, *malam rem!*" Et hunc sensum unice esse verum probatur, cum a lectione *magis* quam præbent Codd: fere omnes, et Editt: tum a verbo *metuo,* cujus propriam significationem Infra dabimus. Sin *minus* legatur, tum sensus esset quem præbet COM. Ms. "*Malam rem,* inopiam, labores, quos patiuntur pauperes." Sed alterum melius; Vide Nott. Critt.

— Metuant.] *Fear, and guard against.* Hoc distat *metuo* a *timeo,* quod, cum timore, *cavendi* etiam notionem præ se ferat. Vide Men. 878. G. Notum illud, "*Metuens* formica senectæ." Juv. Sat. VII. 210. "*Metuens* virgæ jam grandis Achilles." Hor. Od. III. xxiv. 22. "*Metuens* alterius viri." Ep. I. xvi. 60. "Labra movet *metuens* audiri." Tac. Ann. XIII. 25. "Nero, *metuentior* in posterum." (More on his guard.) Ov. Met. V. 358. "Hanc *metuens* cladem." (Apprehensive of, and taking precautions against.)

438. Minore sumptu.] "Quia pauperes contenti sunt omni parva luxuria." Com. Ms.

440. Altercatio.] *Objection.* Jurgatio, contentio.

441. Insatietatibus.] *Greediness.* Vix alibi occurrit.

442. Capere.] *Conceive, find.* Pro concipere, constituere. Douz.

443. Quo.] *In quam domum?* Infra 445. Men. 20. G.

— Nubent.] De feminis tantum dici, ut *ducere* de viris, notavimus ad Men. 41. G. Hinc ironice Juv. Sat. II. 134. "*Nubit amicus.*"

449. Cantheriis.] *Geldings.* De hac voce diximus ad Men. 304. G. "*Cantherino* ritu adstans somniat."

451. Nimis lepide.] *Very shrewdly, cleverly.* Men. 5. 56. Infra 624.

— Ad.] *On behalf of.* Quasi *ad*vocatus sit, qui parcimoniæ causam ageret. Citat Taubm: Symmach. Lib. IV. Epist. 56. "Postquam vos *ad virtutem* verba fecistis."

455. Muliones.] *Muleteers.* Vide Nott. ad v. 449. Juv. Sat. III. 317. "Commota jamdudum *mulio* virga Adnuit."

— Pedissequos.] *Footmen.* Qui *pedes* meos, h. e. me foras euntem, sequantur. Femininum *pedissequa,* Infra 764.

456. Vehicla.] Pro *vehicula;* ut Peri*clum,* pro peri*culum.* etc. Supra 125.

— Qui.] Pro *quibus.* Vide Supra 294. Nunc autem numerum pluralem respicit. Sic Stich. 269. (cit. apud Nott.) Ter. Andr. III. ii. 32. "Multa concurrunt simul, *Qui* conjecturam hanc nunc facio." (i. e. *ex quibus.*)

462. Fullo.] *Fuller.* "Purgationibus." Com. Ms. Γναφεύς. Qui vestes sordibus purgat. Gloss. Cod. H. 6. "*Fullones,* lavandarii. Papias. A φύρω, misceo; et maxime cum farina miscetur aqua."

— Phrygio.] *Embroiderer.* Vide Men. 332. G.

— Aurifex.] *Goldsmith.* Faber aurarius. Men. 426.

— Lanarius.] *Woollen manufacturer.* Ἐριουργός.

463. Caupones.] Vide in Nott.

— Patagiarii.] Citat Cod. H. 6. in marg. Papiæ Gloss. "*Patagium,* pallium ex auro purpuraque variatum." At Fest: "*Patagium* est, quod ad summam tunicam assui solet, quæ et *patagiata* dicitur; et *patagiarii* qui ejusmodi opera faciunt." Nonius Cap. XIV. 19. "*Patagium,* aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet." (A hem, or border attached to the upper part of a woman's dress.) Alii in loc. ex Nonio citat. legunt *aurea clamys,* et sic Gloss. Cod. H. 6; sed perperam. Epid. 224. "Indusiatam, *patagiatam,*...(tunicam.)" Par: Lex. Plaut. "Quod honestis matronis *patagium;* id viris *clavus* erat. Ita dic-

tum, quod quibusdam quasi maculis et nævis inspersum erat; πάταγος enim morbus est pestilens, quo correpti qui moriuntur, nullum indicium morbi relinquunt aliud, quam nævulos in parte corporis." "*Patagus,* morbi genus." Fest. Cæterum ad *crinium ornatum* translatum esse aiunt, Pitisc: Lex. Antiqu. et Facc: apud Apul. Met. Lib. II. [p. 31. Edit. Bip.] "Crines cervice dependulos, ac per colla dispositos, sensimque *sinuato patagio* residentes." Sed etiam hic potest esse *vestis patagiata,* in qua comæ leniter immissæ residebant.

— Indusiarii.] Scil. *caupones indusiorum:* qui venum exponebant *indusia:* (The under garments worn by women; shifts.) Nonius Cap. XIV. 18. "*Indusium,* est vestimentum quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi *intusium.*" Et citat Plaut. Epid. [224.] "*Indusiatam,* patagiatam..." [cit. ap. Nott.] Quidam volunt scribi *intusiatam,* quasi ab *intus,* quia infra gestabatur. Videtur *indusium* fuisse feminis, id quod *subucula* viris; Hor. Ep. I. i. 95.

464. Flammarii.] *Dyers in flame colour.* Fest: "Infectores flammei coloris." Sed citat *flamearii;* Vide Nott. Critt. Melius autem Codd: nostro loco; nam *flammearii,* significat potius, confectores *flammeorum,* (h. e. a veil, worn by women when married, of a bright or flame colour.) Et ita sane Nonius, allato h. t. "*Flammeus,* vestis, vel tegmen, quo capita matronæ tegunt. Plautus Aulul. "*Flammearii,* violarii, carinarii."" Cæterum Com: Ms: "*Flammarii,* qui tingunt in colorem clarum, sicut in viridem clarum." Et sic Noster Hare: "*Flammearii;* Codd: *Flammarii,* recte, poscente metro."

— Violarii.] Violæ coloris infectores; (*Dyers in violet-colour.*) Atque ita Com: Ms: "Qui tingunt in colorem cœlestinum. Alii dicunt, quod *violarii* sunt serta vendentes." At priore sensu citat Nonius, all. h. t. et quidem recte.

— Carinarii.] *Dyers in waxen-colour.* Qui *cerino* colore pannum inficiunt. A καρὸς, Dorice pro κηρὸς, *cera.* Citat Both. Ov. Art. Amand. III. 184. "Sua velleribus nomina *cera* dedit." Noster Hare, "*Carinarii,* Ita Non. 566. [cit. in voc. *flammeus,* supra.] Sed Hadr. Junius malit, *cerinarii,* ut *cerinum* est Epid. II. 2. 49." [226. B. "*Cerinum,* aut gerrinum."] Alii autem legunt *caltuarii,* in qua voce Cod. H. 2, in marg. "Qui in colorem *caltæ* [seu *calthæ,* (the marigold.)] pingunt." Sed Vide Nott. Critt.

465. Manulearii.] *Sleeve makers.* Qui vestes *manuleatas* conficiunt; sicut in Pseud. 739. "*Manuleatam* tunicam." Græce χειριδωτὸν seu ἀμφιμάσχαλον, Arist. Eqq. 879. Schol. Sed paullo aliter Com: Ms: "*Manularii,* Qui manicas longas acu pingunt." *Manuleæ* autem sunt tunicarum manicæ. Opprobrio autem fuit viris tunicam *manuleatam* gestare; Conf. Virg. Æn. IX. 616. "Et tunicæ *manicas,* et habent redimicula mitræ." Vide Infra in v. 475. G.

— Murobrecharii.] *Perfumers.* A μύρον unguentum, et βρέχω rigo. "Qui odoribus inspergunt vestes, ut bene oleant." Com. Ms.

466. Propolæ linteones.] *Wholesale linen-drapers.* "*Propola* est a *pro* Latino, (prima enim producitur,) et Græco πωλεῖν, ut docet Scaliger ad Culicem Virgil: Dictus, quod primus vendat merces, quas in portu primus anticipat." Par: Lex. Plaut. qui citat Lucil: "Sicuti quum ficus primus *propola* recentes Attulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos." Unde apparet vocem de industria nostro loco usurpari, quæ significet matronas istas ne in linteis quidem comparandis sumptus rationem habuisse.

— Linteones.] Gloss. Cod. H. 2. "Qui faciunt *lintea;* genus h. e. panni, quo mulieres utuntur, ut in Epid. [223.] "*Linteolum* cæsicium."" Com. Ms. "Qui res *lineas* vendunt."

— Calceolarii.] *Shoemakers.* Qui calceos conficiunt: *ὑποδηματοποιοί.* Contra *sutores,* versu proximo, qui calceos reficiunt, a *suo,* (Coblers;) unde pro infima plebe sæpissime ponuntur.

467. Diabathrarii.] *Slipper makers.* Festus, "*Diabathra,* genus solearum Græcanicarum." In quem Dac: "A *διαβαίνω,* eo, ambulo. Inde *diabathrarii,* qui *diabathra* faciunt." Varr. Ling. Lat. VI. citat a Nævio, "*Diabathra* in pedibus habebat, et erat amictus *epicroco.* Utrumque vocabulum Græcum."

468. Solearii.] *Sandal makers.* Fest: "*Solea* ea dicitur, quæ *solo* pedis [i. e. *planta,* hinc Anglice, *sole,*] subjicitur." Citat Cod. H. 6, in marg. Papiæ Gloss. "*Soleas,* genus calceamenti; etiam genus piscis in mari, dictum quod instar est calceamentorum *soleis.*"

— Molochinarii.] *Stainers in mallow colour.* Vide Nott. A *μολόχη* malva. "Qui colorem tingunt ad purpuram inclinantem, qualis in *malvæ flore* spectatur." Par: Lex. Plaut. Habet Isidor. Orig. Lib. XIX. 22. "*Molocina,* quæ malvarum stamine conficitur, quam alii *melocinam,* alii *malvellam* vocant."

469. Ciniflones.] (Vide Nott. Critt.) *Hairdressers; frizzlers.* Id. qu. *cinerarii;* a *flando* in *cineres* nuncupati, quod faciunt dum calamistra ignis calefaciat, quibus ad mulierum capillos crispandos utuntur. Inter comitatum muliebrem numerat Horat. Sat. I. II. 98. "Custodes, lectica, *ciniflones,* parasitæ."

— Sarcinatores.] *Patchers.* Qui vestes resarciunt. Id. qu. *Sartores.* Sic fere Non. qui citat Lucil. "*Sarcinatorem* esse summum, *suere* centonem optime." Idem vero in voc. *Sarcinatrices,* Cap. I. 276; ait, "Non esse, (ut quidam volunt,) *sarcitrices,* quasi a *sarciendo;* sed magis a *sarcinis,* quod plurimum vestium sumant." *Sarcina* enim, (ut ait, Vet: Gram:) est hominum; *onus* vero, vehi-

culorum, et majus est. Contra Com: Ms: "*Sarcinatores,* qui vehunt *sarcinas* in curribus." Citat Cod. H. 6. in marg. Papiæ Gloss. "*Sarcina,* onera, pondera." Nihilominus priorem vocis significationem, hoc saltem loco, ut magis idoneam præferendam censui.

470. Strophiarii.] *Bodice-makers.* Infra 480. Nonius, Cap. XIV. 8. "*Strophium,* est fascia brevis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum." (A stomacher.) Catull. Carm. 62. "Non tereti *strophio* lactentes vincta papillas." Græci ταινίαν vocant. Hæc ex Par: Lex. Plaut. ubi plura videsis in hac voce. Com: Ms: "*Strophiarii,* qui faciunt cingula lata."

— Semizonarii.] *Apron-makers.* Qui zonulas minus dimidio latas, quam justa zona est, faciunt: quæ *semicinctia* (kirtles) dicuntur. Par. Cæterum Codd: *semisonarii;* et sic Com: Ms: "*Semisonarii,* qui faciunt stricta cingula."

472. Treceni.] Vide Nott. Sic Catull. C. IX. 2. "Omnibus meis amicis antistans mihi millibus *trecentis.*" i. e. summa vix enumeranda. Et XI. *fin.* "Simul complexa tenet *trecentos.*" Ib. XII. "Hendecasyllabos *trecentos* expecta." Hor. Od. III. iv. 79. "Amatorem *trecentæ* Pirithoum cohibent catenæ." Id. Sat. II. iii. 116. "Positis intus Chii veterisque Falerni Mille cadis, (nihil est,) *tercentum* millibus." Ubi maximam copiam vult designare.

— Phylacistæ.] *Duns.* Dicti a φυλάσσω, quia "atria servant," quod ait Horat. de clientibus, Ep. I. v. 31. Metaphorice autem vox nostro loco usurpatur, cum sit proprie, custos carceris, (a jailer,) qui servos in ergastulo, h. e. *phylaca,* [Capt. 677.] conservabat.

473. Limbuarii.] *Lace-makers.* (Alii *limbolarii;* et *limbularii;* Vide Nott. Critt. Par: Lex. Plaut. *limborarii;* et ita Non: Vide Infra.) Est a *limbus,* (a fringe, hem;) cujus textura

haud raro ex *auro* fuit, ideoque impensius constabat; Ov. Met. II. 734. "Ut *limbus,* totumque appareat *aurum.*" Ib. V. 51. "Indutus chlamydem Tyriam, quam *limbus* obibat *Aureus.*" Non. Cap. XIV. 30. "*Limbus,* muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus Aulul. "Textores *limborarii,* arcularii." " Sed rectius Papias, quem citat in marg. Cod. H. 6. "*Limbus* est, quam nos ornaturam dicimus, quæ ornatura ambit extremitatem vestium, aut ex filo aureo contexta, assutaque extrema parte vestimenti."

— Arcularii.] *Cabinet-makers.* Qui *arculas,* h. e. capsulas muliebres, conficiunt. Ita Com. Ms. Cic. Off. II. c. 7. "Perscrutari *arculas* muliebres." Varro L. L. VIII. 45. "Ut *lectus* et *lectulus, arca* et *arcula;* sic alia."

475. Infectores crocotarii.] *Dyers in saffron colour.* Ita citat Non. Cap. XVI. 11. in voc. *crocota.* "Crocei coloris vestis." Infra 480. Vide Nott. Critt. Alii *crocotularii,* a dimin: *crocotula,* de qua Par: Lex. Plaut. "*Crocotula,* vestis erat mulierum non virorum, Græci κροκώτιον appellarunt. Unde Virg. Æn. IX. 614, effeminatos et semiviros Trojanos incessit: "Vobis *picta croco,* et fulgenti murice, vestis;...O vere Phrygiæ, neque enim Phryges!"" Vide Supra in v. 465. G.

479. Nugigerulis.] Vide Nott. Sic in Epid. 226. "Cumatile aut plumatile, cerinum aut *gerrinum:* gerræ maxumæ!" Ubi *gerræ* sunt id. qu. *nugæ* nostro loco. Glossarium præbent in margine Codd. H. 2. 6. ubi tamen legitur *Nugivendis;* Vide Nott. Critt. "*Nugivendi,* omnes illi qui aliquid mulieribus vendunt; nam omnia quibus matronæ utuntur, *nugas* Plautus voluit appellare. Non. Marc. all. h. t." Et sic Com: Ms: "Qui *vendunt* res nugales, sicut res pueriles." Noster Hare, "*Nugigerulis;* quidam Codd: *nugivendis,* atque ita apud Nonium, quod cum Lambino malim." Equidem utramque vocem esse ex Plauti manu suspicor, qui primum *nugivendis,* post autem, (ut exquisitius,) *nugigerulis,* edidit.

480. Crocotis.] Supra 475. "*Crocota*" ait Nonius, "est genus vestis crocei coloris." Vide in Nott. Critt.

— Strophiis.] Supra 470. Vide in Nott. Critt.

481. Cedit.] Fere eodem sensu quo Supra 8, *Incedit;* et 475, *Incedunt.* Sic Asin. 386. "Si Æacidinis minis animisque expletus *cedit.*" Cas. 337. "At candidatus *cedit* hic mastigia." Mil. 890. "Lepide hercle ornatus *cedis.*" Pseud. 955. "Non prorsus, verum ex transvorso, *cedit,* quasi cancer solet." (He *crawls* sideways like a crab.) Hor. Sat. II. I. 65. "Nitidus qua quisque per ora *Cederet.*" (Walks presumptuously.)

482. Putatur.] *Is cast up ; computed. Putare* et *disputare rationes,* est idem quod subducere rationem. *Putare* est proprie, purum vel *putum* facere ; ut ait Gron : ex Varr. Lib. II. R. R. Cap. 2. Citans Mostell. 292. "Etiam nunc decem minæ apud te sunt : vel *rationem puta.*" Trin. 386. "Postquam comedit rem, post *rationem putat.*" Cic. Att. IV. 11. "Ut *rationes* cum publicanis *putarent.*" Adde, sis, Cas. 446. "Quom eam mecum *rationem puto.*" Gloss. Cod. H. 6 ; "*Putare,* colligere, conferre. Non. all. h. t. Item, animo disputare, existimare."

483. Dari.] Pro *daturum iri.* Infra 558.

485. Ultro.] *Prior.* Qui est sensus frequens apud Latinos, vix Anglice reddendus. Vide in Nott. Critt.

487. Hæc.] Antiqu. pl. pro *hæ.* Curc. 39. "Lenonis *hæc* sunt ædes."

490. Mactant.] *Overwhelm.* "*Mactare,* malo afficere. Non. all. h. t." Gloss. Cod. H. 6. Quasi *magis augent ;* sed malo sensu. Sic Curc. 538. "Non mediocri te *macto* infortunio." Pœn. 386.

"Divitem audacter solemus *mactare* infortunio." Hæc et alia citat Gron: in Lect. Plaut. ubi fusius de hac voce disputat.

491. Quid agis?] *How do you do?* Men. 62. G.

494. Aliquanto.] *A good deal, considerably.* Valet, credo, fere semper *multum, valde;* et adhibetur ubi sententiæ vim haud parum *augere* volunt scriptores. Exempla semel operæ pretium erit conferre. Liv. I. 13. "Quum haud dubie *aliquanto* major," etc. (*Much* greater.) Id. IX. 7. "Caudinæque pacis *aliquanto* Samnitibus, quam Romanis, tristiorem memoriam fore." (*By far* more painful.) Cic. Fam. IX. 26. "Sed etiam intra legem, et quidem *aliquanto.*" (And a good deal too.) Id. Procem. Lib. II. De Invent. "Non tantopere in vitiis perseverarent; *aliquanto* [h. e. magnopere,] levius ex inscientia laborarent." Quint. Inst. Lib. I. xii. sub init. Nost. Asin. 568. "*Aliquanto* amplius valerem, si hic maneres." (All the better.) Cist. 229. "Atque *aliquanto* facilius." (A good deal rather.) Epid. 373. "Atque *aliquanto* lubentius." (Far more willingly.)

495. Nitidior.] *More sumptuous.* Gron: Lect. Plaut. "*Nitidiorem esse* significat, liberalius genio indulgere, cœnare lautius, sumptum facere in curanda cute. Sic Pseud. 775. "Ut curer *nitidiuscule.*" Cist. 10. "In prandio nos lepide atque *nitide* accepisti." Mart. Ep. IV. 54. 8. "Lautior et *nitido* sis Meliore licet."" Addas Hor. Ep. I. iv. 15. "Me pinguem et *nitidum,* bene curata cute vises." h. e. bene cultum. Id. Ep. I. xv. 46. "*Nitidis* fundata pecunia villis." i. e. splendidis, lautis.

496. Pro re.] "Secundum statum ac conditionem." Com. Ms. Vide Nott. Confert Gron: Hor. Sat. I. ii. 19. "At in se *Pro quæstu* sumptum facit." (Lives *up to* his income.) Adde Nost. Mil. 911. "Nunc hæc carina satis *pro re* fundata, et bene statuta est." Pseud. 850. "Verum *pro pretio* facio ut opera appareat." (In proportion to my pay.)

— Nitorem.] Vide in voc. *nitidum* versu præced. Iterum Gron: "Sic *nitor* significat liberalitatem et splendorem in victu, et instrumento domestico." Hor. Sat. II. ii. 128. "Quanto aut ego parcius, aut vos, O pueri, *nituistis?*" (Have fared.)

— Gloriam.] *Magnificence.* Simile nos aliquando vocabulum, (*bravery,*) adhibemus, pro eo quod est *splendorem, magnificentiam.*

— Pro copia.] Citat Gron: Liv. XXVI. "Primitias frugum eo, donaque alia, *pro copia,* portantes." et Lib. XXVIII. "Ludi funebres additi *pro copia.*"

499. Opinione melius.] *Better than is expected of us.* Vide Nott. Adde, Amph. 391. "*Prius tua opinione* hic adero." (Sooner than you expect me.)

— Res structa.] Alluditur ad sumptus epulis pertinentes, quod ait Men. 26. "Tantas *struices* concinnat patinarias."

507. Furum implevisti.] Eadem constructio Amph. 317. "*Erroris* ego illos et *dementiæ complebo.*" Pœn. 1148. "*Replebo atritatis.*" Virg. Æn. I. 215. "*Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.*" Liv. XXVI. 19. "*Impleret* homines *certioris spei.*" Vide Infra 777.

509. Senis manibus.] *Six hands apiece. Seni,* numerale distributivum. Plin. N. H. Lib. XI. 43. "Digiti quibusdam in manibus *seni.*" (Six fingers on *each* hand.) Ita usurpantur, *bini, terni, quini,* etc.

510. Oculeus totus.] *All eyes.* Hyperbole. Plus igitur *oculeus* quam *oculatus.* Apul. Met. Lib. II. ad med. "Vides hominem insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, et *oculeum totum.*"

511. Addidit.] *Imposed.* Haud raro hac voce ita veteres usi sunt. Confert LAMB: Hor. Od. III. iv. 78. "Nequitiæ *additus custos.*" Virg. Æn. VI. 90. "Nec Teucris *addita* Juno Usquam aberit." Nost. Capt. "Cui me *custodem addiderat* herus major meus." Mil. Gl. 146. "Quem concubinæ miles *custodem addidit.*" In malam quoque partem his, et similibus, exemplis sumitur; Virg. Georg. I. 129. "Virus serpentibus *addidit* atris." Et I. 150. "Mox et frumentis labor *additus.*" Mil. 300. "Tu *custos additus* ei pe-rieris." Etc. Plura confert PAR: in Lex. Plaut.

513. Interbibere.] *Drain; drink up.* I. e. *Totum bibere:* ut intercipere, totum capere. DONAT.

— Scateat.] Vide Nott. Critt. Lamb: mutat in *scatat;* TURNEB: in *scatit.* Indicativum *scatet* defendit Gulielm: *Quæst. Plaut.* his verbis, " Non opus est mutare; siquidem indicandi modus pro quovis alio sæpe ponitur." Nimirum his locis *si* valet, *pone ut, puta,* (suppose,) aut tal. al. Sed præstat, credo, hoc loco *scateat* legere.

517. Magis curiosam.] "Macilentiorem." COM. MS. Sed *curionem* reponunt alii, et inter hos Noster HARE. Vide Nott. Critt. Habet quidem Festus Lib. III. " *Curionem agnum* Plautus pro macro dixit, quasi *cura* macruisset." In quem vero haud male notat DAC: "Locus Plauti est, "Quo quidem agno sat scio, Magis *curiosam* nusquam esse ullam bestiam. Volo ex te scire quid sit agnus *curio;* etc." Ubi et *curiosam* et *curionem* vocat. Nec necesse est ut Supra pro *curiosam* legas *curionem,* nam utrumque recte dici potest. Et Apulei. Agnum pinguem, *incuriosum* vocat." i. e. quia non *cura* macer erat. Iterum autem in voce ludit Nost. Pseud. 1138. "Cave, sis, tibi a *curio* infortunio." i. e. *curarum pleno.*

518. Curio.] Vide in voc. præced. Nonii autem verba sunt, Cap. II. 130. " *Curio,* curiosus. Plaut. Aulul. "Volo scire ego ex te, qui sit agnus *curio.*""

519. Macet.] *Macie* confectus est. A *maceo,* quod a *macer.* Ita Non. C. X. 39. (quem citat in marg. Cod. H. 6.) "*Macet,* pro, macilentus est. Plautus Aulul. "Qui ossa ac pellis totus est, ita cura *macet.*"" Vox nusquam alibi, quod reperio, occurrit. Et nostro loco habent Vett. Edd. *macer,* sed sine causa.

521. Pellucet.] *Is transparent.* Translucet; διαφαίνεται. Hor. Od. I. xviii. 16. "*Pellucidior* vitro."

522. Cædundum.] Gloss. Codd. H. 2. 6. "*Cædere,* immolare. Non. all. h. t. [Cap. IV. 97.]" et Virg. Æn. IV. "*Cædunt* quinas de more bidentes."

— Conduxi.] *I have procured.* "*Conducere,* pro emere. Non. [C. IV. 104.] all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6. Accuratius vero Gron: "Cum Nonio interpretantur *emi.* Proprie loquitur Plautus; *locator* enim, qui dat utendum, fruendum, faciendum: *conductor,* qui accipit. Dabant autem agnos cædundos lanii, unde et *locare* dicuntur. Capt. 743. sq. "Tum lanii autem,.... Qui *locant cædundos agnos.*" Accipiebant obsonatores: ergo *conducebant.*"

— Tu idem.] Citat Hare, Amph. V. i. 33. [933. B.] "At ego faciam, *tu idem* ut aliter prædices."

523. Loces.] *Let it out.* Cum Megadorus voce *conduxi* usus esset, huic proprie respondet verbum *locare,* ut recte monet Gronov: citat. in v. præced. Cæterum plura vide in Nott. Hinc phrasis illa "Operas suas *locare,*" pro, alicui mercede servire. Tit. Petron. Sat. c. 117. "Hominis operas *locavi,* non caballi." (I offered myself to do the work of a man, not a horse.) Cic. Fam. I. ix. "Non enim illæ manubiæ meæ, sed operis *locatio* mea fuit."

— Efferundum.] *To be buried.* Gloss. Cod. H. 2. "*Efferre,* ad sepulturam ferre." Vide in Nott. Supra v. 113. Notum

Ter. Andr. I. I. 90. "*Effertur*, imus...ad sepulcrum venimus." Juv. Sat. I. 72. "Per famam et populum nigros *efferre* maritos." Id. XIV. 220. "*Elatam* jam crede nurum, si limina vestra Mortifera cum dote subit." Noster Asin. 591. "Utinam sic *efferamur!*" Epid. 170. "Uxorem quam *extulisti*."

526. Unum.] Supra 38. Gloss.

— A me.] A domo mea. Men. 20. G. Adde, sis, a Gronov: Lect. Plaut. Cic. pro Mil. "Aricia rediens divertit Clodius *ad se* in Albanum." in villam scilicet suam in Albano. Id. Epist. ad Terent. "Postridie intellexi quam *a nobis* discessi." i. e. domo nostra. &c.

528. Madidum.] *Drunk*. Gloss. Cod. H. 6. "*Madidus*, infectus vino, vel qualicunque re." Cui contrarium est *siccus;* (Sober.) Hor. Od. IV. v. 39. "*Sicci* mane die, dicimus *uvidi*, (h. e. *madidi*,) Cum Sol Oceano subest." Ubi alia exempla ex eodem contulerunt Interpp. Adde Sat. II. I. 9. "*Irriguum*que mero sub noctem corpus habento." Hinc luditur in voce Amph. 849. "Faciam, ut sit *madidus* sobrius." Sic in scena festivissima Pseud. 1292. "Non vides me, ut *madide madeam?*" Vulgo nos in re simili dicimus, *To moisten one's clay*.

— Si vivo.] "Ita recte Codd. Conf. Bacch. IV. v. 6. [730. B.] "Vorsabo ego hodie illum, *si vivo*, probe." " Hare. Vide in Nott. Critt.

530. Deponat.] *Lay me on my back, for dead.* Eo sensu quo corpus *positum* aut *compositum* dicebatur, ubi mortuum erat; E. g. Ov. Heroid. x. 122. "*Positi* artus." Hor. Sat. I. IX. 28. "Omnes *composui*." Virg. Æn. II. 644. "Sic, o, sic *positum* adfati discedite corpus." Pers. Sat. III. 104. "Alto *compo-*

situs lecto." Adde ex Gron: Lect. Plaut. Æn. xii. 395. "Ille ut *depositi* proferret fata parentis." Ov. Trist. III. 3. "*Depositum* nec me qui fleat ullus erit." Cic. Verr. I. 2. "Maxime ægram et prope *depositam* reipublicæ partem." Aurel. Victor. Cap. lxxi. "Cœpio, cum aliter vincere non possit, duos satellites pecunia corrupit, qui Viriathum *vino depositum* interimerent." i. e. ebrium.

— Affectat viam.] *Aims at this.* Men. 588. G. ubi citatur locus ex Virg. Georg. IV. 562; in quem observat Noster Hare citare Philargyrium, "Ut me *deponas* vino, eam *affectas* viam:" non *deponat*, et *affectat*.

534. Eo lavatum.] *I go to bathe.* Pro *ibo*, more loquendi apud Comicos usitato. Hor. Sat. I. vi. 125. "Ubi me fessum sol acrior *ire lavatum* Admonuit."

535. Edepol næ.] Men. 83. G. Infra 564.

— Aula.] Olla. Supra 344. G.

539. Sis.] Pro *si vis*. Supra 7. 102. Etc.

540. Mutassis.] Pro *mutaveris*, vel *mutes*. Men. 323. G. Infra 562. 565. 731. "*Indicassis*." Pseud. 12. "*Prohibessit*." Ib. 35. "*Servassint*." et 225. "*Curassis*." &c.

— Concreduo.] Pro *concredo*. 'Αρχαικῶς. Iterum Cas. 370. "Ei ego amorem omnem meum *Concredui*." pro *concredidi*. Bacch. 469. "Nunquam quisquam *creduat*." Cæterum Vide Men. 223. G. in voc. *Perduint*.

542. Frugi.] *Honest, steady.* Men. 478. G.

— Persequor.] "Diligenter exsequor." Com. Ms.

543. Molestiæ habeat.] *Think a bore.* Curc. 502. "Odio et malo et *molestiæ*, bono usui estis nulli." De lenonibus.

545. Matura.] *Quickly, expeditiously.* Opponitur τῷ *sera.* Sic Curc. 384. "*Mature* esurit." (He *soon* starves.)

— Capessere.] *To undertake; execute.* Perficere. Non. C. IV. 84. all. h. t. et Virg. Æn. Lib. I. 77. "Mihi jussa *capessere* fas est."

546. Dormitet.] *Doze.* Plus enim *dormio* quam *dormito.* Hoc sensu notissimum illud "Quandoque bonus *dormitat* Homerus." Hor. A. P. 359. (Is drowsy, nods.)

547. Quasi.] *As.* Sensu *velut; quemadmodum.* Infra 550. Men. 148. "*Quasi* mare, omnes circumimus insulas." Pseud. 955. "Ex transvorso cedit, *quasi* cancer solet."

550. Scirpea ratis.] *A raft of rushes.* Quod ait Arist. Pax. 683. "Ἐπὶ ῥιπὸς πλεῖν." De *scirpo,* Vid. in Men. 164. G. Cæterum h. l. *scirpea ratis* corticis seu suberis officio fungitur, quibus olim, ut hodie factum est, ad nandum pueri utebantur. Hor. Sat. I. iv. 120.

552. Pessum.] Est adverb. quod quidam explicant quasi sit ἐς βύσσον, h. e. *funditus;* alii pro, *sub pedibus,* sumunt; quæ est melior ratio, si verum sit etymon τοῦ *pessulus,* Supra 65; qu. vid. Cæterum istæ phrases, *pessum ire, pessum abire, pessum dare,* etc. sæpe apud Nostrum occurrunt.

555. Censione bubula.] H. e. *plagis, verberibus.* Vide Nott. et conf. Asin. 19. "Apud fustitudinas ferricrepinas insulas: Ubi vivos homines *mortui* incursant *boves.*" Scilicet scuticæ e corio bubulo. Pœn. 11. "Heri in tergo meo Tres facile *corios*

contrivisti *bubulos.*" i. e. lora, flagra. Juv. Sat. VI. 492. "*Taurea* punit Continuo flexi crimen facinusque capilli."

556. Compedes.] *Fetters.* Men. 4. G.

561. Arbitrarier.] *Arbitrari;* arbiter esse; *be a witness.* Gron: Lect. Plaut. "*Arbitrari,* hic idem est quod inspicere, contemplari. Nam *arbitrum* utique, aut judicem, cognoscere probe et inspicere rem decet, antequam *arbitretur* rem, et judicet. Hinc *arbiter* pro eo, qui videt, vel audit. Hor. Ep. I. xi. 26. "Locus effusi late maris *arbiter.*" i. e. ex quo late in mare prospicere possis. Plin. Lib. V. 27. "Taurus mons innumerarum gentium *arbiter.*" ["Where Andes, giant of the western star, *Looks* from his throne of clouds *o'er half the world.*" Campb. Pleas. of Hope.—"While over-head the moon sits *arbitress.*" Milt. Par. Lost. I. 785.] Noster Mil. 158. "Mihi quidem jam *arbitri* vicini sunt." Cas. 2. Trinum. 125." Addas Apul. Met. Lib. I. "Curiose *arbitrabar* jugulum comitis." (I examined attentively.) Ib. II. "Editiorem quendam lapidem insistens, cuncta curiosis oculis *arbitrabar.*" Alia exempla ex eodem auctore contulit Lambinus. Vide Nott.

562. Indicassis.] Pro *indices,* vel *indicaveris.* Supra 185. 540. Infra 565.

564. Prædam agat.] "*Agere prædam,* (ait Gron: Lect. Plaut.) propria phrasis est de alienas terras, agros, villas, populantibus et diripientibus. Liv. Lib. I. "Romani ex Albano, Albani ex Romano *prædas* invicem *agerent.*" Tac. Hist. IV. "Vastari Ubios Treverosque jubet: *actæ* ubique *prædæ.*" Just. XXII. 6. "*Prædas* ingentes *agit.*" " Græci dicunt λεηλατεῖν: quod notat Lamb. citans Cæs. Lib. VI. "*Præda* ex omnibus locis *agebatur.*" Corn. Nep. XIV. Cap. 10. "*Magnas prædas agit.*" Ubi tamen alii *capit* legunt, fortasse ex interpretatione, ut fit, vocis rarius hoc sensu usitatæ.

565. **Prohibessis.**] Pro *prohibeas.* Ἀρχαϊκῶς. Supra 540.

566. **Rem divinam faciam.**] Vide Nott. Sic Amph. 814. "Ego *rem divinam* intus *faciam.*" Rud. 13. "Ubi *rem divinam* se *facturum* dixerat." Id. 48. 257. 261. Et quidem passim. Cic. Att. IV. 16. init. "Ad *rem divinam* dicit se velle discedere." Plura exempla videsis apud Gron: Lect. Plaut. *Facere* autem h. l. valet fere id. quod Infra 576; ubi Vide Gloss.

569. **Luco.**] Cum vulgo obtineat *lucum* a *non lucendo* derivari, Servius melius a *lucendo* deducit, quia in iis mos fuit *lumina,* religionis causa, accendere.

570. **Facinus.**] Supra 414. G.

575. **Reperero.**] Quæri potest num hac voce de industria usus sit Noster, cum in versu præcedenti *inveniam* dixerit. Plerumque enim *invenire* de rebus novis, nec prius notis, dicitur, (unde Anglice *to invent;*) contra *reperire,* proprio sensu, est *amissum aliquid recipere.* Exempla cuivis facile occurrent, sed tamen haud raro promiscue vel apud optimos auctores usurpantur. Aliter distinguit Facc: in voce *invenio,* sed recte, opinor, negat eam quam profert significationis varietatem exemplis comprobari posse.

576. **Mulsi.**] Aliud est Anglicum *mead,* quod quidam perperam in interpretatione τοῦ *mulsi* proferunt. Hor. Sat. II. iv. 26. "Leni præcordia *mulso* Prolueris melius." h. e. vino mellito. Quod ait Sat. II. ii. 15. "Nisi Hymettia *mella Falerno* ne biberis *diluta.*"

— **Congialem.**] Congium continentem; congii capacem. *Congius* autem sextarios sex capit; qui inde nomen habet, quia pars *sexta* sit congii. (Rather more than a gallon English; *about nine pints.*)

— Faciam.] *Facere* hoc sensu valet id. qu. Græcum ῥέξαι. Hom. Il. I. 147. "Ἱερὰ ῥέξας." Ibid. 315. et 444. "Ἱερὴν ἑκατόμβην ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν." etc. Non. c. IV. 217. "*Facere,* rem divinam religionibus exhibere;" citato nostro loco, et Virg. Ecl. III. 77. "Cum *faciam* vitula pro frugibus." Nost. Rud. 614. "Tun' nobiscum hic diis *facere* postulas?" Stich. 230. "Quot agnis *fecerat?* Cr. Illa quidem nullum sacruficavit."

— Fideliam.] *A pot, vase.* "Vas fictile, ad reponendum vinum proprie." Com. Ms. Pers. Sat. III. 22. "Viridi non cocta *fidelia* limo." et. V. 183. "Tumet alba *fidelia* vino." Adagium apud Cic. Epist. Fam. VII. 29. "Duos parietes de eadem *fidelia* dealbare." Ubi alienis usibus inservit; et sic Non. c. XV. 5. "*Fidelia,* Samium vas, ad usus plurimos." all. h. t.

578. Non temere.] Supra 141. G.

— Læva manu.] *Lævum* seu *sinistrum* sæpissime de rebus inominatis et infelicibus usurpari, notissimum est. Exempli loco erunt: Hor. Sat. II. iv. 4. "Cum te sic tempore *lævo* Interpellarim." Ars Poet. 301. "O ego *lævus.*" Virg. Ecl. I. 16. "Si mens non *læva* fuisset." Georg. IV. 7. "Si quem Numina *læva* sinunt." h. e. adversa. Pers. Sat. V. 164. "Rumore *sinistro.*" (ill-fame.) etc. Quum autem apud Græcos omina a *læva* essent prospera, (unde εὐώνυμος pro *lævus* ponitur,) haud raro fit in Nostri fabulis, Latine ex Græco sermone redditis, eorum morem servari. Hinc in Epid. 178; et Pseud. 763. "*Avi sinistra,*" est pro *bonis auspiciis.* etc. Cæterum Vide in Nott.

579. Crocibat.] Ἀρχαϊκῶς pro *crociebat;* [ut Infra 711. *scibas.* &c.] a *crocire* id. qu. crocitare. Nonius, (quem citat Lamb: et Gloss. Cod. H. 6.) ait, *crocitum* esse propriam *corvorum* vocem; (croaking.) Græce κρώζειν. Vide Nott. Critt.

580. Artem facere ludicram.] Vide Nott. Simplicius in Cist. 280. "Cor salit." Adde Cas. 252. "Fodico corculum: *adsultascit* jam ex metu." "*Ludicra,* est ars præstigiatoris." Com. Ms.

581. Emicare.] *To leap; shoot rapidly up.* Salire. Ov. Met. I. 27. "Ignea convexi vis et sine pondere cœli *Emicuit.*" (Bounded upwards.) Hoc sensu verbum *micare* in proverb: "Quicum in tenebris *mices;*" quod dicitur de digitis rapide, et pene saltantium more, sursum deorsum porrigendis.

583. Peris.] *You shall die for it.* Pro *peribis.* Frequens apud Nostrum est usus præsentis pro futuro; [Vide in Men. 79. etc.] Pseud. 1164. "Quam mox mi operam *das?*" pro *dabis.* Juv. Sat. IV. 130. "Quidnam igitur censes? *conciditur?*" (*Shall it* be cut up?)

584. Præstigiator.] *Præstigiæ,* sunt γοητεύματα, (mountebank's tricks,) a *præstringo,* quia aciem oculorum *præstringant.* Amph. 630. "*Præstigiatrix* mulier."

585. Mala crux.] *Curse, plague.* Vide Nott.

587. Verberabilissume.] *You whipping post.* Μαστίγων ἀξιώτατε. *Verberabilis,* est μαστιγώσιμος, verberibus dignus. Gron. Ridicule autem hujusmodi superlativis utuntur Comici. Vide Men. 600. "*Exclusissumus.*" Cas. 573. "*Occisissumus.*" Pœn. 1053. "*Patruissume.*" Infra 679. 780.

— Etiam rogitas?] *What, do you still ask?* *Etiam* cum indignatione dictum. Sic, Amph. 223. "*Etiam* clamas, carnufex?" 228. "*Etiam* muttis?" &c.

588. Sis.] *Si vis.* Supra 7. 102. Infra 592.

590. Ecquid agis?] Formula, *do you mind what I say?* Similiter *hoc agis, hoc age;* etc. Contrarium est *aliud agis, alias res agis,* (You are not attending.)

591. Pone.] *Drop it.* Depone. Citat LAMB: Hor. Ep. I. XVI. 35. "*Pone,* meum est, inquit. *Pono,* tristisque recedo." Sed cum longe aliud significet hoc verbum, eo sensu nequam servus ridiculi causa accipit.

— Datare.] Eo sensu quo "*datatim ludere*" in Curc. 300. ubi *datores* et *factores* sunt qui "faciant vicibus" ut ait Juv. Sat. VII. 240. i. e. agant ac patiantur. Idem est in Cas. 253. "Qui didicit *dare.*"

592. Cavillam.] *Quibbling.* Captationes. "*Cavilla,* derisio." Gloss. Cod. H. 2. Fest: "*Incavillatio,* per despectum irrisio." in quem DAC: *Cavillatio,* frustratio, per fraudem irrisio. Glossarium, *Cavillatio,* ἐνέδρα, ἀπάτη: i. e. insidiæ, fraus. Papiam citat in marg. Cod. H. 6. "*Cavilla,* cavillatio. *Cavillatio,* calumnia, jocus urbanus. *Cavillator,* mordet, deridet. *Cavillum,* jocus cum convicio."

596. Larüæ.] *Larvæ.* Hinc "*Larüatus.*" Men. 789. GRON: Lect. Plaut. "*Larvis atque intemperie agitari,* significat insanire, mente motum esse per occursum larvarum, id est spectrorum. Capt. 525. "*Larüæ* stimulant virum." Ovid. Ib. "Factorum veniam memor umbra tuorum, Insequar et vultus ossea *larva* tuos." Apul. Apolog. "Mercurius tibi pro isto mendacio, quicquid umbrarum est usquam, quicquid lemurum, quicquid *larvarum,* oculis tuis ingerat.""

598. Fatere.] *Make confession.* "*Fatemur* enim coacti." Vide Gloss. in Men. 545. Infra 691. 695. Exemplo erit, Hor. Sat. II. I. 76. "*Invita fatebitur* usque Invidia." Contra, Apul. Met. Lib. III. "Ego, inquit, ipsa *confiteor ultro.*"

600. Pallium.] *Mantle.* Ἱμάτιον. Græcorum proprie vestimentum, (ut *toga* Romanorum,) et tum virorum tum mulierum. Men. 560.

601. Tuo arbitratu.] *At your pleasure.* Men. 15. Infra 608.

— Tunicas.] *Tunica* interius, ut *pallium* exterius gestabatur; unde Proverb: "*Tunica pallio propior est.*" Græce χιτών. Cæterum nugatur Lambinus de plurali *tunicas* pro *tunicam* usurpato. Utrumque apud Nostrum promiscue occurrunt. E. g. Amph. 215. "*Tunicis* consutis huc advenio." et 216. "Certo pedibus, non *tunicis,* venis."

602. Vah.] *Oh! indeed!* Interjectio h. l. stomachantis et indignantis.

603. Sycophantias.] *Your tricks.* "Deceptiones." Com. Ms. De voce *Sycophanta,* (An impostor, cheat,) Vid. Men. 177. G. Unde *sycophantiæ,* fallaciæ, fraudes, doli sycophantarum.

605. Mitto.] Pro *omitto,* Non. c. IV. 304. all. h. t. et Virg. Æn. XI. 256. "*Mitto* ea, quæ muris bellando exhausta sub altis." Adde Hor. Od. I. xxxviii. 3. "*Mitte* sectari, rosa quo locorum Sera moretur." Etc. Hinc et phrasis orta, *missum face,* pro *omitte.*

— Nugas agis?] *Are you trifling with me?* Nugaris? Men. 523; et sqq.

608. Tuo arbitratu.] Supra 601.

610. Turbat.] Turbas ciet. Men. 388. G.

611. Postremo.] *At last.* Jam tandem.

— Perscrutavi.] *Perscrutatus sum.* Rarius in activa voce reperitur. Citat Non. Cap. VII. 6. "*Scruto,* Plautus Aulul. "Post-

remo hunc jam *perscrutavi.*"" Idem habet, *eluctavi,* pro eluctatus sum; *auspicavi,* pro auspicatus sum; *aucupavi; dignavi;* &c.

613. Socienno.] *Accomplice.* Socio tuo; conscio. Amph. 231. "Amphitruonis *sociennum.*" Non. Cap. II. 793. (quem citat Gloss. Cod. H. 6.) "*Socienno,* pro socio. Plautus Aulul. "Ibo intro, atque illi *socienno* tuo jam interstringam gulam."" Ubi observandum *hinc* omissum esse, melius quidem ad metrum, nec ad sensum deterius. Vide Nott. Critt. Et præstat sic legere, quam quod jubet Noster Hare, "Metrum postulat *socio,* et sic plures Codd."

— Interstringam gulam.] *Will throttle.* Frequentius *obstringam:* Amph. 801. "Amphitruonem *collo* hinc *obstricto* traham." Idem est Sall. Cat. LV. fin. "Laqueo *gulam fregere.*"

614. Fugin' hinc, etc.] Confert Noster Hare, Cas. II. iv. 23. [193. B.] "Abin' hinc ab oculis?"

615. Emortuom.] Men. P. 36. Vide Nott. Critt. Habet Com: Ms: simpl. *Mortuum.* Et sic legitur in loco consimili Amph. 865. "Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amittere, *Mortuom* satius 't."

— Mavelim] *Malim;* magis velim.

616. Dem insidias.] *Insidias dare,* pro insidiari. Citat Gron: Mil. 305. "Eadem illi *insidias dabo.*" Pseud. 593. "*Dabo* hinc *insidias.*" Ib. 1238. Etc.

619. Attat!] *But hark!* Supra 367.

620. Tantisper.] *Meanwhile.* Gloss. Cod. H. 1. "*Interim.*" I. e. dum aurum profert senex. Plerumque hoc adverbium cum particulis *dum, quoad,* et simill. conjunctim legitur.

— **Concessero.**] *Will step aside.* Men. 81-2.

622. **Sublevit os.**] Fucum fecit; illusit. Vide Nott. "*Sublinere, vel oblinere os alicui,* frequens apud Plautum pro *decipere.* Translatum ex more, quo veteres, imprimis puellæ virum quærentes, faciem linebant, ut nævos occultarent, aut pulcro colore essent. Hinc *os sublinere* dicebant proprie de eo, qui simulans se os alicui pingere ad decorum, illud ridiculis picturis deturpabat. Nonius, [Cap. I. 219.] a ridiculo quodam lusus genere deducit, quo dormientibus, aut alioquin imprudentibus, ora pingebantur. Cujus rei vestigium est apud Virg. Ecl. VI. 22. "Sanguineis frontem moris et tempora pingit."" Gron: Lect. Plaut. qui exempla ex Nostro collegit: quibus addas, Curc. 590. "Siccine mi *os* esse *oblitum?*" Epid. 483. "Senex, tibi *os* est *sublitum* plane et probe." Mil. 110. "*Sublinit os* illi lenæ." 153. "Ita *sublinetur os* custodi mulieris." &c.

